CONTEXTVS VNIVERSAE GRAMMATICES DESPAVTERIANAE.

PRIMAE PARTIS SYNTAXEOS, Artis verſificatoriæ, & Figurarum: cum ſuorum Commentariorum epitome, quàm fieri potuit, breuiſſimè concinnata,

Per Io. Peliſſonem Condrienſem:

Nunc etiam vulgari Italico ſermone multis in locis explicata & aucta.

Venetijs, ex Typographia Guerræa,
M D LXXXII.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA

Digitized by Google

IOANNES PELLISSO CONDRIENSIS RVDOLPHO DORLENDO APVD RHOMONVM Gymnaſiarchæ lectiſsimo S. P. D.

NEMO non in ea eſt ſententia, Rudolphe diſertiſsime, conuenire, vt præceptor bonus ſeſe accommodet diſcentium captui: nam ut uaſcula anguſtiora ſuperfuſam liquoris copiam, ſic animi puerorum, quæ nimia ſunt, reſpuunt. Nec puto Ioannem Deſpauterium alio conſilio gloſſemata in artem ſuam aceruatim congeſsiſſe, quàm ut conſuleret docentium labori. Quis enim ſibi perſuadeat id in hoc ab eo factum, ut pueros ſic oneraret? immo non poſſum, quin putem eum tandem, ſi diu uixiſſet, prolixi operis breuiarium quoddam fuiſſe peracturum. Quod, quando illi per mortem non licuit, & nemo (ut apparet) id uoluit dare operam: potius habui famæ periculum adire, quàm non ſcholas meas hac parte iuuare, ſi non admodum multum, certe quantum mihi liceret. Deſpauterium enim cæteris omnibus re-

Digitized by Google

centioribus grammaticis, uel me non ſuaſore, prætulerant: non quòd non optimos illos cenſerent: ſed quod nullus uideretur, qui tam prope accederet ad Alexandrum Theopagitem. Id.ſ.non parùm illexerat, quòd eos aliam uiam ingredi fere non oportet. Collegi ergo omnia, atque uelut in arctum coegi, vniuerſo opere Epitome quodam circunſcripto. Neque id male omnino proceſſit. Laus & gratia Chriſto. Quippe quum inde factum uideam, ut ſaltem apud noſtrates Alexandri ineptum illud & mendoſum Doctrinale, iam prorſus neglectum ſit & abiectum. Cui lucro in hoc quidem negoto, non aliud prætulerim. Hoc autem quicquid eſt, quod elaboraui, amicorum ſuauiſsime: tibi nominatim dedico, quem multis officiis tibi iamdiu obſtrinxiſti. Vale.

Parrhiſiis, è Coquerctio, Pridie Calend. Febr. M D XXIX.

ARTIS GRAMMATICAE IOANNIS DESPAVTERII,

Liber Primus,

DE GENERIBVS NOMINVM,

*Ad quæ hæc eſt Ioannis Pelliſſo-
nis paraſceue.*

NE quid in hoc habeat lector te carmine falſum,
Nominis & poſſis noſcere quoque genus:
Vocibus inſpicito, quæ ſignificatio primùm
Sit: generalis ea regula multa patet.
Deinde vide, finis qui ſit, qui terminet illas:
E vario oſtendunt nomina fine genus.
Vnde ferè innumeri canones: ſed eo ordine ſcripti,
Vt qui vocales nouerit, hos teneat.
Excipienda tibi fuerint non pauca: tamen quæ
Tu facile in memori condere mente queas.
Dum prius in promptu tibi ſint generalia cuncta:
Nam comprehenſa ſub his non repetita leges.
Ambiguum fuerit quicquam: certiſſima lex eſt,
Et ſcopus, omne frequens quod ueterum uſus habet.

Digitized by Google

GEnera tribus modis noſcuntur. Significatione, ut Ioannes eſt maſculini generis, q̃a virum ſignificat. Terminatione, ut uulpes eſt fœminini generis, quia terminatur in es. Auctoritate, ut talpa, aliquando eſt maſculini generis, quia Virgilius dixit, talpæ oculis capti. De ſignificatione habentur regulæ generales a regula, Omne uiro ſoli, &c. uſque ad regulam, Hæc dat a &c. A qua ſpeciales terminationum regulæ ad huius primi libri finem uſque patent. Quærenti igitur tibi alicuius nominis genus, non ſegniter uidendum eſt, an eius ſignificantia ad aliquam generalium regularum ſpectet, per regulas enim generales bona pars generũ patet. Sũt aũt hæ memoriæ mandandæ. Nam pleraque apud alios otioſe, & nulla neceſſitate ex ſpecialibus exempta generalibus, ſi rem & ſignificatum introſpexeris abunde cõtinetur: quare hic breuitatis gratia nuſquam repetẽtur. Si uero ſignificatio non ſeruierit, confugiendum ad terminationẽ, & ad regulas ſpeciales de a, e, i, &c. al, el, &c. cæteris quorum genus omnino eſt anceps & incertum, ut probati autores uſi ſunt, ita utendum eſt.

REGVLAE GENERALES

De ſignificatione.

OMne *uiro ſoli quod conuenit, eſto virile.*

Omne uiri ſpecie pictum, uir dicitur eſſe.

Omne nomen ſoli uiro datum, eſt maſculini generis, ut Seneca, Hercules, Hector, &c. ꝓpria uirorũ. Gabriel, Raphael &c. propria Angelorum bonorũ. Lucifer, Beelzebub, &c. propria angelorum malorum. Iupiter, Mars &c. propria deorum. Boreas, Aquilo, &c. propria

pria ventorũ.Papa,Scriba,&c. appellatiua ſolis viris data,ſub terminatione quam habent. VIR hic dicitur eſſe quicquid vt vir pingitur,veluti Adã,Deus,Angelus,&c.

Eſto fœmineum, recipit quod fœmina tantum.
Fœmina dicatur facie pictum muliebri.

Omne nomen ſoli fœminæ datum, eſt fœminini generis:vtPaula,Glycerium,&c.mulierum propria.Iuno, Pallas, &c. propria dearum. Oreas, Naias, &c. propria nympharum.Alecto,Megera,&c.propria furiarum.Soror,uxor, obſtetrix,&c.Appellatiua ſolis fœminis data. Obſtetrix eſt quæ præeſt parientibus, La ſauia fœmina. Fœmina hic dicitur quicquid ſpecie muliebri pingitur ut Dea,Nympha, &c.

Quicquid utrique datur, commune locatur, ut exul.

Omne nomen ſub una terminatione mari & fœminæ conueniens, eſt communis generis, ut exul, qui uel quæ exulat. Bandito.

Auriga, qui uel quæ currum agit,Carrettier &c.Dixi ſub una terminatione,quia ubi ſunt diuerſæ terminationes,diuerſa ſunt genera:vt hic gallus,hęcGalla.Hic poeta,hæc poetis,hęc poetria.

Vm neutrum pones: Hominum ſi propria tolles.

Omne nomen in um,eſt neutri generis:niſi fuerit uiri, aut fœminæ proprium : ut hoc Mancipium, ſeruus uel ſerua : hoc Scortum, meretrix, &c. Dixi niſi fuerit uiri aut fœminæ proprium : quia proprium uiri in um, eſt maſculini generis, ut Dinacium. Proprium fœminę, eſt fœminini, ut Glycerium.

Adiectiua trium generum communia ſunt.

Omne nomen adiectiuum eſt omnis gene.ſi unica ſit

terminatio, ut felix, audax, diſcors, quatuor, quinque, cē tum, &c. Dixi ſi unica ſit terminatio. Nam ſi declinentur per duas terminationes, prior eſt communis gen. ut omnis: poſterior neutri, ut omne. Si uero p tres: prima maſcu. eſt, ut bonus· ſecunda fœminina, vt bona: tertia neutra, ut bonum. Hanc ob rem datur regula generalis.

Eſto genus varium, fuerit niſi terminus idem.

In ſubſtantiuis virum, & fœminam ſignificantibus, & in adiectiuis ſi terminationes ſint diuerſæ, diſtincta dantur genera, vt hic Caupo, vini & epularum uenditor, Tauernero, hęcCaupona, quæ id facit mulier, & ipſa taberna, Tauerniera & tanerna. Hic citharistes, uel citharista, ideſt, citharœdus. hæc Citharistria, pro fœmina, &c. Hic Lacon, uir Laconiæ. hæc Lacena, fœmina. Hic acer, hæc acris, hoc acre. i. fortis & uehemēs. hic celeber, hæc celebris, hoc celebre. i. nobilis, late famatus & frequens. Hic & hęc melior & hoc meli⁹: hic & hęc fortis & hoc forte.

Mobile pro fixo (tacitum ſi ſubſit) habetur.
Quod ſi non tacitum ſubſit, neutri generis fit.

Adiectiuum per ſe poſitum propter aliquid perpetuo ſubauditum, putatur eſſe ſubſtantiuum eius generis, cuius eſt ſubauditum, ut molaris, ſubſtantiuum eſt maſcu. gen. quia intelligitur dens, uel lapis. Si nihil ſubauditur, erit neutri gen. ut antecedens. i. oratio alteram inferēs: conſequens, ideſt oratio ex altera illata.

Maſculeum fluuij nomen decet vſque reponi.

Nomen fluuij, eſt maſculini generis: ut Tybris, Sequana, Iſara, Rhodanus, &c.

Communis proprio quandoque genus lego iunctum.

Nomen minus commune quandoque genus reſpicit

ſupe-

ſuperioris,vel cōmunioris: vt bubo eſt maſc. gen.vt ſermo,magis commune vel ſuperius.Auis eſt fœm.gen.ſic dicimus,magna bubo,quia intelligitur auis.Oſſa eſt fœmi.gen.vt,pēna muſa.interdum maſc.reperitur,quia intelligitur mons.Per hāc regulam, fluuiorum nomina fæmi.inueniuntur,quia intelligitur aqua,vt Albula,Allia. nonnunquam neutra,quia intelligitur flumen. vt Iader. Per hanc etiam regulam fabularum nomina ſunt fœ.ge. quia intelligitur nomen ſuperius fabulæ, vel comœdia, uel tragœdia:ut Eunuchus,Oreſtes,Aiax.Et nomina nauium:quia illius gen. eſt ſuperius Nauis, ut Centaurus.

Inſula, & vrbs, regio, capit hæc. Neutrum genus optant.
Zeugma, Reate, Argos, Præneſte, & Tibur, & Iſpal.
Cære, Nepet. Neutrum vel maſculeum dabit Anxur.
Hoc Cim vult. Hic aut hæc donat Lesbos, Abydos.
Hic Sulmo, hic Agragas. Pluralia in i, maribus do.
A plurale, genus neutrum ſibi poſcit vbique.

Inſularum,ut Samos,Britannia.Vrbiū,ut Corinthus, Tarraco.Regionū,ut Aegyptus,Aphrica nomina fœm. ſunt.[Neutrū genus,&c.]A regula,Inſula & urbs,&c.demuntur nomina,quæ hic explicātur.Nam Zeugma,Reate,Argos,Præneſte,Tybur,Iſpal,Cære, Nepet : generis ſunt neutri . Anxur, dubij, quia maſculini uel neutri. Cim,tantum neutri. Lesbos,Abydos, etiam dubii, quia maſcu.uel fœminini.Sulmo,& Agragas maſculini generis tantum. Zeugma atis,oppidum ab Alexandro conditū.Reate ciuitas ī Vmbria.Argos,oppidū Greciæ.Præneſte,oppidū Italię.Tybur oppidū Italię.Iſpal ciuitas Hiſpanię Cęre īdeclinabile,uel Cęre,itis,aut Cærete Ceretis

oppidum

oppidum Vmbriæ. Nepet oppidi nomen. Anxur, vrbs Italiæ. Cim, vici Italici nomen. Lesbos inſulæ nomen. Abydos, vrbs Aſię. Sulmo, Ouidii patria. Acragas, antis, mons & oppidum. [Pluralia in i, &c.] Nomina in i, quæ tantum pluraliter declinantur, quicquid ſignificét, ſunt maſculini generis. Itaque regula generalis eſt, non ſolum exceptio a dicta regula, ut Parrhiſii, Parrhiſiorum. Gabii, Gabiorum, &c. [A plurale. &c.] Cuncta pluralia in a, neutrá ſunt, ut Ilia, Exta, Cythera, Suſa, Hieroſolyma, Hieroſolymorum, &c.

Arboris eſt nomen muliebre. Dat hic oleaſter:
Vt ſpinus platanon. Acer & thus, robur habent hoc.
Arbor vixque ſiler. Dabit hic aut hoc tibi ſuber.
Hic aut hæc libanus, pinus, rubus, atque cupreſſus.

Nomen arboris eſt fœminini gen. ut pomus, pyrus, &c. In um deſinentia, fructum, & aliquando arbores ſignificantia, neutra ſunt, per regulam prius poſitam: Vm neutrum, &c. ut pyrum, pomum, prunum, &c. Sed nux, ficus, glans, auellana, & quædam alia, eodem ſeruato fœminino genere fructum arboremque ſignificant. [Dat hic oleaſter, &c.] A regula excipiuntur Oleaſter, id eſt, ſylueſtris olea. Spinus primi ſpecies. Platanon, arbor, aut potius locus Platanis conſitus, maſculini generis. Acer, arbor, Acero. Thus, arbor ferens incenſum, libamen, quo deum ueneramur, Incenſo. Robur aut robor ſpecies duriſſimæ quercus. Siler, arbuſcula, vel potius frutex, neutri generis. Suber, arbor glandifera, maſculini vel neutri. Libanus, arbor quæ thus producit. Pinus, Pino. Rubus, ſentis genus, frutex potius quam arbor. Cupreſſus, Cipreſſo, dubii generis.

Ex ſe nullius generis pronomine ſumptum
Eſt neutrum: ſeu littera: uox quoque materialis.

Dictio

Dictio ex ſua ſignificatione non recipiens genus (ut de eo in nomine loquimur) ſi pro nomine ſumatur, erit generis neutri, ut omnis litera & uox materialiter poſita veluti, pulchrum ſcire, clarum mane, aliud cras, longum a, magnum b, diſſyllabum homo, iucundum benedicamus, paſchale Kyrie eleiſon.

EPICOENVM GENVS.

Nomina, quæ uolucres ſignant, piſcesq; ferasque,
Si non diſcernant ſexum, dicas epicœna.

Propria nomina auium: ut Anſer, Aquila, Paſſer: Piſcium, ut Balena, Murena, Lucius. Ferarum, ut vulpes, Muſtella, Lepus, cuniculus: in quibus difficulter dignoſcitur ſexus, epicœni, ſeu promiſcui generis ſunt. Quod ſi abeſt ſexus, non dicentur epicœna, vti nec Pulex, Apes, Muſca, Anguilla. Eſt autem epicœni generis dictio, quæ ſub uno articulo, & una voce, ſignificat vtrunque ſexum. Murena, Lampreda. Lucius, Luzzo.

Græca ſuo generi ſeruari & barbara poſſunt.

Græca, & alia, quæ non ſunt Latina, ſæpe retinent genus ſuum: vt Lampas, Adamas etiam terminatione mutata, ut hæc diphthongus, hic Propheta, hic Organiſta, hic Sarmata. Aliquando apud nos genus mutatur, quia fœminina ſunt, charta, cera, amphora, catapulta: quæ Græce ſub eo, maſc. ſunt: ſic puls fœm. eſt, pultos maſc. Organiſta ludens organo. Sarmata, vir Sarmatiæ, regionis Scythiæ. Amphora, genus uaſis vinarii. Anfora o bigonzo. Catapulta, iaculum celere, vel ſagitta, &c.

REGVLAE SPECIALES DE TERMINATIONE.

Hæc dat a. Do neutris cum paſcha, mammona, manna.

Nomina in a, ſunt fœm. gen. ut Situla, uas, quo hauritur aqua, Vna ſecchia. Muſa, carmen, uel carminis dea, &c. [Do neutris, &c.] Excipiũtur tria neutri generis, paſcha, æ, id eſt, tranſitus, hoc. n. die Hebræi mare rubrum tranſierunt: Chriſtus ad immortalitatem tranſiit. Mammona, pecunia uel diuitiæ. Manna cœleſtis cibus.

Hadria maſculeum datur, atque cometa, planeta.

Tria ſunt maſculina: Hadria, id eſt, ſinus maris, uel ipſum mare Hadriaticum, Il mare di Venetia. Cometa ſtella crinita. Planeta, ſtella erratica: ut Sol, Venus. &c.

Hic aut hæc talpa, cum panthera, dato damæ.

Tria in a ſunt dubii generis, hic uel hæc talpa, animal captum oculis, muri ſimile. Panthera animal prorſus ferum, & maculoſum. Dama, capra ſilueſtris.

Sit neutri generis per a. quicquid tertia flectit.

Nomen tertiæ declinationis in a deſinens, eſt neutri generis, ut Scomma, atis, iocoſa irriſio, Mottegiare. Problema, propoſitio, aut quæſtio, &c.

Hoc date. Fœmineo generi do græcula primæ.

Nomen in e, eſt neutri generis, ut cubile lectus. Sedile, ſedes, &c. [Fœmineo &c.] Tolluntur a regula nomina in e, Græca, primæ declinationis: quæ ſunt fœminini generis: ut hæc Epitome, es, id eſt abbreuiatio. Campe, id eſt, eruca, Ruga. Ethice, moralis ſcientia.

I, neu-

I, neutrum pono. Finita per o, maribus do.

Omne nomen in i, ſingulare, eſt neutri gen. indeclinabile, ut gummi: viſcus ex arboribus fluens. Sinapi, notæ ſignificationis, Moſtarda, &c. [Finita per &c.] Nomen in o, deſinens, eſt maſc. vt Cento ſtragulum lecti uilloſum & craſſum. eſt etiam cento carmen ex diuerſis locis alicuius Poetæ collectum, quale ſcripſit. Proba ex Virgilio. Tyro, onis, nouus & rudis miles, &c.

Pondo loca neutrum, verbale io, cum caro, vult hæc.
Talio iungatur, poſuit quod Valla virile.

Excipiuntur a regula. [Finita per &c.] Pōdo neutri generis, ideſt, libra. Secundo excipiuntur nomina verbalia in io, quæ ſunt fœm. generis, & caro, & talio: veluti religio, a relinqnendo, vel religando, ideſt Dei cultus. Portio, quaſi partio. ideſt pars. Cænatio, locus vbi cænatur. Caro, notum. Talio, æqualis redditio.

Iungito fœmineis do, go. Sed maſcula ſunto
Ordo, udo, harpago, cudo, ligo. Sed dubitabis
Margo, Cupido, quibus iungunt cum cardine bubo.

Nomina in do, & in go terminata, ſunt fœminini generis, ut formido, timor. ſartago, frixorium, Padella da friggere, &c. [Sed maſcula &c.] Ex hac exceptione quinque maſculini generis rurſus excipiuntur, hæc ſunt, Ordo, in ſuo cuiuſque loco collocatio. Vdo onis, calciamenti genus. Harpago, onis, telum in ſummitate aduncum, quo nauigia capiuntur, uel inſtrumentum quo capiuntur quæ in puteum uel in flumen deciderunt, & dicitur harpax. eſt & harpago ferramenti genus, quod nonnulli uocant canem: quo

ferramento

ferramento circi uaſis uinariis aptantur. Cudo onis, capitis ornamentum ex corio. Ligo onis, ferramentum quo purgantur foſſæ. [Sed dubitabis, &c.] dubii genitiui ſunt hic uel hæc margo ginis. i. cuiuſque rei extremitas. Cupido pro cupiditate: pro amoris Deo, ſolum eſt maſculini. Cardo inis, quo ianua mouetur, & capitur pro polo. Bubo bubonis, auis ferialis, debilis ad volandum, cauernis commorans.

V, c, neutra loco, d, uel l, t. Sed hæc dabit halec,
Aut hoc. Sol, mugil dant hic, ut ſal, quod & hoc vult.

Nomina deſinentia in u, c, d, l, t, ſunt neutri generis, vt cornu, gelu, lac, quid. Tribunal, ſedes iudicis. Toral, veſtis qua torus ornat, &c. Synciput, anterior pars capitis. Occiput vero, poſterior, &c. [Sed hæc &c.] Excipiũtur a regula pauca. Nam halec tam fœminini generis, quàm neutri eſt, pro piſce, qui ſola aqua nutritur, & pro quodam liquamine ex inteſtinis piſciũ. Hic Sol, mundi oculus, Il Sole. Hic mugil, piſcis capito ſus, q in metu, abſcõdito capite, totũ ſe occultari putat, generis ſunt maſculini. Sal, nunc eſt maſculinum, olim etiam neutrum, Sale.

An, in, on, maribus dantur, ſint neutra ſecundæ,
Hic aut hæc python. Syndon muliebris, & icon.

Nomina exeuntia in an, in on, ſunt maſcul. generis, ut Titan. i. Sol. Azan, mons Arabiæ. Delphin, piſcis quidam & aſtrũ. Agon. i. certamẽ. Dæmon. i. diabolus. [Sint neutra &c.] Excipiuntur a regula nomina in on, ſecundæ declinationis, quæ latini plerunque vertunt in um: & ſunt neutri generis, ut Colon. i. membrum, Pelion nomen montis. Ilion, arx Troiæ, &c. [Hic aut hæc, &c.] Python pythonis, uel phyton phytonis, ſerpens quidam, dubii generis eſt [Sindon, &c.] Sindon ſindonis, velum ſubtiliſſimum, & Icon imago, fœminini generis ſunt.

En

En neutrum pono. Mas eſt cum pectine, lichen.
Et ren, ſiue rien, atagen, ſplen, iunge lienem.

Nomen in en, eſt neutrum, vt flumen. i. fluuius. Fulmen, Saetta. [Mas eſt, &c.] Eximuntur a regula pauca huic literæ inſerta, quia ſunt maſculini generis, ut hic pecten pectinis, quo pectitur capillus, Pettene, & cratis dentata, ad colendam terram, & pubes inferior viri & mulieris: item inſtrumentum quo pulſatur cythara: & piſcis, qui etiam pectunculus dicitur: & eſt inſtrumentum textorum, dictum quod fila in telis figat. Hic lichē lichenis mentagra, talis morbus. Ren ſiue rien, viſcus quoddam, Rognon. Hic atagen atagenis, maſculini, vel potius epicœni generis, auis eſt quædam delicati ſaporis, ualde uocalis, ſed capta mox obmuteſcens. Hic ſplen, lien lienis, idem, uiſcus. La rete.

Ar petit hoc. Sed lucar auis cum baccare vult hæc.
Nunc iubar hoc tantum poſcit: iubar hic dedit olim.

Nomina in ar, ſunt neutra, vt lupanar, domus luparū, ideſt mereticum, Luogo diſhoneſto. Coclear, quo ſorbemus, &c. [Sed lucar &c.] Duo fœminina excipiuntur. Lucar, auis quædam ſuauiter canens: Baccar baccaris, herba quædam ſine aſpiratione. [Nunc iubar, &c.] Iubar nunc tantum neutrum eſt: olim etiam maſculini. i. Sol, vel illius ſplendor, a iubis, ideſt radiis.

Er petit hic. Terræ hoc fœtus (cucumer niſi) poſcit.
Vber, iter, verber, cancer, tertiæ, atque cadauer.
Ver, ſpinter, tuber. Dabit hic aut hæc tibi lynter.

Nomina in er, ſiue declinationis ſecundæ, ſiue tertiæ ſunt maſculini generis: vt Anſer auis. Vn'oca. Agger eris alta terra oppoſita aquis, &c. [Terrę hoc & c.] Demūtur a regula quædam nomina tertiæ declinationis neutri generis,

neris,vt fructus terræ ſignificantia,velut papauer,herba ſemel ſoporiferum habens.Lauer eris,alia herba.Cicer. quoddam legumẽ ſuperius acutum, Siſer,herba quadã. ſic Piper,Zinziber, &c.Cucumer tamẽ maſculinum eſt. Verum ſępius in nominatiuo cucumis legitur,Cucume ro.[Vber,iter,&c.]Neutra etiã ſunt quæ ſequunt.Vber, mamma pecoris,aliquando etiam hominis,Mammelle. eſt etiã vbertas, magna agri fertilitas, Iter & itiner eius ſynonymum,itio vel actus eundi, & aliquando via.Verber,verberandi inſtrumentũ:nominatiuus ſingnlaris vix inuenitur.Cancer pro morbo quodã tertiæ declinationis , neutri generis eſt apud veteres: at nunc ſecundum Priſcianum, tantum eſt maſculinum, & tenet regulam. [Er,petit hic.]Cadauer a cadendo,eſt corpus mortuum, Corpo morto. Ver veris,anni pars tẽperatior. Spinter fibula mulieris.i.vncus quo veſtes nectũtur, Fibbia.Eſt & armilla qua noſtrates caduceatores hodie vtuntur. Tuber, priore longa, terræ callus,vulgo tartaſus dicitur in Italia,& nomen habet a tumore.[Dabit &c.]Lynter,dubii generis eſt : rectius tamen fœmininum eſt, & ſignificat nauiculam, & lignum cauatum, quæ nauia dicitur, qua in vindemiis ruſtici vti ſolent.

Ir *iunges maribus*: *neutri generis tamen eſt hir*.

Nomen in ir,maſculinum eſt,ut abbadir, lapis quem Saturnus dicitur deuoraſſe. Sic vir, & gẽtile Treuir, &c. [Neutri &c.]Hir eximitur,quia neutrũ ẽ.i. vola manus.

Hic dat or.Hæc arbor. Cor, a dorque hoc marmor, & æquor.

Nomen in or maſ.eſt, vt Mæror, vehemens dolor.Rumor,populi ſermo, Parlare del vulgo. [Hæc arbor &c.] Vnicum fœm.excipitur a regula.Arbor ſatis notũ.[Cor adorque, &c.] Quatuor ſunt in or,neutra. Cor, fons & radix

radix uitæ. Ador, frumentum quoddam. Marmor, genus lapidis. Aequor, ideſt mare: aliquando etiam campus, aut aer. Nam proprie dicitur ſuperficies rei, ab aqua cui æqua ſuperficies eſt, quum non fluctuat.

Hoc dat ur. Hic furfur capiet cum uulture turtur.

Nomẽ in ur, eſt neutri gen. ut murmur, leuis aquæ ſtrepitus, licet metaphorice pro quouis ſtrepitu capiatur, Guttur, fiſtula colli, &c. [Hic furfur, &c.] Tria hic excipiuntur maſculini generis. Furfur, purgamẽtum farinæ, Semola. Vultur, auis uorax, & carniuora, quæ etiam uulturis, & uulturius dicitur. Turtur, auis, uel piſcis.

As petit hæc. Neutrum eſt uas uaſis, fas que, nefas que,
Atque Ceras. Vult as hic aſſis, ut omnia primæ
Nomina, queis addes adamas, elephas, acragas que.

Nomen in as, eſt fęmin. gen. ut charitas cum h. i. dilectio. Caritas ſine h. i. pretioſitas, Careſtia. Facultas. i. poſſibilitas, ars, poſſeſſio, &c. [Neutrum eſt, &c.] Excipiuntur a regula, quatuor neutra. Vas quando genitiuus eſt uaſis, quod continet aliquid, Vaſo. Fas, licitum, Coſa lecita. Nefas, illicitum, Il contrario. a nefas, aptota ſunt. Ceras adis, teſte Priſciano, cuiuſdam loci nomen. [Vult as, &c.] Maſculina uero ſunt. As aſſis, pondus duodecim unciarũ, Græce mna dicitur, accipitur ꝓ tota poſſeſſione, ut hæres ex aſſe, ideſt ex tota poſſeſſione. Maſculina ſunt etiam omnia primæ declinationis nomina in as, ut Boreas, ventus: Satanas, dæmon. Tyaras, capitis ornamentum, quo reges, ſacerdotesque utebantur, &c. Et his iunguntur Adamas. i. lapillus pretioſus. Elephas, Elefante. Acragas, oppidi & montis montem.

Es ſit fœmineum. Tudes hic uult, poples, & ames,
Pes, aries, paries, palmes, cum limite ſtipes,
Et fomes, trames, termes, cum gurgite ceſpes,

Et uerres, merges: quibus addito Græca, diesque
Tempore pro certo, cum prole dat hæc ita raro,

Nomen in es, eſt fœminini generis: ut Apes Ape del mele. Moles, magnitudo. Cędes, ideſt interfectio. Morte, &c. [Tudes hic &c.] Excipiũtur a regula quędã in es, nomina maſc. gen. vt Tudes, i. malleus, a tundendo dictus, Martello. Poples curuatura ſub genu. Ames, ſine h, baculus quo ſuſtentatur rete aucupariũ. Pes, pars corporis. Aries, maſculus ouium: & quoddã inſtrumentũ bellicum. Paries, murus domus ex quacunq; materia. Talmes, ramus uitis. Limes, ideſt lignum, aut lapis agros diſtinguens, & quicunq; terminus. Stipes fuſtis terræ defixus, & quicunq; baculus. Fomes, ideſt nutrimentũ. Trames, uia uel tranſitus. Termes, ſurculus arboris. Gurges, profundus in flumine locus. Ceſpes, fruſtũ terrę graminoſę. Verres porcus nõ caſtratus. Merges, manipulus ſpicarũ. [Quibus addito, &c. Maſculina quoq; ſunt nomina Græca primæ declinationis: ut planetes, prophetes, cometes, &c. Et tertiæ: ut Magnes, nomen lapilli ad ſe ferrum trahẽtis. Lebes, uas æneum, in quo res bulliunt, Caldaia, &c. Et dies. pro tempore certo, ut uiginti quatuor horarum, eſt proprie maſc. gen. licet etiam reperiatur fœmininum. Ab eo compoſitum meridies, ideſt diei medium, ſolum eſt maſc. Dies pro tempore ſimpliciter, hoc eſt incerto, fœmin, eſt, unde diecula pro tempuſculo, ut, Venit poſt multas una ſerena dies.

Hipp omanes neutrum dabimus: uelut æs, cacoethes.

Neutri generis ſunt hippomanes, i, uirus ab æqua collectum, uel carunculã in fronte pulli equini, hominem ad inſaniã redigens. Hippos, i. equus. Mannia, ideſt inſania. Aes æris, quod per æ, diphthongum ſcribitur, quod dam metallũ, capitur pro pecunia: unde alienum æs, eſt

debita

debita pecunia. Cacoethes malus mos.

Miles,eques,cocles,generis communis, & hoſpes,
Indiges, antiſtes,uates,interpres & hæres,
Et pedes. Aſt hic,aut hæc fixum ſuſcepit ales:

Nomina quæ hic inſeruntur, cõis generis ſunt: quia uiro & fęminæ cõueniunt per regulã.[Quicquid utriq; datur,&c.]ut miles,qui uel quę militat. Eques,equo inſidẽs,Cocles,luſcus,uel luſca.i.alterutro oculo captus. Hoſpes, qui quæue ad hoſpitium recipit, aut recipitur, & capiť pro peregrino. Indiges,homo poſt mortẽ inter diuos relatus, relataue, ut cũ uulgo loquar, canonizatus,canonizataue. Antiſtes,in aliqua re ſummus:ut Antiſtes ſacerdotũ. Fœmina ſępius dr̃ Antiſtita,tæ:aliquando etiam antiſtes. Vates,poeta aut poetria, & quicunq; futura prædicit. Interpres,qui auctores explicat,aut aliquid ex lingua in linguã transfert. Hæres,ad quẽ quãue defuncti bona iure perueniunt,Hærede. Pedes,Pedibus iter faciens,A piede.[Aſt hic &c.]Ales ſubſtantiuũ.i.uolucris,epicœnũ eſt ſub hic aut hæc. Diues,locuples, comes,ſupſtes,hebes,teres,præpes,inquies,deſes,& multa alia in es, in ſingulari numero omnis generis ſunt per regulam, [Adiectiua trium, &c.]Sed in plurali neutro carent,ſaltem in nominatiuo,accuſatiuo, & uocatiuo.

Is dabo fœmineis. Sunt maſcula piſcis, & axis,
Glis,callis,uermis,ſotularis,atynacis, orbis,
Et cenchris,uectis,peſtis,cum ſanguine faſcis
Et fuſtis,menſis,collis,caulis quoque follis,
Et caſſis,torris,quibus addes pollis, & enſis,
Sic delphis,cucumis,uomis, compoſitaque ab aſſe.
In nis finitum,lapis,unguis,aqualis, aprilis.

Nomẽ in is,eſt fœ.ut bilis,ideſt cholera,& ira Cratis,

rara connexio ferramentorum, aut lignorũ. Phraſis, elocutio, &c. [Sunt maſcula, &c.] Tolluntur à regula multa maſcu. gen. Piſcis, noti ſignificatus. Axis, ſtipes, uel lignũ teres, circa quód rota uertitur, & capitur pro toto curru, & pro parte cœli, quem polum uocant. Glis, animal non abſimile muri, Ghiro. Vnde prouerbium: Egli dorme come un ghiro. Callis, Via trita. Vermis a uertendo: quia ſeſe torquendo repit, Verme. Sotularis, calceus. Acynacis. i. gladius, & ꝓprie Medius, uel Perſicus. Orbis res rotũda, circulus. Cenchris, quidam ſerpens: eſt etiã auis ex accipitrum genere: Latine dicitur tinniculus, & portus Corinthi. Vectis, inſtrumentum quo clauditur oſtiũ: eſt quoque lignum teres, quo aliquid uehitur, uel portatũ. Poſtis, latus ianuæ aut portæ. Sanguis eſt cruor, proprie tamen qui eſt intra uenas. Cruor fuſus ſiue ſanies, ponitur pro genere, pro uita & peccato. Faſcis põdus, aut res ligatæ ad portandũ: & pro onere ponitur, Fare uno fardello. Fuſtis, baculus. Menſis, notum eſt. Collis, monticulus. Caulis, ſtipes herbæ, Troncone dell'herba. Follis, inſtrumentum, quo attrahitur & emittitur uẽtus, Folle, cioè quello, che ſi adopera nel ſoffiare. Caſſis dum rete ſignificat, maſculinũ eſt: dum galeam, fœmininũ. Torris, lignum ardens uel aduſtũ, Tizzon di fuoco. Pollis, flos tritici. Enſis, gladius. Delphis, i. delphin, maris bellua; & ſignum cœleſte. Cucumis, dictum eſt. Vomis ferramentum aratri, Il uomero. Maſculina ſunt etiam compoſita ab as aſſis, ut ſemis dimidium aſſis. Treſſis, tres aſſes, &c. Maſculina, item ſunt in nis finita, ut panis. Penis, i. cauda, & mentula. Funis. i. reſtis. Crinis, capillus, &c. Et lapis. Vnguis, durities digitorũ tam in auibus, cęteriſque beſtiis, quàm in homine. Aqualis, uas in quo affertur aqua, Vaſo per dare l'acqua alle mani. Aprilis nomen menſis.

Hic

Hic aut hæc finis, clunis, cum corbe canalis,
Anguis & Alcionis, torquis, puluis, cinis, amnis.

Nomina hic poſita ſunt dubij gen. Finis. extremitas in unaquaque re. Clunis, nates, ſiue natis tumor, Feſſe. Corbis, uas uimineũ. Gorna, Canalis, lignũ cauatũ, aut quiduis aliud, per qđ aqua fluit in uiis: dicitur & hoc canale canalis, Canale. Anguis ſerpens, melius eſt maſculinum. Alcyonis auis eſt maritima, in arenis medio fere hyemis oua ponẽs: dicitur & hæc alcyo alcyonis, & hęc alcyone alcyones. Latine autem alcedo alcedinis. Torquis, colli ornamẽtum, & ſummi pectoris: ut circulus aureus flexilis obtortus: dicimus pro eodẽ hęc torques torquis, Collana. Puluis, & cinis ſæpius maſculina: quid ſignificent apertum eſt. Amnis, tibi ſit maſculinum ſolum. i. fluuius.

Os maribus detur. Sin neutra chaos, melos, os, os,
Atque epos. Hæc arbos dices: cui iungito cos, dos,
Cum multis Græcis, per us hæc uertere Latini.

Nomen in os, eſt maſculinũ, ut ros, humor qui ſereno tpe fluit ſuperne, Ruggiada. Logos ſermo. Flos, &c. [Sin neutra, &c.] Excipiũtur a regula pauca neutri ge. Chaos, cõfuſa rerum congeries (ex qua multi Philoſophi crediderunt mundum a Deo factum) capitur pro nocte, & inferno. Melos. i. dulcis modulatio. Os oris, & os, oſſis, nota ſunt. Epos carmen heroicum. [Hæc arbos, &c.] Fœmi nina ſunt arbos. i. arbor. Cos lapis, quo ferrum acuitur: & quo probatur aurum, Pietra d'aguzzare, e da prouar l'oro. Dos. i. quod ſpõſo cũ vxore datur: capitur pro quouis dono uel gratia, Dono ò gratia. Fœminina ſunt etiã multa Græca in os, quæ in us uertunt Latini: ut papyros, aut papyrus, frutex uel arbuſcula Aegypti, ex qua fiebãt chartæ, in quibus ſcribebant: nunc ex linteolis cõtritis, priore retẽto nomine. Arctos uel Arctus. i. Vrſa, ſignum

cœleſte. Balanos uel balanus,ideſt nux,uel glãs.Eremos uel eremus,locus deſertus,Heremitorio. Synodos uel ſynodus,cõuentus,Sinodo,&c.Dictum eſt,Cum multis Græcis: quia non omnia Græca in os,quæ Latini uertũt in us,ſunt generis fęminini: nam multa etiam ſunt maſculina: ut hic zelos, uel zelus, ideſt æmulatio,& amor: hic Gyros, uel gyrus, ideſt,circulus uel ambitus.Gomphos,uel gomphus,ideſt,clauus.Cyclos uel cyclus,ideſt circulus,&c.

Vs mas non te rnæ, quod ternæ eſt dicito neutrum.

Nomẽ in vs,ſecundæ,aut quartæ declinationis,eſt maſcu.gen.Secundæ: ut aceruus,cumulus,Monticello.Neuus, macula in corpore. Limbus, faſcia ambiens extremam partem ueſtis,Liſta all'orlo della ueſta,capitur pro quauis extremitate:ut limbus inferni;&c. Quartæ,ut caſus,ruina,uel euentus fortunæ. Cenſus,pecunia,& ſubſtantia,il capitale o l'entrata. Senſus, quo ſentimus. Luctus,dolor, &c. [Quod ternæ,&c.] Nomina uerò in us, tertiæ declinationis, ſunt neutri generis: ut corpus, qđ ſentitur. Vlcus,collectio corrupti ſanguinis in corpore: apoſtema. Olus,oĩs herba ſatiua, quæ in uſu cibario eſt.

Fœmineum domus eſt,& uannus,humus,colus,aluus,
Et tribus;atque manus, ſeu porticus, ac acus, Idus.

A regula,[Vs mas non ternæ,&c.] excipiuntur pauca fœm.gen.Dòmus partim ſecundæ,partim quartæ,ut colus: & quæ tantum ſunt ſecundæ,uannus,humus,aluus. Reliqua ſunt quartæ dedlinationis:& Idus tantũ eſt pluralis numeri.Domus eſt ædificium ad habitandũ factum ex tecto,& parietibus:impropriè pro quocũq; habitaculo ſumitur: ut pro tẽplis,& nidis,ferarũq; latibulis : ſumitur & pro familia,pro gente, pro patria. Vannus, uas uimineũ latum,aptũ purgando frumento. Humus,terra humefacta. Colus, La rocca,inſtrumentum quod penſa con-

cõtinet, a quo fila ſuſo ducũtur: at Colus tormẽti genus, ſolũ eſt maſ.ge. Aluus. uẽter: ſed propriè ea pars qua ſordes effluunt, nonnunq̃ pro alueo ſumitur. Tribus, progenies. Manus, membrũ notũ, a cuius ſimilitudine, manus inſtrm nauticum dicitur, quo naues harpagonibus raptę tenẽtur, manus quoque eſt multitudo, & poteſtas, & elephanti proboſcis, & ſcriptura manuum. Porticus, ampla domus, propter repentinos imbres, & umbrarum, ac deambulationis gratia ædificata, Sala. Acus, inſtrumẽtum ſartoris, L'Ago. Idus dies ſunt quidam menſis.

Dat pecus hæc pecudis, ſubſcusq̃; palusq; ſalusq;
Quæque ſenex, iuuenis cum ſerrio nomine donant,
Et uirtus, incus. At maſcula ſunt lepus, & mus,
Et quæ pus donat, ueluti cytrapus, nolo iungi.

A nominibus tertiæ declinationis excipiuntur pauca fœ.gen. quæ ſunt hæc, Pecus quando genitiuus eſt pecudis: nam ſi pecoris facit, neutrum eſt, & utrũq; ſignificat oẽ animal, q̃ ſub hominis imperio pabulo terræ paſcit, ut ſunt boues, aſini, equi, capræ, oues, &c. Pecus pecoris ẽt totum gregem ſignificat. Subſcus, tabella qua tabulæ inter ſe cõfiguntur, quia qua immittitur, ſucciditur, Tauola fitta per trauerſo, o cauecchia. Palus paludis, terra aquoſa, uel aqua nigra nõ fluens. Salus, incolumitas: aliquando ẽt remediũ. Senectus, ſenum ætas: Iuuentus, ętas iuuenum. Seruitus, quæ cõtraria eſt libertati. Virtus, habitus bene recte q; uiuendi. Incus, ferramentum magnũ, ſuper qđ fabri cadunt, L'incugine. [At maſcula &c.] At maſc.gen. ſunt. Lepus, animal notum, & mus: Maſculina ſunt etiam Græca a pus podis. i. pes: ut Tripus. i. mẽſa tripes. Cytrapus, ferramentum, cui ſupponitur cacabus, uel olla ſuper ignem: uel olla habens pedes, Trepie. Sciopus, pede umbram faciens. Antipus Antipodis, homo contra pedes noſtros ambulans &c.

Carbaſus hic aut hæc, groſſus dant: grus, atomusque
Lecytus, atque pharus. penus, & ſpecus, & paradiſus.
Sic aluus quondam, iunge intybus atque phaſelus,
Pampinus, atque arquus, pro fructu ficus: at hic uult
Pro morbo: nunquam declinat quarta uirile.
Hoc ſpecus, atque penus dices, dum tertia flectis.
Hic aut hoc uulgus. Solum hoc uirus, pelagusque.

Quædam in us, ſunt dubij generis, ut hic uel hæc carbaſus: ſæpius tamen eſt fœ. ge. genus lini miræ tenuitatis, unde fiebant uela, quæ ob id, undecunque fiant nunc carbaſa dicuntur. Groſſus, ficus abortiua, quæ nunquam matureſcit. Grus, eſt epicœni gen. ſub hic uel hæc, auis eſt nota. Atomus, corpus inſecabile: ab a. i. ſine, & tomos inciſio. Lecytus, ampulla olearia. Pharus, turris altiſſima in aliquo portu propter nauigantium ſalutem ad prælucendi miniſterium fabricata. Penus eſt omne eſculentum & poculentum, quo homines ueſcuntur, Ogni coſa da uiuere. Specus. i. ſpelunca, unde ſpectare licet. Paradiſus, pomarium, & locus amœniſsimus, in quo cõſtitutus fuerat à Deo homo. Aluus, nunc ſolum fem. ge. eſt: olim etiam maſc. Intybus, herbæ nomen. Phaſelus, nauicula uelox, & oblonga. Pampinus, uitis ramus. Arcus, uel arquus, pro iride, tam ſecundæ, quàm quartæ declinationis, melius eſt maſc. gen. Ficus, arbor nota, ſolum eſt fœm. gen. per regulam generalem, Arboris eſt nomẽ, &c. & eſt ſic ſecundæ, uel quartæ declinationis. Pro fructu eſt maſ. uel fem. gen. Pro maſculino quidem ſolũ ſecundæ declinationis, etiam morbum quendam à ſimilitudine fici ſignificans. Pro fœm. genere tam ſecundam, quàm quartam declinationem recipit. Penus & ſpecus, tertiæ declinationis ſolum, ſunt neutri generis. Vulgus, multitudo ignobilis, tam maſculini, quàm neutri generis.

ris. Virus,uenenum,& grauis odor. Pelagus,mare. Tantum duo hæc neutri generis ſunt.

Fœmineum eſt laus,fraus, uelut s, cui conſona iuncta eſt.

Laus, & fraus,& omnia nomina deſinentia in s, præcedente conſonante, ſunt fœminini generis: ut trabs, craſſum lignum in ædificio. Plebs, uulgus. Vrbs,oppidum. Laus,proprie uirtus,& laudatio. Fraus,deceptio, & periculum.

Maſcula ſunt pons,fons,mons, ſeps dum denotat anguem
Et cum dente calybs,aſſis cui iungito partes.
Et polyſyllaba in s, dum, p, præponitur illis.

Excipiuntur à regula, [Velut s,cui, &c.] quædam maſcul.generis,& ſunt hæc: Fons, à fnndendo, quia fundit aquã.Pons,ideſt,per quod ſupra aquam tranſimus.Mõs, terræ tumor altiſſimus. Seps,ſerpens quidam· Dens notum eſt.Chalybs,populus quidam,& ferrum optimum, Acciale. Item maſculina ſunt nomina ſignificantia partes aſſis: ut Sextans,ſexta pars aſſis.Quadrãs,quarta pars aſſis,ideſt,unciæ tres. Triens,tertia pars,ideſt,unciæ quatuor. Item maſcul.ſunt polyſyllaba in ps, ut hydrops, aqua intercus. Aethiops,notum.

Hic aut hæc forceps,& adeps,frons: cum ſcrobe,ſerpens.
Atque rudens, & ſtirps, dum truncum ſignificabit.

Pauca in s,deſinentia, præcedente conſonante, ſunt dubij generis: ut Forceps, inſtrumentum quo tenetur aliquid: uulgo tenaglia uocatur. Adeps,pinguitudo cuiuslibet rei. Frons frontis, anterior capitis pars. Frons frondis,arboris folium. Scrobs, foſſa, aut puteus. Serpens, ideſt, anguis. Rudens, funis nauticus. Stirps, pro origine, uel progenie, ſolum eſt fœmininum. At pro trunco, uel radice, tam maſculini, quàm fœminini generis eſt.

Hęc

Hæc petit x, Polyſyllaba in ax, & in ex, maribus do.
Dic tamen hæc fornax, ſimilax, carex, uelut halex.
Addatur uibex, cum forfex, atque ſuppellex.

Nomina in x, ſunt fœminini generis: ut cœlox.i.ſcapha, pax, nox, &c. [Polyſyllaba in ax, &c.] Excipiuntur tam in ax, quàm in ex, nomina polyſyllaba: quia ſunt maſculini generis: ut thorax, pectus, & pectoris munimentum. Nycticorax.i.coruus nocturnus. Antrax, hulcus quoddam, Carbone. Harpax, uncus quo aliquid trahitur ex puteo. Frutex medium quiddam inter arborē & herbam. Latex.i.aqua. Vertex.i.ſummitas. Pollex, primus digitus: quia præ cæteris pollet. [Dic tamen, &c.] Inter polyſyllaba.i.habentia plures ſyllabas, quàm unam, fęminini generis ſunt: Fornax, caminus ubi coquuntur lapides. Similax, genus hæderæ, Flore candido olente lilium. Carex, herba acuta, & duriſſima, ſimilis aſparago. Halex, piſcis, Vibex, ſignum flagelli in corpore. Forfex, inſtrumētum ſartorum, quo aliquid ſcindunt, Forfice. Suppellex, res domeſtica.

Maſcula ſunt fornix, phœnix cum maſtige, uarix,
Et bombix, ſpadix, & orix, quodq; uncia præbet,
Grex, & erix, ſandix, uoluox, calyxque, calixque.

A regula. [Hæc petit x,] tolluntur plura maſculini generis, ut Fornix, arcus in ædificiis, & quodcunque opus concameratum. Phęnix, auis unica. Maſtix, flagellum. Varix, uena tumida in corpore humano. Bombix, uermis ex cuius textura bombicinium conficitur. Spadix quidā color. Orix, animal in Getulia ex caprarum genere. Et compoſita ab uncia etiam maſculina ſunt: ut quincunx, ſexcunx, deunx, &c. Grex, pecudum multitudo. Erix, mōtis Siciliæ nomen. Sandix, herba quædam, & coloris genus. Voluox, quidam uermis, Calyx, cum y, Græco prio

re

re producta, folliculus, quo fructus arboris cooperitur. Calix, cum i, noſtro priore correpta, eſt uas potorium.
Hic, aut hæc cortex, & onyx, cum prole, ſilex, lynx.
Imbrex, calx, ramex, pumex, obicem uolo iungi.
Atque culex, natrix. Sunt qui limax quoque iungant.

Quædã nomina in x, ſunt dubij generis: ut hic vel hęc cortex, eſt ueluti corium cuiuſcunque rei, aut arboris. melius tñ maſculini eſt, Scorcia. Onyx, id eſt, unguis, & gemma cãdorẽ habens unguis humani. [Cũ prole] quæ eſt ſardonyx, gẽma, ſardionicisq; colorẽ repræſentans. Silex, lapis duriſsimus, unde excutitur ignis. Lynx, animal maculoſum, ex luporum genere acutiſsimè uidẽs. Imbrex, eſt canalis in tecto, per quem defluit imber. Calx, pes imus, maſculinũ eſt: ſed quãdo ſignificat materiam, qua lapides in muro conglutinantur; ſolũ eſt fęminini generis, Calce. Ramex, ideſt, hernia, hoc eſt ruptura, & deſcenſio inteſtini in ſcorteum, ideſt, ſaccũ teſticulorum. Pumex lapis cauernoſus, ad corpora læuigãda laudatiſsimus. Obex, rariſsime ſingulariter reper. tus nominatiuus, ſignificat obiectum uel obſtaculũ, ut peſſulũ, ſerã, &c. Culex, uermiculus alatus. Natrix, ſerpens aquaticus. Lymax, eſt teſtudo, & coclæa terreſtris

DE REGVLARI NOMINVM DECLINATIONE, LIBER SECVNDVS.

REGVLAE GENERALES.

Compoſitum, ſimplexque modo ſimili gradiūtur, Demitur exanguis, ſine carmine plura recludam.

Simplex & compoſitum plerunque ſimili modo declinantur: ut pes pedis, bipes, bipedis. Nam apes, &

vulpes non proprie dicũtur compoſitæ figuræ, licet per etymologiam apes putetur dici ab a, priuatiua particula, & pes: uulpes, quaſi uolipes: atque ideo faciunt genitiuos apis, uulpis. non apedis, uulpedis: ſicuti nec lepus facit lepedis, licet putetur dici quaſi leuipes. Requies non demitur a regula: quia ut requies quintæ declinationis eſt, ita etiam quies apud ueteres. Afranius: Solicito corde, corpus non potitur quie &c. Neuius dixit. Suaui quie. Impubis facit genitiuum ſimilem nominatiuo, impubes. Impuber uero impuberis ut puber: iõ perperam excipiuntur. [Demitur exanguis, &c.] Demitur, autem a regula exanguis, quod genitiuum facit ſimilem nominatiuo, quum ſimplex ſanguis, faciat ſanguinis, & eſt carens ſanguine, ideſt, admodum pallidus, mortuus. Tolluntur alia, nam a ſubſtantiuis facta adiectiua, in ablatiuis & quibuſdam aliis caſibus aliter erũt, quàm ſimplicia, ut caulis, ablatiuum facit caule, unicaulis uero, unicauli, &c.

Rectum in compoſitis tantummodo flectere fas eſt.
Alteruter rectum neſcit uariare priorem.

Dictio cõpoſita ex plurib. caſib. non declinatur, niſi ex parte recti: unde ſi ex duobus nominatiuis cõficiatur declinatur uterq; nominatiuus, ſi declinationem recipiat, ut Reſpublica, reipublicæ, ciuitas libera, q̃ iure regitur. Si ex recto & obliquo fiat, aut cõtra, ſolus nominatiuus declinabitur: ut tribunus plebis, tribuniplebis, &c. ideſt, princeps & defenſor plebis, urbis præfectus, iuriſperitus, &c. Si uero nomẽ ex duobus obliquis conſtet, nullo modo flectitur, vt huiuſmodi, eiuſmodi, quę poſſunt eſſe orationes. [Alteruter, &c.] A parte prima excipitur Alteruter, quod licet ex duobus rectis conſtet, tamen poſterior ſolum declinatur: ſic, Nominatiuo alteruter alterutra alterutrum, genitiuo alterutrius, &c. i. quiuis e duobus,

bus, aut unus ex duobus. Aduerte regulam ſolum intelligi de compoſitis ex duobus integris: ideo agricola, & duodecim, huc non pertinet, nec puerpera, nec leopardus, quia potius a nomine lea fit. Item quotieſcunque alter nominatiuorum aliquo carebit, tota dictio eodē carebit, ut iuſiurandum caret genitiuo, datiuo, ablatiuoq; pluralibus: quia illis ius caret. Item ſuiipſius, caret nominatiuo ut ſui.

In neutris primus, quartus, quintus ſimiles ſunt.
Queis in a pluralis ſemper quum flectimus, exit.

Nomina neutri generis, in quacunq; declinatione habent tres caſus ſimiles: nominatiuum, accuſatiuum, uocatiuum, in utroque numero. Et hi caſus ſi declinetur in plurali, terminantur in a: ut, nominatiuo, accuſatiuo, uocatiuo, ſcamnum, & pluraliter ſcamna: ſic corpus corpora, cornu cornua, &c.

Eſt primo quintus ſimilis. Sed Græcus s, aufert
Sæpe, uelut Thoma, Theſeu, Pantheu, Pari, Palla,

Vocatiuus ē ſimilis nt̄o: ut nt̄o muſa, puer, panis: uocatiuo o muſa, puer, panis, &c. tam in ſingulari, q̄ in plurali. [Sed Græcus, &c.] Ab hac regula excipiuntur primo noīa Græca in s, quæ literā s, in uocatiuo ſępe abijciunt, ut hic Aeneas, Thomas, o Aenea, Thoma: ſic oīa in as, terminata: hic Anchiſes, o Anchiſe, ſic omnia in es primæ: hic Theſeus, o Theſeu, ſic omnia in eus ꝑ eu diphtongum deſinentia: hic Pantheus, o Pantheu, hæc Pallas, Palladis, o Palla. Talia ſunt in tertia virorum propria in as, quorū genitiuus fit in antis. Aeneas, Thomas, & reliqua oīa, ꝓpria ſunt uirorū. Sunt adhuc duæ a regula exceptiones. Prior eſt de noībus in us ſecundæ declinationis, ut hic dominus, o domine. Poſterior ē in eadē declinatione de proprijs in ius, ut Laurentius, o

Laurenti.

Laurenti. habebuntur ſuis locis.

Syncopa plurali nonnunquam fit genitiuo:

Syncopa aliquando fit genitiuo plurali. In prima quidem, ut cœlicolum pro cœlicolarum. In ſecunda deum pro deorum. In tertia, cœleſtum pro cœleſtium. In quarta currum pro curruum. In quinta, ut ſpecieum finer, pro ſpecierũ: ſed id exoleuit. Syncopa eſt ablatio literę uel ſyllabæ e medio dictionis: huic eſt figura contraria Epentheſis, quæ eſt adiectio literæ, uel ſyllabæ in medio dictionis: ut alituum pro alitum.

Pluralis ſimilis ſexto uult tertius eſſe.

Datiuus, & ablatiuus plurales cuiuſcunque declinationis, ſunt ſimiles, ut datiuo & ablatiuo magiſtris, manibus, &c. Ponetur ergo ſolius datiui regula, quia per hunc ablatiuus notus eſt.

Prima dat as, es, e, rectis, & a. Patrius æ, uult,
Cum terno. Sed ab e recto: genitus in ęs fit,
Caſibus in Adam tantum flectunt, & Abraham.

Prima declinatio habet quinq; terminationes nominatiui ſingularis, as, ut, Aeneas, Damœtas, propria uirorum. Es, ut. Alcides, Anchiſes, propria etiam uirorũ, e, ut pentecoſte, feſtum Spirituſſanti, a ut poeta, qui facit carmina: am, ut Adam, Abraham, notæ ſignificationis. [Patrius, &c.] Genitiuus, & datiuus primæ declinationis ſing. numeri, deſinunt in æ, diphthongum, ut patria huius patriæ, huic patriæ, id eſt, natale ſolum; muſa, muſæ, muſæ, &c. Sed ab e, &c. Excipiũtur a regula, quantum ad genitiuũ, nomina Græca, in e, quia genitiuũ, in es, datiuũ uero in æ, diphthongũ faciunt, ut Magdalene huius Magdalenes, huic Magdalenæ, propriũ mulieris &c. [Caſibus his, &c.] Adam, & Abraham indeclinabilia

ſunt,

ſunt,ut Balaã. Eccleſiaſtici tamen in genitiuo datiuoue nonnunquam Adæ, Abrahæ dicunt, uirorum nomina.
Am faciet quartus. Finita per as, uel a Græca,
An quoque dant, en fiet ab es, & ab e, nec habentem.

Accuſatiuus ſingularis primæ declinationis termina tur in am,ut hæc ſella, hanc ſellam .i. ſedes, &c. [Finita per &c.] Græca nomina in as,& in a, mittunt etiam accuſatiuum in an,ut Satanas, hunc Satanam uel Satanan, ideſt, diabolus: & Aetna, hanc Aetnam, uel Aetnan, montis nomen, &c.]En fiet, &c.] Nomina in es,& in e deſinentia,faciunt accuſ.in en, & nunquam in em, per m,ut Anchiſes, Anchiſen, & non Anchiſem, uiri Troiani proprium patris Aeneæ. Niniue, Niniuen, & non Niniuem, maxima olim urbs Syriæ.

A ſextus donat: Tamen es, ac e retinent e.

Ablatiuus in a deſinit,ut lagæna, ab hac lagæna, uas in quo uiatores potum ferunt. Sagena, ab hac ſagena, ideſt,rete piſcatorium,&c.[Tamen es,&c.] Nomina in es, & in e deſinẽtia faciunt ablatiuum in e:ut cometes, ab hoc comete,ſtella crinita. Strophe, ſtrophes, ab hac ſtrophe, ideſt, uerſutia, uel deceptio.

Primus pluralis fit in æ, Genitiuus in arum.

Nominatiuus pluralis in æ,diphthongum deſinit,cui ſimilis eſt uocatiuus. Genitiuus fit in arum,ut cataractę, o cataractæ, harum cataractarum, Cataracta dicitur a quibuſdam feneſtra cœli.

Tertius is, poſcit. Tamen abus paucula donant,
Filia, mula, duæ, liberta, equa, nata, dea, ambæ. A nima

Datiuus pluralis in is deſinit,ut datiuo his muſis, Datiuo ablatiuus ſimilis per regulã. [Pluralis ſimilis, &c.] Octo indubie habent abus ut filia filiabus, nata natabus, notæ ſignificationis, mula mulabus, animal notum,

duæ

duæ duabus,& ambæ ambabus,per ſe patent,liberta libertabus, mulier libera,quæ fuit ſerua: equa equabus, notum animal, dea deabus, ſatis clarum eſt.

Accuſatiuus ſemper pluralis in as fit.

Accuſatiuus pluralis in as finitur,ut, has animas, has crumenas. Anima, eſt ſpiritus corpus uiuificans. Crumena, quod barbare dicitur burſa.

SECVNDA DECLINATIO.

Altera ſex rectis er,ir,eus, ur, dat uel us, aut um.
Addimus e Græcis os,& on, per us, um uarianda.

Nominatiuus ſecundæ declinationis habet ſex terminationes, er, ir, eus, ur, us, um. Eus eſt terminatio Græca. His iungimus Græcam terminationem os, quam Latini ſæpiſſime uertunt in us: & on, quam uertunt in um. Exempla ſunt, Faber quicunque artifex, qui malleo utitur, ut faber lignarius, faber ferrarius, faber murarius, &c. Vir, id eſt, mas: unde uirtus tum animi, tum corporis. Orpheus, proprium poetæ. Satur, cibo plenus, Satollo. adiectiuum. Circus, locus rotundus. Solum animalis ſuſtentaculum: ut terra eſt homini ſolum, mare piſcium, aer auium. Samos, inſula. Pelion, mons.

I patrius ſeruat. Genitiuus non ſuperabit.

Genitiuus ſecũdæ declinationis in i,definit:ut huius magiſtri,domini,ſcamni.[Genitiuus nõ, &c.] Genitiuꝰ ſecundæ declinationis non habet plures ſyllabas quàm nominatiuus: & hoc dicunt,non creſcit genitiuus,ut ſequeſter,huius ſequeſtri, ideſt mediator inter litigantes, &c. Onager,onagri,id eſt,ſylueſter aſinus.

Creſcit, ir, gener, & proſper, puer, aſper,adulter,
Presbyter, atque tener, miſer, exter. gibber,iberque.

Ec

Et lacer, atque ſocer, liger, orta gero, fero, liber.
Addimus his dexter, cui ſyncopa fiet, ut aſper.

Creſcunt tamen pauca, ut quæcunque in ir, deſinunt, ueluti, leuir leuiri, frater mariti, uel uxoris. Et in ur, ut ſatus ſaturi cũ ſequentibus. In er, ut gener generi, maritus filiæ, genero. Proſper proſperi, fortunatus aut felix. Puer pueri, filius aut famulus. Aſper aſperi, durus, acutus, amarus, non planus. Adulter qui matrimoniũ uiolat. Presbyter, ſenior, non ut Barbari ſomniãt, præbens aliis iter. Tener, ra, rum, mollis. Miſer, infelix. Exter, a, um, ideſt, externus. Gibber, eri, gibboſus, uel gibberoſus, Gobbo. qui tumoré in dorſo habet, qui gibbus dicitur. Iber eri, Hiſpanus. Lacer, ra, rum. laceratus uel laniatus, Lacerato. Socer, eri, pater mariti uel uxoris. Liger ri, uiri proprium. Creſcũt etiam compoſita a gero, & fero. ut clauiger, ra, rum, qui clauam gerit, ut Hercules: uel clauem, ut D. Petrus. Lucifer, ra, rum, ferens lucem, &c. Liber, ra, rum, id eſt non ſeruos: cui licet quodlibet, niſi ui aut iure prohibeatur. Liber, liberi, ideſt Bacchus, Deus uini, & priorem producit. Pro cortice aut codice facit libri, priorem corripiens, nec creſcit. Dexter, dextera, dexterum, eri, notũ eſt: aliquando idem eſt, quod proſper, & recipit ſyncopẽ dextri ſicut aſper, quod interdum declinatur aſper, aſpra, aſprum, aſpri, &c.

Conſeruant normam pronominis iſta ſecundam,
Vnus, uter, neuter, ſolus, quis, & ullus, & alter,
Atque alius, totus. Fuit olim patrius uni.

Hæc nomina unus, uter, cum ſuis compoſitis uterq;, uteruis, uterlibet, neuter, ſolus, quis, ullus, alter, alius, & totus, habent in genitiuo ius, & datiuo i, quia declinantur ut pronomina ſecundæ declinationis: ueluti ntõ unus una unum, genitiuo unius, datiuo uni, &c. Sub ullus

comprehenditur nullus. Vter,quiuis e duobus. Reliqua patent.Veteres hæc omnia,præter quis declinabant, ut bonus,bona, bonum.

H uel ei,uel eos dabit eus: uolet Androgeos O.

Nomen in eus deſinens, facit genitiuum in *u* ſyllabā: uel per duas ſyllabas in ei,uel in eos:ut Tydeus Tydei,ꝑ duas ſyllabas:uel Tydei per tres ſyllabas:uel Tydeos,uiri nomē.Androgeos uerò facit in genitiuo Androgeo,& eſt etiam uiri propriū. Sub hoc cōprehendi uolo Apollos Apollo, i.Deus autor carminis, & præſes uaticinii, & proprium uiri. Athos, Atho,Mons quidam,&c.

I uates quandoque iacit: ceu, cura peculi.

Quando genitiuus terminatur in duo ii, ſolet alterum cauſa metri quandoque abiici: ut peculi pro peculij,& tuguri pro tugurij: Apud Virg. Peculium,eſt proprium bonum. Peculiaris, ideſt,proprius.Tugurium domuncula ruſtica.

Tertius & ſextus formantur in o tibi caſus.

Datiuus,& ablatiuus in o,deſinunt:ut huic magiſtro: ab hoc magiſtro.

Vm poſcit quartus,Quandoque per on, loca Græca
Eus,ea,uult etiam. Per e, quintus uertit us: Abſque
O fili Deus,& fluuius, populus,chorus,agnus.
Quatuor hæc e, uolunt etiam, ut pro rege Latinus.

Accuſatiuus in um deſinit,ut Mæander Mæandrū,fluuius quidā nimis curuus & flexuoſus.Idem pro flexura, & fraude capitur.[Quādoq; per,&c.]Noīa Grçca faciūt ſæpe accuſatiuū in on, ut diphthōgus diphthōgō, Pergamus,urbis nomē.Pergamū,&c. [Eus ea,&c.]Quæ tamē deſinunt in eus, ſæpius accuſatiuum in ea mittunt, plerunq; penult. breui, ut Anteus Antea, uiri Troiani nomē.Nonnunquam penultima longa.ut Ilioneus Ilionea,

uiri

uiri Troiani ēt nomen [Per e quintus,&c.]Nomina ſecundæ declinationis,terminata in us, mutant in uocatiuo us, in e, ut lanius o lanie. Beccari.quem indocti carnificem uocāt, & eſt exceptio a regula. [Eſt primo quintus ſimilis : Abſque o fili, &c.] Excipiuntur a prædicta regula exceptoria paucula, filius o fili: Deus , o Deus : fluuius,o fluuius, uel o fluuie:populus pro hominibus, o populus,uel o popule. Latinus,o Latinus,uel o Latine,rex Latij. Chorus, canentium cœtus,&c.

Quum proprium dat ius , dempta us , fit in i, tibi quintus.

Propria in ius, dempta us, faciunt uocatiuum in i,vt Laurentius, o Laurenti,Terentius, o Terenti:& eſt exceptio a regula. Eſt primo quintus ſimilis .

Primus pluralis fit in i. Vult patruus orum.

Græcus in on fiet, is, tertius, os, dato quartus.

Nominatiuus pluralis,cui uocatiuus eſt ſimilis,fit in i,ut hi dei,a deus,uel dii,a dius, qđ ueteres dixerūt pro deus. [Vult patrius , &c.] Genitiuus pluralis deſinit in orum,ut horū dominorū,&c.[Græcus in on,&c.]Græcus genitius in on,deſinit,& ita utuntur ſępe Latini; vt, & pluraliter hi logi, horum logon.Logus, aut græce logos, ſermo[Is tertius,&c.]Datiuus & cōſequēter ablatiuus plurales in is deſinūt,ueluti datiuo his palis, ablatiuo ab his palis.Palus,ē craſſus ſtipes,Vn palo.[Os dato,&c.]Accuſatiuus in os finitur,ut hos talos: hos pullos,Talus,os quadratum,Vn dado . Pullus fœtus auiū , & omnium manſuetorum animaliū,ut pullus aſini, pullus equi,& cæterorum, prętérquam boum & ouium.

Feſta lego per ibus, licet orum dent genitiuis.

Noīa feſtorū, faciunt genitiuū plerunque in orum p hanc declinationē,datiuū & ablatiuū ſæpius in ibus, ut Saturnalia, feſta Saturni, genitiuo Saturnaliorum , ali-

quando etiam Saturnalium, datiuo & ablatiuo Saturnalibus: ſic Bacchanalia, feſta Bacchi, &c.

Ambo, duo, neutri generis ſunt, maſculoque.
Mas o uel os quartus donat, uult tertius obus.

Singulari numero carent. Et pluraliter nominatiuo ambo, duo: ambæ, duæ: ambo, duo. genitiuo amborum, duorum uel duum: ambarum duarum, amborum duorũ uel duum, datiuo ambobus duobus: ambabus duabus, ambobus duobus: accuſatiuo ambos, duos, uel ambo, duo: ambas, duas: ambo, duo: uocatiuo o ambo, duo: ambæ, duæ: ambo, duo: ablatiuo ab ambobus, duobus, &c. ambo collectiuum eſt, non diſtibutiuum.

TERTIA DECLINATIO.

Tertia dat uarios fines, dans is, genitiuo,
Græcorum patrius uel in os, uel in i, uel in us fit.

Tertia declinatio multas eaſdemq; diuerſas in nominatiuo ſingulariter terminationes habet. Sunt enim circiter 71. quæ cum de genitiuo diſputabitur, ex ordine ponentur. Literæ terminales undecim ſunt in hac declinatione a, e, o, c, d, l, n, r, s, t, x. Litera terminalis eſt ultima dictionis litera. Terminatio eſt ultima litera aut ſyllaba, aut in fine conſonans: aut conſonantes cum uocali annexæ. [Dans is, &c.] Genitiuus ſingularis tertiæ fit ſemper in is, ut cōclaue, id eſt, triclinium, & locus ſecretior in domo, genitiuo huius conclauis. Pater, huius patris &c. [Græcorum patrius, &c.] Græca, ſi Græco more declinātur, ſæpius habent os: ut hic Pan. i. Deus paſtorũ, huius Panos. Quandoque habent i, ut Achilles. i. proprium fortiſſimi Græcorum: huius Achillis uel Achilli. Et quandoque us: ut Echo nomen deę, ſoni, uel uocis relatiuæ, genitiuo huius Echus, &c.

Geni-

Genitiuus.

Semper a mittit atis. Vertes e, per is, genitiuo.

Nomen in a tertiæ, facit genitiuum addita tis, ut ſcomma. ideſt cauillum, & urbana irriſio, huius ſcommatis. [Vertes, &c.] Nomen in e, uertit e in is in genitiuo, ut mantile, ideſt linteum, quo manus terguntur, huius mantilis, Mantile. &c.

Addito nis poſt o. Dat inis muliebre do, goq;
Virgo, ordo, margo, cum cardine Apollo, Cupido,
Turbo, homo, ceu nemo. Tamen unedo poſtulat onis.

Nomen in o facit onis: ut aquilo aquilonis, uentus ſeptentrionalis. [Dat inis, &c.] Excipiuntur a regula fœminina in do, & in go, quæ faciunt in is: ut capedo capedinis, ideſt uaſculum fictile. Intercapedo intercapedinis, ideſt diſtantia, differentia. Salſilago ſalſilaginis, ſalſus humor, Salamora. Caligo caliginis, obſcuritas & ignorantia, &c. cum paucis aliis, quæ ſunt, Virgo virginis, puella intacta, aut aliquando corrupta, a uiridiori ætate appellata. Ordo ordinis, in ſuo quoque loco collocatio. Margo marginis, cuiuſque rei extremitas, Margine. Cardo, cardinis, quo ianua mouetur, & capitur pro polo. Apollo, Apollinis, ſol. Cupido cupidinis, Deus amoris, uel cupiditas. Turbo Turbinis, uertigo uentorum. Homo, nemo: nomina ſunt nota. [Tamen, &c.] A fœmininis in do unicum excipitur, quod eſt unedo, unedonis, arbor, & ipſe fructus: alio nomine arbutus & arbutum.

Enis habent Anio, Nerio. Caro dat ſibi carnis.

Anio facit Anienis, & Nerio Nerienis: iō tollūtur a rła, Addito nis poſt, &c. Anio fluuius ī agro Tiburtino. Nerio uxor, ſeu fortitudo & maieſtas Martis. [Caro, &c.] Caro

uero facit carnis:& excipitur:notæ ſignificationis eſt.
Græca (uelut Dido) muliebria, ſi modo flectes.
Vs capiat patrius, reliqui dant o breue caſus.

Nomina Greca fœminini generis mittunt genitiuum in us: reliquos obliquos in o: ut ſingulari nominatiuo hæc Dido, genitiuo Didus, datiuo Dido, accuſatiuo Dido, uocatiuo o Dido, ablatiuo a Dido, nomen Reginæ Carthaginis. Sic Sappho, Sapphus; nomen puellæ, Clotho, Clothus, una parcarum.

Halecis, lactis, Dauidis, Bogudis eſſer.

Halec facit penult. longa halecis, piſcis marinus. Lac lactis, ſuccus maternus, quo animalia nutriuntur. Dauid Dauidis, penultima longa, nomen regis prophetæ pſalmographi. Bogud Bogudis, penultima breui, rex Mauritaniæ.

Additur is poſt l. Sed lis iungunt ſibi mel, fel.

Nomina in l, literam deſinentia aſſumunt in genitiuo is, ut ſal, ſalis: animal, animalis, corpus ſentiens. [Sed lis, &c.] Mel, & fel addunt genitiuo lis: ut mel mellis, fel fellis: cum duplici ll, clara ſunt.

Additur is poſt n, Tamen on quandoque dat ontis.
Donat inis neutrum: pecten, flamen, cano natum.

Nomen in n, deſinẽs, facit genitiuũ adiecta is ſyllaba: ut Titan Titanis, frater Saturni, & ſol. [Tamen on, &c.] Quædam nomina faciunt genitiuum in ontis, ut Phaeton Phaetontis, filius Phœbi, &c. [Donat in is, &c.] Neutra in n, mittunt genitiuum in inis: ut numen numinis, ideſt, Deus uel diuina poteſtas, &c. cum flamẽ flaminis: pecten, pectinis: tubicen, tubicinis, & reliquis cõpoſitis a cano in cen, exeuntibus, patuerunt in generibus.

R, capit is. Far, ris: Lar, tis, proprium maris, Hepar Hepatos efficiet. Cris, mobile cer dat, ut acer.

Atque

Atque alacer. Bris dant imber, cum prole, ſaluber,
Et celeber. Per tris, ter, formes omne latinum,
Et pater, & mater, lynter. Dat eris later. Et cor
Cordis. Iter tineris. Iouis, optat Iuppiter uſque
Robur, oris, iecur, atque femur, tibi præbet eburque.

Nomina tertiæ inflexionis in r finita, adiiciunt genitiuo is, ut lupanar, lupanaris, ideſt proſtibulum, &c. [Far, ris, &c.] Excipiſitur à regula multa, nam far, geminat rr, & facit farris. i. quoduis frumẽtum: ut triticum, ſiligo, hordeũ, &c. Lar, nomen Imperatoris facit Larris, & pro Deo, & domo, laris. Hepar. i. iecur, facit in genitiuo hepatos, quia græcum eſt. [Cris mobile, &c.] Tria adiectiua alacer, uolucer, acer, mittũt eris, quibus addes mediocer ſi inueniatur. Alacer, uernacule, Allegro. Volucer, leuis. Acer, acetoſus, fortis, acutus: uehemens. [Bris dant, &c.] Imber cum ſuis compoſitis September, October, Nouẽber, December, quę ſunt menſium nomina. Item ſaluber & Celeber dant bris in genitiuo, ut imber, imbris, pluuia. Saluber, ſalubris, & ſalubre, quod dat ſanitatem, & ſaluti confert, ut aer ſaluber. Celeber, frequens, dignus, honeſtus, feſtiuus, q. colitur & celebratur. [Per tris, &c.] Omnia latina in ter, faciunt tris, ut uter utris, uas uel ſaccus ex corio, uel pelle, &c. Pater etiam facit patris, Mater, matris, & lynter, lyntris, quæ tria è Græcis habemus. Lynter eſt fluuialis nauicula: & capitur, ut quidam uolunt, pro ligno cauato, quo porcis datur paſtus. [Dat eris, &c.] Later quamuis latinum ſit in ter exiens, non facit tris, ſed eris: ut later lateris, lapis coctilis. [Et cor cordis, &c.] Cor mittit cordis. Iter itineris a nominatiuo olim uſitato itiner, nam quondam iter iteris fecit, & itiner itineris. Iuppiter, ſummus Deorum apud Gentiles, & unus planetarũ, facit Iouis, ab antiquo nomi-

natiuo Iouis,qui in uſu fuit,& Iupiter faciebat Iupitris uel Iupiteris. [Robur roboris, &c.] Quatuor in ur, faciunt oris: ut,Robur roboris,fortitudo, & quercus duriſſima ſpecies. Iecur iecoris,hepar. Femur femoris,ſuperior pars cruris a coxa uſque ad genu.Ebur eboris,os, uel dens elephantis.

As interponit ti, Mas,maris. As dabit aſſis,
Hoc uas uaſis habet: uas,hic uadis,antis habento.
Maſcula græca: uolunt per adis non maſcula poni.

Nomen in as deſinens, facit genitiuum interponēdo ſyllabam ti inter a, & s, ut ſimultas ſimultatis. i. odium. [Mas maris &c.] Demuntur à regula mas maris. as aſſis, hoc uas uadis,fideiuſſor.[Antis habento,&c.] Græca in as maſculini generis, faciunt antis, ideo excipiūtur: ut, Gigas gigātis,uir altiſſimæ ſtaturæ,Gigante &c.[Volunt per adis &c.] Reliqua græca,quæ ſ.non tantum ſunt maſculini generis,faciunt adis,uel Græcanicè ados, ut hebdomas,hebdomadis uel hebdomados.latine ſeptimana, ſpatium ſeptem dierum.

Es mutabis in is. Græcus dat multa per etis.
Adde quies, locuples, manſues. Per etis tegis exit.
Et ſeges, interpres, præpes, paries, abies que,
Indiges, atque aries, perpes, teres, ac hebes addo.

Nomen in es finitū,mutat es in is,ut labes labis, ideſt macula. [Græcus dat, &c.] Excipiuntur à regula multa græca,quæ haben etis,penult.longa,ut lebes lebetis,uas æneum, in quo res bulliunt, & plurima uirorū propria: ut Chremes Chremetis,Hermes Hermetis,Thales Thaletis,&c. His adduntur latina,quies,ſomnus & tranquillitas,ſub quo comprehenditur inquies,& aliquando requies requietis. locuples locupletis,diues, quaſi loculorum plenus.Manſues manſuetis.[Per etis,&c.]Quędam

faciunt

faciunt penultima breui: ut, Teges tegetis, uile ſtragulum, quo tegitur lectus. Seges ſegetis, frumentum in ſpicis. Interpres interpretis, qui auctores declarat, aut aliquid ex lingua in linguam transfert. Præpes præpetis, alte & ſublime uolās: capitur etiam pro idoneo & felice, ſiue proſpero. Paries parietis, murus domus ex quacunque materia. Abies abietis, arbor. Indiges indigetis, homo poſt mortem inter deos relatus relatave, & (ut cum uulgo loquar) canonizatus canonizatave. Aries arietis, maſculus ouium, & quoddam bellicum inſtrumentum. perpes perpetis, perpetuus. Teres teretis, rotundus cum longitudine. Hebes hebetis, obtuſus, & minime acutus.

Dic uerres uerris, uates uatis. Ter itis ſit
Communis generis non dictum, ſiue marini.
Pes dat edis. Natum ſedeo datidis. Volet edis
Hæres, ut merces. Ceteriſq; Ceres retinebit.
Aes æris, præs prædis habet, diphthongus utrique eſt.

Verres facit uerris, & eſt porcus non caſtratus. Vates uatis poeta, aut poetria, & quicūq; futura prædicit. [Per itis, &c.] Reliqua in es maſculini gen. aut communis, de quibus nihil dictum eſt, utpote appellatiua. mutant es in itis, pen. breui, ut poples poplitis, miles militis, &c. [Pes dat edis, &c.] At pes facit pedis, ſic compoſita compes compedis, bipes, bipedis, &c. [Natum ſedeo &c.] Compoſita a ſedeo faciunt idis, pen. breui, ut obſes obſidis. i. qui uel quæ pignori datur. Reſes reſidis, i. reſidēs, & quietus, & otioſus ab opere ꝙ exercere ſolebat, &c. [Volet edis &c.] Hæres facit hæredis pen. longa. Merces mercedis, pen. etiam longa. i. præmium, Salario. [Cæteriſq; Ceres, &c.] Ceres mittit Cereris. i. Dea frugum. Aes æris, præs prædis, diphthongon æ, habent.

Is non mutabo. Dant dis cuſpis, lapis, atque

Plurima

Plurima græca. Facis per eos, uel ios, uel yos, uel Entis. Græcorum quædam Charis, at Charitis uult.

Is habet genitiuum ſimilem nominatiuo: ut hæc uis, huius uis, uirtus, poſſibilitas, fortitudo, & uiolentia. [Dāt dis, &c.] Excipiuntur lapis & cuſpis: quia abiecta s, litera capiunt dis, ut lapis lapidis, cuſpis cuſpidis, & eſt acies haſtæ, uel alterius rei acutæ, punta. In idis genitiuū etiam faciunt plurima græca, ut caſſis caſsidis, galea, Celada, ouero elmo. pixis pixidis, uaſculum unguētarium, uel cui quicquid aliud imponitur, Boſſolo da unguenti. [Facis per, &c.] Quædam græca faciunt genitiuū in eos, uel in ios: quædam etiam in yos per y, græcum: pauciſſima in entis. De eos: ut phyſis phyſeos, natura. De ios: ut baſis baſiōs, gradus, fundamentum, ſuſtētaculum. De yos: ut chelys chelyos, inſtrumentum muſicum. De entis: ut pyrois pyroentis: unus equorum ſolis. [Charis at, &c.] Charis, ideſt gratia, uult Charitis in genitiuo.

Quod dedit er dat eris. Quod in n, fuit, ut prius effer.

Pauca nomina in is faciunt genitiuum eris: quia olim terminabantur in er; ut puluis pulueris, cinis cineris: olim hic puluer, ciner: patuere ſupra. [Quod in n, &c.] Nomina in is deſinentia, quæ etiam in n, literam deſinere reperta ſunt, obſeruant regulam de n, litera: ut ſanguis facit ſanguinis penult. cor. quia olim dicebant hoc ſanguen, atque huius ſanguinis. Multa etiam græca faciunt genitiuum in inis, penultima longa: quia nominatiuus per in efferri poteſt, ut delphin delphinis, ſicut dicimus delphin delphinis, &c.

Dis, lis, dant itis, cum Samni: iunge Quiritem. Glis ſolum gliris. Semis ſemiſſis habebit.

Quatuor in is habent itis, penult. longa. Dis ditis, diuitiarum & inferorum Deus. Lis litis, diſcordia. Samnis

ſamnitis, populus quidam Italiæ. Quiris quiritis, Romanus. [Glis ſolum, &c.] Glis pro animali, gliris facit. Glis gliris pro terra tenace, & gliſſis pro lappa, barbara ſunt. Semis a ſemi, & as, (eſt enim dimidium aſſis,) ſemiſſis facit.

Os ti, interponit. Glos, mos, flos, ros, facit oris.
Quod dedit or, faciet ſicut prius. Oſſis os optat
Os oris: cuſtos cuſtodis: bos bouis. Ois,
Thos, Minos & Tros cupiunt, quibus additur hæros.

Nomen in os facit genitiuum interponendo ti inter o, & s, & ita facit otis, ut monoceros monocerotis, ideſt unicornis beſtia, in fronte cornu habens. [Glos, mos &c.] Excipiuntur a regula, glos, mos, flos, ros: quæ faciunt oris, ut glos gloris, mariti ſoror, uel fratris uxor. Mos moris, conſuetudo. Ros roris, humor qui ſereno tempore ſuperne fluit. [Quod dedit, &c.] Habent etiam oris, quæ in os quoque deſinunt, ut lepos leporis, uel lepor, ideſt, uenuſtas & iucunditas in factis aut uerbis. Honos, uel honor honoris, &c. [Oſſis os, &c.] Os oſſis. Os oris, ſatis patent. Cuſtos cuſtodis, qui uel quæ cuſtodit. Bos bouis. [Ois thos, &c.] Quædam græca faciũt genitiuum in ois, ut thos thois, animal ex luporum genere. Minos minois. Creten ſum Rex iuſtiſſimus. Tros trois, Rex Troiæ. Heros Herois, homo nobiliſſimus, quales dicuntur fuiſſe Hercules, Hector, Perſeus, &c.

Vs tibi mittet oris: peius ceu peior habebit.

Vs facit oris penultima breui, ut corpus corporis, omne ſenſibile. [Peius ceu &c.] Comparatiua faciunt oris penultima longa: ut ea quæ in or deſinunt, ueluti peius peioris, melius oris, &c.

Dant eris uleus, olus, uellus, uenus, & genus, atque
Viſcus, acus, fœdus, ſcelus, & cum pondere uulnus.

Munus

Munus, onus, ſydus, latus, ac opus, & uetus addo,
Et funus, rudus. Sed oris, uel eris dare pignus.
Vt fœnus dicunt: melius per oris fit utrunque

Quædam nomina in us, mutant us in eris pen. breui, ut ulcus ulceris, collectio corrupti ſanguinis in corpore. Olus oleris, omnis herba ſatiua, quæ in uſu cibario eſt. Vellus uelleris, pellis cũ lana, & ipſa lana. Venus Dea amoris. Genus progenies, & rei modus, uel qualitas. Viſcus, inteſtinum. Acus aceris, frumenti purgamentũ. Fœdus pactum, & pax, quæ fit inter dimicantes. Scelus, graue peccatum. Pondus, quod graue eſt Vulnus, læſura, & hians apertura corporis, ictu facta. Munus, donum & officium. Onus, pondus alicui iniunctum. Sydus, ſignum cœleſte è ſtellis formatum. Latus lateris, quod infra alã eſt. Opus, res facta. Vetus, antiquus a um. Funus, cadauer & exequiæ, & mors. Rudus, lapidum fruſta, & ruinarum materies. [Sed oris, &c.] Pignus & fędus habẽt oris, uel eris, ſed melius oris, ſicut corpus. Pignus quod creditori datur ut ſit ſecurus, & ꝗ deponitur apud ſequeſtrum. Fœnus, pecuniæ lucrum.

Vris habet tellus, ueluti monoſylaba. Grus, ſus,
Dant uis. Intercus dat utis. Liguris Ligus optat.
Dat pecus, hæc pecudis. Loca græca feruntur in untis.
Pus ortum das odis. Incus, ſubſcus, palus, udis.
Vti fœmineum reliquum laus, frausque dat audis.

Tellus & monoſyllaba habent uris, penultima longa, ut Tellus Telluris. i. Dea terræ, & ipſa terra. Ius iuris, qđ natura, aut ciuitas, aut gẽs iubet, aut liquor rerum, quæ coquuntur. Rus ruri, Crus cruris, &c. [Grus & ſus, &c.] Cõtra monoſyllabarum regulam grus grui facit, & ſus ſuis, nota [Intercus dat, &c.] Intercus intercutis facit. Ligus liguris. Hæc pecus pecudis. Intercus oĩs generis. i. inteſtinus

inteſtinus inteſtina inteſtinum. Ligus, ideſt ligur, nomē gentile, qui uel quæ ab Ligura regione Italiæ eſt. [Loca Græca, &c.] Quædam Græca nomina locorum mittunt genitiuum in untis: Opus opuntis, Achaiæ oppidum. Hydrus hydruntis alterius oppidi nomen. [Pus ortum, &c.] Compoſita a pus, ideſt pes, Græca ſunt, & faciunt in genitiuo podis, pe. breui: ut tripus tripodis, Oedipus Oedipodis. [Incus ſubſcus, &c.] Tria faciunt udis pen. longa. Incus incudis, ſubſcus ſubſcudis. Palus, paludis. [Vtis fœmineū, &c.] Reliqua in us gen. fœ. faciunt utis penult. longa: ut uirtus uirtutis, Salus ſalutis. Laus facit, laudis: & Fraus fraudis.

Vult i, ſeri medio (b, p, ſi præit s) genitiui.

Nomen in bs, aut ps, facit genitiuum interponendo inter bs, aut ps, uocalem i, ut Trabs trabis. Lelaps lælapis, canis nomen. Styps ſtypis, ideſt numulus.

E, per i, mutabunt polyſyllaba. Dat cupis anceps.

Polyſyllaba habentia e, ante bs, aut ps, mutant e, in i, breuem in genitiuo: ut Cœlebs cœlibis. Princeps principis, Secus eſt de monoſyllabis: ut ſeps ſepis. [Dat cupis, &c.] Anceps habet aucupis: & eſt qui aues capit.

Dic hyemis, pultis, capitis: Cipitis dabo prīli.

Hyemis, pultis, capitis, genitiui ſunt ab hiems, puls, caput. [Cipitis, &c.] Compoſita a caput, faciunt cipitis: ſiue in t, deſinant, ut ſinciput ſincipitis: ſiue in ps: ut anceps ancipitis, ideſt dubius, uel incertus.

Ns, aut is, s, demens tis, dabit apte.

Nomina in ns, aut rs, mittunt genitiuum dempta s, & addita tis: ut amans amantis, demens demētis, ars artis, pars partis.

Dis uult glans, nefrens, capitis lens, & folium frons.

Libraque

Libraque cum pendo: & quod cor faciet tibi nomen.
Vntis, habento quiens, & iens: legem ambio ſpernit.

Pauca habent dis, ut glans glandis. Nefrens dis, porculus per ætatem fabam frendere, ideſt frangere nondum potens. Lendis, pro pediculi pullo, at pro legumine quodam, lens lentis dicimus. Frons frondis, folium eſt. Frons frontis, capitis pars anterior. Libripens libripendis a libra & pendo pro pondero, eſt ſtipis ponderandæ penſator. Compoſita a cor, ut miſericors miſericordis. Concors concordis. [Vntis habento, &c.] Iens cum compoſitis habet untis, iens euntis, quiens queuntis, rediens redeuntis, &c. [Legem, &c.] Ambiens ambientis facit, contra legem compoſitorum, & ſuperbiens ſuperbientis.

X, in tis muto Pergis, lex, frux, aquilex, rex,
Grex, remex flecto. cum Græcis adito multis
Impetigem. Coniunx, n, tollens coniugis edet.

Nomen terminatum in x, mutat x, in cis in genitiuo, ut Arx arcis, ideſt, ut ſic dicam, caſtrum, ab arceo arces: quia arcet, ideſt prohibet hoſtes accedere, &c. [Pergis, &c.] Excipiuntur a regula, quæ gis pro cis faciunt, ut lex legis, ius ſcriptum. Frux frugis, quicquid ex fructu terræ in alimoniam uertimus. Aquilex aquilegis, putearius. Rex regis. Grex gregis. Remex remigis, qui remigat, ideſt remos agit. Impetix impetigis, ideſt mentagra morbus. Coniunx coniugis, n, ablata. Sumunt etiã gis plurima Græca, quæ gos ét habere poſſunt, ſi Græcè uelimus declinare, ut ſphinx ſphingis uel ſphingos, mõſtrum quoddam, Thebis tranſeuntibus difficile ænigma proponens: quod tandem diſſoluit Oedipus. phalanx phalangis, ideſt exercitus, &c.

E per i, mutabunt polyſyllaba. Quam retinebunt.

Myrmex

Myrmex & uervex,aquilex, halexque reſexque,
Atque lelex,celex. Tilis optat habere ſupellex.
Dic ſenis & noctis, niuis. Actis paucula ſeruant.
Teſtis hylax. Solumque briax formatur in axis.

Polyſyllaba in ex, mutant e in i, in genitiuo: ut remex remigis,apex apicis rei ſummitas. Monoſyllaba uerò retinent e: ut lex legis, nex necis. [Quam retinebũt, &c.]Pauca etiam polyſyllaba retinent e:ut Mirmex mirmecis, ſerui nomen. Veruex ueruecis, caſtratus aries. Aquilex aquilegis, Halex alecis. Reſex reſecis,ſubſidiarius palmes. Lelex lelegis. Celex celecis, fluuii nomen. [Tilis optat, &c.] Supellex duplex crementum habet, facitque ſupellectilis.[Dic ſenis, &c.] Senex ſenis, nox noctis, & nix niuis habent. [Actis, &c.] Pauca græca faciunt actis: ut Hylax hylactis, canis nomen. Aſtianax aſtianactis, Hectoris filius, &c. Vnum tantum inuenitur habere axis: Briax briaxis, uiri proprium.

Datiuus. Accuſatiuus.

Tertius i, præbet. Quartus fit in em tibi caſus.

Datiuus fit in i, ut huic pani, patri. Accuſatiuus in em: ut leonem, matrem, &c.

Creſcentem Græci per a, quartum ſæpe dedere.

Nomina græca creſcentia, accuſatiuum ſimiliter creſcentẽ ſæpe in a,faciunt:ut Pan,panos:accuſatiuo pana, Pæan pæana. i. hymnus, & Apollo, Delphin delphina.

Im dat uis, cucumis, rauis, tuſſis, ſitis, atque
Plurima græca, quibus rectus fit in is: ſed in dant.

Pauca nomina habent ſolum im: ut uim, cucumim. Rauis rauim,ideſt raucitas.Tuſſis tuſſim.Sitis ſitim.[Atque plurima, &c.] Im quoque habent plurima græca,

quæ

quæ etiam per in faciunt. ut Alexis alexim, uel alexin. Diœceſis diœceſim, uel diœceſin, ideſt gubernatio, uel regimen. Solum autem nomen in is deſinens, poteſt facere per im, uel per in, accuſatiuum. Hoc adde accuſatiuum per im, uel in, nunquam creſcere, licet genitiuus aliquando creſcat.

Em dat, & im, buris, peluis, cum claue, ſecuris,
Et puppis, turris, reſtis, ſic febris, aqualis:
Sic peſtis, nauis, torquis, coniunge bipennim.

Quædã habent em uel im, ut buris burem, uel burim: aratri cauda. Pelui, peluem, uel peluim: uas in quo pluimus.i. lauamus. Clauis, clauem, uel clauim. Securis, ſecurem, uel ſecurim, ferramentum quo ſecamus. Puppis, ultima pars nauis. Turris, Reſtis, Bipennis, bipennem, uel bippenim. Securis, utrinque ſcindens.

Ablatiuus.

Sextus e donabit, ceu pauper, ſoſpes, & hoſpes.
Mobilibus reliquis e, uel i, dabo, Plus cape pluri.
Quod ſi ſit neutrum per e, tantum ſextus in i, ſit,
Vt dulcis, dulci; per e, dat quandoque Poeta.

Ablatiuus in e deſinit, ut ueſper, Veſpere. Lux, Luce. Sacerdos, Sacerdote, & non ſacerdoti. Pauper, Paupere, Soſpes, Soſpite. Hoſpes, Hoſpite. Pauper & ſoſpes adiectiua ſunt; propter quę ponitur regula. [Mobilibus, &c.] Quæ eſt exceptio prima a præmiſſa regula. Omnia adiectiua: præter pauper & ſoſpes, faciũt ablatiuum in e, uel in i: ut degenere, uel degeneri: ubere, uel uberi. Plus tamen, tantum pluri facit. [Quod ſi ſit, &c.] Si neutrũ habuerint per e, ablatiuũ ſolum in i, mittunt: ut hic & hæc dulcis, & fortis, & hoc dulce, forte: ablatiuo a dulci, forti. [Pere, &c.] Poetæ tamẽ metri cauſa quãdoq; e, pro i, ponunt: ut cœleſte ſaggitta pro cœleſti apud Ouid. Sub-

ſtantiua

ſtantiua adiectiuis penitus ſimilia, ſeruant e tantum: ut Felix proprium uiri, ablatiuo à Felice tantum. Et compoſita in ablatiuis non ſequuntur ſimplicium regulam: quia miſericors, tricuſpis, inops, & ſimilia adiectiua i, uel e, ſeruant: quum ſimplicia ſolum faciant e.

Al, uel Ar, i, neutris tantum dat ſicut e. Præter
Sal, iubar, & nectar, far, hepar. Ait mare uates.

Nomina neutri generis in al, uel in ár, uel in e, deſinẽtia, faciunt ablatiuum in i, ut animal animali, torcular torculari, cubile cubili. [Præter, &c.] Tolluntur ſal ſale, iubar iubare: nectar nectare: far farre: hepar hepate. [Ait mare, &c.] Poetæ quandoque e, pro i, ponunt, ut ab hoc mare pro mari, & id notandum magis, quàm imitandum eſt.

Menſibus i, tantum eſt, ut queis dat quartus in im, ue.
Sextus e, donat & i, quum quartus in em, uel im fit.

Nomina menſiũ finiunt in i, ut Aprili, Quintili, Sextili, Septembri, Octobri, & nomina in is, quorum accuſatiuus mutatur ſolum in im, uel in, faciunt etiam ablatiuũ in i, ſolum, ut Memphiti, hæreſi, &c. [Sextus e, &c.] Quæ uero habent em, uel a, & im, uel in, habent i, uel e, ut Febri, uel febre, Turri, uel turre.

I, uel e, dant finis, fuſtis, pugil, & uigil, imber,
Vnguis, auis, poſtis, uectis, cum nepte, ſupellex,
Atque tridens, claſſis, cum ciuis, & amnis, & ignis.
Sic auguis, ſtrigilis ſtrigili: uix ſtrigile dicam.

Nomina hic poſita habent e, uel i, ſed ſæpius e. Strigilis uix habet e, & eſt inſtrumentum quo abraduntur ſudores, ſiue hominum in balneis, ſiue iumentorum in ſtabulis. Tridens, ſceptrum Neptuni triſulcum. Claſſis eſt nauium multitudo.

NVMERVS PLVRALIS.

Rectus in es, fiet pluralis, iungito quartum.

Nominatiuus pluralis, cui uocatiuus ſimilis eſt, cum accuſatiuo in es, deſinit: ut hi homines, o homines, hos homines, &c.

Quum genitiuus ium dat, quartus in eis quoque fiet.
Trallis & Sardis es, ſpernunt. Quartus in as, fit.
Dum per a, quartus erat: ceu dæmonas, atque gigantas.

Nomina, quorũ genitiuus pluralis in ium deſinit, faciunt plerunq; accuſatiuum per eis: ut partes partium, has partes, uel parteis: ſic treis, omneis, &c. [Trallis, &c.] Trallus & Sardis in es, nõ poſſunt deſinere: ſed ſolum in is, nominatiuum & accuſatiuum mittunt. Vrbes ſunt Lydiæ. [Quartus, &c.] Quando accuſatiuus ſingularis in a, deſinit, accuſatiuus pluralis ẽt in as, poteſt terminari: ut hãc lampada, has lampades, uel lampadas: ſic dæmones, uel dæmonas, gigantes, uel gigantas.

Quod dedit i, ſexto (niſi comparat) hoc ia, ponit:
Vult ia, plus raro: nunquam Vetus, Effer apluſtra,
Vel ſtria. Ci ſolum dat ſextus e, non ia, pones.

In nominibus neutri generis, ſi ablatiuus deſinebat in i, ſiue habuerat i ſolum, ſiue i, & e, ſimul: tunc nominatiuus, accuſatiuus, & uocatiuus habẽt ia: ut maria, felicia, [Niſi, &c.] Comparatiua tamẽ, per a, tantum mittere debẽt, ut meliora, dulciora. [Vult ia, &c.] Plus plura, & aliquando pluria, & compluria. [Nunquam Vetus, &c.] Vetus uetera, & nũquam ueteria. [Effer apluſtra, &c.] Apluſtre apluſtra, uel apluſtria: & eſt ornamẽtum nauis ſuper malum: melius q; ſine m, ſcribitur. [Si ſolum, &c.] Quæ ablatiuum ſingularem in e, tantum terminant, ſolum a, faciunt, ut dogmata, corpora, &c.

Vm uel ium patrio Latium dat: Græcia uult on.

Genitiuo pluralis tertiæ declinationis, habet Latinè um:ut patrum,uel ium:ut amnium,artium.Grecè etiam on:ut epigrammaton,geneſeon,&c.

Præbet ium patrius, ſi ſextus in i, fuit ante.

Genitiuus pluralis in ium definit, ſi ablatiuus ſingularis habuerit i, ſiue i ſolum, ſiue i, & e, ſimul: ut hoc ancile, ab hoc ancili,horum ancilium. ſcutum breue & rotundum:animal,animali, animalium: a felice uel felici,felicium:prudente,uel prudenti, prudentium.

Tolle uigil, ſupplex, opifex, uetus, & pugil, & quod
Comparat (excepto plus) artificem, ſtrigilemque,
Atque inopem,memorem,conſortem: iungito & ortum.
A capio: diues quibus additur. Vm dat e,tantum.

Excipiuntur a dicta regula quædam,ſolum um habentia,licet in ablatiuo habuerint i, ut uigil uigilum: Supplex, ſupplicum, ſupplicans, & humiliter rogans. Opifex, opificum,&c. operis effector. Comparatiua,ut melior meliorum.Fortior fortiorum. Plus tamē ſolum plurium facit. Artifex artificum,artificioſus. Inops inopū, uehementer egens.Conſors cōſortum,particeps. Compoſita a capio,faciunt um tantum: ut particeps participum: ſic municeps municipum, &c.ſic diues diuitum. [Vm dat,&c.]Nomina habentia e tantum in ablatiuo ſingulari, habebunt um ſolum in genitiuo plurali: ut paupere pauperum,dogmate dogmatum.

As dat ium Latiale: magis polyſyllaba dant um.

Nomen latinum in as definens, facit genitiuum pluralem in ium:ut mas marium,uas uadium. Polyſyllaba melius per ſyncopen efferuntur, tam in proſa, quàm in carmine,ut bonitatum.

Donat ium ſamnis, linter, caro, dos, uter, os, os,
Glis, faux, nix, nox, cor, lis, cos, quodq́; uncia donat.
S, quoque non creſcens, uelut ns, iunge Quiritem.
Excipis inde canis, iuuenis, panis, uolucrisq́;,
Et uates, proles, ſoboles, forte indole iunčto,
Donat ium cum mure cohors, monoſyllaba iunge:
Conſona bina tenet ſi finis: iunge priorem
Tantum plurali numerum. Signato figuras.

Ium habent nomina, quæ hic explicantur, ut ſamnis ſamnitium, linter, lintrium, caro carnium, dos dotium, uter utrium, os oſſium, & os orium, glis glirium, faux faucium, nix niuium, nox noctium, cor cordium, lis litium, cos cotium. Sic compoſita ab uncia: ut ſextunx ſextuncium. Et nomina in es, uel in is, non creſcentia in genitiuo ſingulari. ut ſedes ſedium, menſis menſium. [Excipis inde, &c.] præter canis, panis, iuuenis, uolucris ſubſtantiuè captum: ut Vates uatum, proles prolum, ſoboles ſobolum, indoles indolum, ſi pluraliter legantur. [Velut ns, &c.] Habent quoque ium nomina in ns, deſinentia: ut dens dentium, mens mentium, amans amantium. His additur Quiris Quiritis, quia facit Quiritum. [Donat ium, &c.] Mus facit murium, cohors cohortium, multitudo militum. [Monoſyllaba, &c.] Nomina monoſyllaba in duas conſonantes deſinentia, faciunt ium in genitiuo plurali, ut trabs trabiũ, plebs plebium. [Finge priorem, &c.] Nomina tantum pluralis numeri, genitiuum faciunt ex analogia, uel proportione numeri ſingularis, qui veriſimiliter eſſet, ſi ſingulari non careret: ut penates penatium: quia ſingulariter foret penas, ut optimas. [Signato, &c.] Nota bene figuras, quæ circa genitiuum contingunt: Syncopen, & Epenteſin. Syncope

iam

iam ſatis declarata eſt:ut menſum pro menſium:& boũ a bos,pro bouum:& cœleſtum pro cęleſtium: agreſtum pro agreſtium.Epenteſis eſt additio literæ,uel ſyllabæ in medio dictionis gratia metri,ut ales alitum.uel per epẽteſim,alituum.

Tertius eſt in ibus: bos bobus flecto, boumque.

Datiuus cui ablatiuus ſemper eſt ſimilis, deſinit in ibus,ut hominibus,patribus. [Bos,&c.] Bos bobus, pro bouibus & boum,pro bouum per ſyncopen facit.

QVARTA DECLINATIO.

Quarta dat us,recto,dat & u, prius inuariatum.

Quarta declinatio nominis, duas habet terminationes in nominatiuo ſingulari us,& u,prius inuariatum.i. in numero ſingulari non declinatum:ut uictus,quo uiuimus. ſ.cibus & potus. Cornu, gelu. Inter hæc quædam plurali carent:ut gelu,aſtu.

Vs genitiuus habet: per uis flexere uetuſti.

Genitiuus in us, deſinit:ut hic ſenatus huius ſenatus: quod uulgo parlamentum uocant. [Per uis, &c.] Apud ueteres nomina quartæ faciebant uis,in genitiuo: ut huius manuis.

Tertius optat ui, quandoque per u, quoque lectus,

Datiuus fit in ui: ut hic commeatus huius commeatus, huic commeatui.i.facultas aliquò proficiſcẽdi conceſſa a ſuperiori.ui fit ab antiquo genitiuo uis,& a genitiuo in us,regulariter fit datiuus in u,qui iam in ratiore uſu eſt.ut metu,pro metui.

Vm retinet quartus. Fit ſextus in u, tibi caſus.
Vm quarto: reliquis u, caſibus optat Ieſus.

Accuſatiuus fit in um,ablatiuus in u,uocatiuus ſimilis eſt ntō:ut fructus,huius fructus,huic fructui,hūc fructum,o fructus, a fructu.i.utilitas, & quod ex arboribus ad uſum noſtrum naſcitur.[Vm quarto,&c.] Ieſus accuſatiuum facit Ieſum,cæteri caſus in u,deſinunt,ut hic Ieſus,huius Ieſu,huic Ieſu,hunc Ieſum,o Ieſu,ab Ieſu.interpretatur Saluator, & eſt dictio triſyllaba.

Primus pluralis, cum quarto, ſemper in us fit.
Dat genitiuus uum, per ibus tibi tertius exit.
Dant ubus artus,acus, ficus,tribus,& lacus,arcus,
Et ſpecus atque ueru,partus, quercus quoque partus,
Forſitan & queſtus a deponente creatum.

Nominatiuus pluralis,cui uocatiuus ſimilis eſt cū accuſatiuo,deſinit in us:ut hę manus,has manus,o manus, &c Dat genitiuus,&c.Genitiuus deſinit in uum: ut hi ritus,horū rituum.i.mos,uel cōſuetudo. [Per ibus, &c.] Datiuus cum ablatiuo deſinit in ibus:ut his ſaltibus, ab his ſaltibus: ſaltus eſt actio ſaltandi, uel ſyluæ. [Dant ubus,&c.] Pauca faciūt datiuum & ablatiuum in ubus:ut artus artubus.i.mēbrū,acus acubus, ficus ficubus, lacus lacubus , locus cum aquis ꝑpetuis ibi natis profundus. Acus,inſtrumentū quo utuntur ſartores.Veru,eſt inſtrumentum quo aſſamus aliquid . Partus , actus pariendi. Valla inngit queſtus pro querimonia,a queror deponente:ſed ueteres differentiam Vallæ non obſeruant.

QVINTA DECLINATIO.

Rectus utriuſuis numeri , quartusque per es , fit
Pluralis quintæ. Dempta s, capiti,genitiuus
Cum dandi caſu. Quartus uolet em, Dabo ſexto
E,bene. Vult erum patrius. Vult tertius ebus.

Nomi-

Nominatiuus,& uocatiuus,utriuſq; numeri, quintæ declinationis,cũ accuſatiuo plurali deſinit in es,longũ. Genitiuus,& datiuus ſingularis in ei.Accuſatiuus ſingularis in em.Ablatiuus in e.Genitiuus pluralis in erũ.Datiuus & ablatiuus in ebus:ut hæc res,huic rei, hãc rem, o res,ab hac re:hæ res,harum rerum,his rebus,has res, o res, ab his rebus:quicquid eſt capitur pro negocio, & pro diuitiis: ut Ouid.Re ſine nullus eris.

DE PATRONYMICIS.

Patronymicum eſt,quod a nomine patris, & abuſiue alterius deriuatur,ſecundum Græcam formam: ut Aeacides,ideſt,Peleus.a nomine patris ſui Aeacus,ſic appellatur:& eodẽmodo Achilles a noĩe patris aui:Pyrrhus,a noĩe proaui,&c. Patronymicũſignificat filiũ,aut filiã;nepotẽ,aut neptẽ:aliqñ ẽt, qui poſt longa tꝑa per rectã lineã conſanguinitatis natus eſt: ut Pyrrhus Epirotarum rex,dictus eſt Aeacides,quia dicebatur ab Aeco deſcẽdiſſe.Patronymica formãtur abuſiue à nominibus matrũ,ut Illiades,ideſt Romulus uel Remus,Iliæ filius.Maiades,Mercurius,Maiæ filius.Phillyrides, ideſt, Chiron Centaurus,Phillyræ filius.A nominibus fratrũ: ut Phaetontias.i.Lãpetiæ,ſoror Phateontis. Phoronis Phoronidis,ideſt,Io,ſoror Phoronei.A noĩbus regũ:ut Romulidæ.i.Romani,a Rege Romulo.Cecropidæ Atnenienſes a Cecrope Rege.Theſidæ,Athenienſes, a Rege Theſeo: A nominib.filiorũ:ut Meleagris,Altea Meleagri mater. A nominibus maritorum : ut Menelais,Helena, uxor Menelai.A nominibus deorũ,ut Phæbas dis,ueldes,Phœbi ſacerdos.A nominibus urbium,gentium,regionum: vt Colchis, Meda, a Colcho.Theſſalis, quæ ex Theſſalia eſt.Troas . Troia Sicelis, è Scicilia. Thebais, è Thebis; ſic alia multa, quæ pro poſſeſſiuis ſumuntur.A nomini-

bus auorum abauorum, &c. ut Atlantides, Mercurius, Atlantis nepos. Formantur ẽt ab aliis, ſi quis diligenter penitiſſimos poetarum locos rimetur. Patronymicorũ terminationes, quibus Latini utũtur, ſunt quatuor. Vna maſc.gen.es:ut Priamides. Reliquæ fœmin.gene. as, is, ne:ut Thaumantias, Priamis, Nerine. Patronymica in es, ſolum uiros ſignificant, & ſunt omnia primæ declinationis: & declinantur, ut Anchiſes, in ſingulari: in plurali uero, ut Poetæ: ſed in genitiuo patiuntur ẽt ſyncopen, ut cœlicolum. Patronymica in as, declinantur per omnia, ut lampas, ueluti Aeetias Aeetiadis, uel dos.i.Medea, Aeetæ filia: Patronymica in is, declinantur per omnia, ut pixis, ut Aeneis Aeneidis, uel dos.i.filia, uel neptis Aeneæ, aut Virgilij de geſtis Aeneæ carmen. Patronymica in e, declinantur eodem modo quo Pẽtecoſte, ut Nerine. Nerines.i.filia, aut neptis Nerei, ideſt Galathea. Patronymica, ꝑ ꝑ carmina ſolum ſunt inuenta: ideo ipſis in proſa non utimus, niſi iam a doctiſſimis fuerint recepta. Patronymica a Latinis nõ formabis, niſi parciſſime in magno opere, ut Paulides, Scipiades, Memmiades. Et patronymica non habent formationum certas regulas, quia pro metri ratione formantur.

PRONOMINVM DECLINATIO.

Pronominum declinatio ex rudimẽtis ſatis noſcitur. Addam paucula in rudimentis nõ declarata. Prima declinatio pronominum mittit genitiuum in i, ut ego mei, tu tui, ſui, ſine ntõ: & apud uetuſtiſſimos in is, ut mis, tis, & ſis. quæ inter ſe differunt: quia mis, tis, ſis, actiuè ſignificant.i.oratio in qua ponuntur, declaratur per uerbum actiuũ, ut amor mis.i.quo aliquem amo: ſed mei, tui, ſui, ſignificant paſſiue.i.oratio in qua ponuntur, declaratur per uerbum paſſiuum: ut amor mei, quo amor ab aliquo.

Pro

Pro mis,tis,ſis:nunc dicimus meus,tuus, ſuus. Pro noſtrum,ueſtrum:noſter ueſter. Tum noſtrum,ueſtrum,genitiuus ad hoc utimur partitiue:ut nemo noſtrũ,aliquis ueſtrũ. Ego ẽt,hẽt mi,in dtõ. Nõ mi aurũ poſco. Secũda declinatio mittit gtũm ſingularẽ in ius ꝑ duas ſyllabas, ut illius,uel per unã,ut huius. Ab his in ntõ plurali dicimus ei:uel ii:in dtõ uel abltõ,eis,uel iis,ſic dices de cõpoſito idẽ.Olim pro ipſe,ipſus dicebant:ob hãc cauſam ipſum,nõ ipſud,in neutro genere flectimus. Ipſe eſt oĩs ꝑſonæ,uel teſte Priſciano,tm̃ tertiæ: quia licet dicamus ipſe feci,ſubauditur ego. Hic ille,iſte,ſic,differũt.Hic ſignificat me,aut meũ,aut qđ eſt ubi ego ſum.Iſte ſignificat te,aut tuũ,aut quod eſt ubi tu es. Ille,quiduis tertiũ. Tertia declinatio mittit gtũm ſingularẽ in i,æ,i,ut meus mea,meum,mei,meæ,mei.Meus facit uocatiuũ mi, ueteres tamen o meus, dicebant:unde eſt, o popule meus. Quum dicitur in ſacris,Heu me filia mi,decepiſti me, interiectio potius blandientis eſt,q̃ pronomen.Quarta declinatio mittit gtũm in atis,ut noſtras,noſtratis, ueſtras ueſtratis,quæ declinantur per tria genera,ut Arpinus,unde eſt,noſtratia uerba, Cauſa cur nõ dicamus meas,meatis:tuas tuatis,ſecundum Priſcianum, eſt quia gens, uel patria,non unius eſt,ſed multorum poſſeſſio.

PRONOMINVM COMPOSITIO.

Pronomina componuntur inter ſe,ut egoipſe tuipſe, ſuiipſius. Iſte componitur cum hic ſeruata aſpiratione: ut iſthic,iſthæc,iſthoc,uel comice iſthuc genitiuo,& datiuo caret. accuſatiuo iſthunc, iſthanc, iſthoc: ablatiuo iſthoc,iſthac iſthoc. Pluraliter,generis neutri, nominatiuo,& accuſatiuo iſthæc. cœteris caret. Si inuenitur ille cum hic illhic,illhæc,illhoc. Secundo pronomẽ cõponitur cũ nomine:ut huiuſmodi,intercedẽte ſyllabica

adie-

adiectione ce, ut huiuſcemodi:ſic cuiuſmodi, cuiuſcemodi &c.quę nomina eſſe dicit Priſcianus.Tertio,cũ pPoſitionibus,ut mecũ,tecũ,ſecum,nobiſcum,uobiſcũ, quicum,quibuſcum.Quarto,cũ aduerbijs,ut idẽ, ab is, & demum,quaſi is demum,ideſt præcipue, uel iterũ,& declinatur ſic.Idem eadem idem,eiuſdem,eidem,eũdẽ, eandem,idem,ab eodem,eadem eodem. Et pluraliter idem,uel iidem,eædem,eadem,eorundem,earũdem, eorundem,eiſdem,uel ijſdem, eoſdem, eaſdem,eadem,ab eiſdẽ,uel ijſdem.Ab idem fit aduerbium idẽtidem,ideſt, ſæpe:&itidem,ideſt ſimiliter.Item is,componitur cũ ecce,uel en,ut eccum,eccam,eccam,eccos,eccas,ecca:ſic cum ille,ellum, ellam,ellos, ellas. Eccum,ideſt en eũ: ellum,ideſt,en illum,&c.Quinto,hic cõponitur cũ coniunctione interrogatiua ne:ut hiccine,hæccine, hoccine.genitiuo & datiuo caret.hunccine.hanccine,hoccine,ab hoccine,haccine, hoccine.Et plu. generis neutri, ntõ & accuſa.hæccine.cæteris caret:ſic aduerbia huccine, haccine.Item ſiccine,pro ſic ne? Sexto pronomina componuntur cum ſyllabicis adiectionibus, quæ ſunt quinq;,met,tim,te,ce,pte:ut egomet,meatim,tute, huiuſce,ſuapte.Syllabica adiectio,eſt ſyllaba extra compoſitionẽ nihil ſignificans, ſed in compoſitione aliqd ſignificationi adijciẽs.Aliter.n.ſignificat egomet,quã ego,et ſuapte,quàm ſua.Met additur pnomini primæ perſonæ per omnes caſus abſque genitiuo plurali,ut egomet,memet,&c. Itẽ pronomini ſecũdæ perſonæ in obliquis ſingularibus,ut tumet,& plurali toti. Tumet nõ dicitur, quia in uſu nõ eſt,aut ne verbum eſſe uideatur,ſed pro illo,tute dicimus, unde rurſum fit tutemet. Te, ſoli nominatiuo ſingulari tu, iungitur, quia tute dicitur, &c. Item dicimus ſuimet, ſibimet.Item hæc cum met compoſita rurſum componũtur cum ipſe,ut nobiſmetipſis.

ſuiſ-

ſuiſmetipſis,memetipſo,a ſemetipſo,&c. Tim iungitur ablatiuis fęmininis,mea,tua, ſua, ut meatī.i.more meo. Pte,additur ablatiuis,mea,tua,ſua,noſtra,ueſtra.Aliquā do etiā meo,tuo,ſuo,noſtro,ueſtro,ut meate.i.mea propria, ſuopte nutu, & ſuopte pondere, &c. Ce, iungitur obliquis pronominum hic,& ille,ubi finis eſt s,litera,ut huiuſce,haſce,illoſce,&c.Quoniam Donatus inter pronomina poſuit quis,& qui,ideo hic de cōpoſitione horum pauca afferam.

QVIS, ET QVI, IN COMPOSITIS.

Qvis & qui differunt dupliciter, ſcilicet ſignificatione,& compoſitione. Nam quis nominatiuus eſt, nomen interrogatiuum, ut quis eſt iſte Rex gloriæ? Nunquam uero refert, niſi queis pro quibus datiui & ablatiui caſus: ut, En queis conſeuimus agros? Qui in ſingulari ſemper refert,niſi euphoniæ cauſa,& comice dicas, qui uocare? pro quis, ut ſat diues,qui ſanus & ſuis contētus eſt. In plurali qui interrogat,ut qui ſunt hi? Et refert,ue luti,Beati qui nunc lugent. Quis infinite capitur, ut,Venit cum illo neſcio quis nebulo.Quis olim erat communis generis,ut Plau.Quis ea eſt?non optima eſt. Idē, Dic mihi quæſo,quis eſt quamuis ducere uxorē? Ablatiuus, qui apud Plautum in frequenti uſu eſt, reliqui uix uſurpant,niſi dicas quicum, pro cum quo. Qui aduerbium pro quomodo ualde elegans eſt, ut qui ſcis? Horat. Qui fit Mecœnas? Terent. Qui ſcis eos diſcordare? indocti quid ſcis, pro qui ſcis dicunt. Hinc atqui,ideſt,certe,uel ſed quomodo. Quis,ideſt,qualis,ut Virgil. Quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes? Quem ſeſe ore ferens? ita hic pro talis accipitur. Virgilius, Hunc ego te Euriale aſpicio. Quid,& quod differunt. Quid cum ſuis

com-

compoſitis ſubſtantiuum eſt, & interrogat, aut infinite capitur, nunquam refert, ut quid cauſæ? quid damni? non quid damnum. Quod cum ſuis adiectiuum eſt, ut quod pomum, & frequenter refert. In fœminino genere Donatus dicit quæ, uel qua in ſingulari, & ſimiliter in nominatiuo & accuſatiuo plurali neutri generis, id ſolum fecit propter compoſita a quis, uel qui. Nam qui nominatiui caſus, extra compoſitionem, nihil ſignificat. Vt ergo cognoſcas compoſita a quis, & qui, notabis uerſus Badianos,

En, ne, alius, num, ſi depoſcunt quis ſibi ſubdi,
Et qua uolunt, non quæ quoties reperitur utrunque.
Poſt quis, nam, q;, piam, non poſt qui pone putas, quam
Dam, uis, cumque libet, non quis, ſed qui, ſibi ſubdet.
Nec qua uolunt, ſed quæ, quoties, reperitur utrunque.

Quis in cōpoſitione poſtponitur dictionibus en, ne, ali, nū, ſi, & dicimus ecquis, ecqua, ecquod, & ecquid, nequis, aliquis, nunquis, ſi quis, & ubicunque. Donatus dicit quæ uel qua, hæc in qua deſinunt, nō in quæ, ut nequa, aliqua, nunqua, ſiqua, &c. Quis proponitur in cōpoſitione quis, nam, que, piam, putas, quā, ut quiſquis, quiſnam. quiſque, quiſpiam, quiſputas, quiſquam. His articulis nō præponitur qui, ſed quatuor aliis, dam, uis, cūque, libet: quibus non iungitur quis, ut quidam, quiuis, quicunque, quilibet: & hæc poſteriora tam a quis, q̃ a qui, ſolū quæ habent, ubicunque Donatus dicit quę uel qua, ut quænam, quædam, &c. Quæquam, quidquam, aut qđquam rariſſime legitur: quidcunque nunquam, ſed bene quodcunque. Ablatiui qui & queis in compoſitis nunc non leguntur. Quiquis in uſu uix habet alios caſus, quā quiſquis, quicquid, a quoquo & quaqua. Quiſque caret genitiuo plurali. Vnuſquiſque caret toto plurali.

DE

DE HETEROCLITIS.

LIBER III.

QVamquam Heteroclita proprie loquẽdo ea demum dicuntur, quæ contra aliorum regulam declinantur:ut cęlum,& uas,uaſis,&c. tamen tritiorem uiam ſecutus, unicum in librũ congeſſi anomala,defectiua,& abundantia,tanq̃ generali nomine hæc omnia Heteroclita dicantur. Diuiſi autem librum in tres partes. In anomala,quæ propriè heteroclita dicuntur. In ecliptica,uel defectiua, & in abundãtia. Heteroclitum interpretatur aliter declinatum,ab heteros.i.aliter,& clitum,declinatum.Heterocliſis eſt alia declinatio.Anomala. i.irregularitas ab a.i.ſine, & nomos. i.lex,quaſi extra regulam.Anomalum irregulare.Heteroclitum igitur cum uulgo loquendo, tripliciter fit : quia aut uariat.i.contra aliorum normam declinatur: ut hoc cœlum,hi cęli, aut deficit, ut aurum ſine plurali, aut abundat.i.uario genere,aut uaria terminatione,aut declinatione idem notat,ut hic,aut hoc uulgus: tignus uel tignum:ficus,huius ficus,uel fici. Item una uoce uaria notat:ut literæ,aura. Vnde eſt uerſus. Deficit , aut uaria eſt heteroclita uox, uel abũdat. Irregulariter declinatur nomen, ſiue uariat quinque modis. Primo uariat genus,ut hoc cęlum hi cęli . Secundo uariat declinationem tantum: ut hoc uas uaſis, hæc uaſa uaſorum. Tertio uariat genus & declinationem: ut hoc epulũ,hæ epulæ. Quarto uariat, ſeu irregulariter format obliquos: ut Iupiter, Iouis. Quinto contra aliorum modum aliquos caſus finit: ut ambo. De his primo dicam, inde cum defectiuis abundantia enucleabo. Aſpiret cęptis Ieſus.

Ano-

Anomala ſiue heteroclita, & primum in ſingulari maſculina, & in plurali neutra.

Maſcula ſunt primo numero: ſed neutra ſecundo
Dyndimus, infernus, locus, Iſmarus, & ioca, cetus,
Mænala, Taygetus, ceu tartara, maſſica, auernus,
Sibila, pangæus, ceu tenara, carbaſa. Danthi
Quædam plurali, uerum loca non damus arti.

Nomina hic poſita, in ſingulari maſcul. in plur. neutra ſunt, ut hic Dindymus, hæc dindyma, mons Phrygiæ. Infernus, hæc inferna, infernorum, inferorum loca. Hic locus, hæc lóca, uel etiam hi loci, quicquid aliud cõtinet, & quando ſignificat argumenti ſedem. i. orationem notiſſimam, per quam probamus argumentationẽ, in plurali ſolum eſt maſc. gen. hi loci, & hoc eſt cur dixi. [Verum loca non damus arti.] ſ. theoricæ, aut logicæ. Iſmarus, hæc Iſmara, mons Thraciæ. Iocus, hi ioci, & hæc ioca: ludus in uerbis. Cetus, hi ceti, & hæc cete, piſcis marinus. Mænalus, hæc Mænala, mons Archadiæ, Taygetus, hæc Taygeta, mons Laconiæ. Tartarus, hæc tartara, infernus. Maſſicus, Maſſica, Maſſicorum, mõs Campaniæ. Auernus, Auerna, lacus Campaniæ. Sibiles, hi ſibili, & hæc ſibila. i. flatus, aut ſibilatio. Pangæus, hæc Pangæa, promontorium Thraciæ. Tænarus, hæc tenara, promontorium Laconiæ. Carbaſus tam fęminini, quàm maſculini generis patet in generibus. Inter hæc nonnulla ſunt etiã maſculini generis in plurali, ut uidere eſt.

In ſingulari fœminina, in plurali neutra.

Hæc prius, hæc poſt dant tibi pergamus, atque ſupellex.

Hæc

Hæc duo nomina Pergamus & ſupellex dant prius,& poſt hæc, ideſt in ſingulari ſunt generis fœminini, & in plurali generis neutri, ut hæc Pergamus, hæc Pergama, Pergamorum, urbs Phrygiæ, Priami regia. Supellex, hæc ſupellectilia.

In ſingulari neutra, & in plurali maſculina.

Maſcula plurali numero ſunt, neutra priore,
Elyſium, cœlum, quibus apte iungitur Argos.
Plurali numero ſunt maſcula, neutraque frænum,
Et filum, clauſtrum, raſtrum, coniunge capiſtrum.
Eſt primo numero neutrum plus, om[illegible]undo.

In ſingulari, neutri generis, in plurali maſculini ſunt, hoc Elyſium, hi Elyſij, locus bonarum animarum apud inferos ſecundum Poetas. Hoc cœlum, hi cœli, beatorum habitaculum: & capitur aliquando pro toto mundo, & pro aere. Argos, hi Argi, Argorum, urbs Græciæ. [Plurali, &c.] Maſculina uel neutra ſunt in plurali. Hoc frænum, hi fræni, uel hæc fræna, quo equus regitur. Hoc filū, hi fili, uel hæc fila, quod ex lino lanaue trahitur neo do. Clauſtrum, potius hæc clauſtra, quo aliquid clauditur. Raſtrum, hi raſtri, uel hæc raſtra, inſtrumentum quo terra raditur, Capiſtrnm, hi capiſtri, uel hæc capiſtra, capitis uinculum, quod iumentis adhibetur, ne fugiāt. [Eſt primo, &c.] Plus, in ſingulari ſolum eſt neutri generis, ut in plurali eſt omnis, ut hoc plus pluris, hi & hæ plures, & hæc plura, uel pluria, ſed raro pluria.

In ſingulari neutra, & in plurali fœminina.

Dic

Dic epulas, & delicias: numerus priorum dat.
Balnea, dic uel eas, tantum priorum numerus dat.
Nundinum apud ueteres, nunc uſus nundinæ habebit.

Pauca in ſingulari ſunt neutri gen. & in plurali numero fœmin. ut hoc Epulum, hæ epulæ, epularum. Epulum in ſingulari eſt conuiuium pompoſum, & numeroſis cibis paratum: & in plurali epulæ ſunt cibi quotidiani, quamuis non ſemper differentia ſeruetur. Delicium, hæ deliciæ, deliciarum, ideſt, uoluptas, & oblectamentum. [Balnea, &c.] Balneum ſingulariter neutrum eſt, plurali uero hæc balnea, uel hæ balneæ, neutrum uel fœmininum, locus in quo lauamus. [Nundinum, &c.] Nundinum neutri generis apud ueteres ſolum, exoleuit: nunc autem nundinæ nundinarum in uſu eſt, pro diebus ad emendum uendendumq; publicè conſtitutis.

Obliqui Heterocliti.

Anormes ſeruant obliquos nomina quædam.
Iupiter eſt teſtis, cum multis ante retectis.

Multa nomina anormiter faciunt ſuos obliquos: ut Caro carnis. Lac lactis. Iupitet, Iouis. Iter, itineris. Hepar, hepatos, & plura ante declarata.

Vas, Iugerum, Domus.

Vas uaſis ternæ: pluraliter eſto ſecundæ,
Plurali tantum numero ſit iugera ternæ.
Attamen effertur cum iugere iugis aptæ.
Partim ſit quartæ, partim domus eſto ſecundæ.

Vas uaſis neutri generis in ſingulari eſt tertiæ declinationis: in plurali ſecundæ, hæc uaſa uaſorum. Vaſi. [Pluràli tantum, &c. Iugerum, iugeri, iugero, iugerum, o iuge-

rum.

rum, à iugero in ſingulari ſecundæ eſt. Inuenimus tamen genitiuum iugeris, & ablatiuum iugere, ab antiquo nominatiuo iuger: unde manſit totum plurale iugera, iugerum, iugeribus, per tertiam: & eſt ſpacium terræ uno die aratæ ab uno pari boum, aut equorũ. [Partim, &c.] Domus partim eſt ſecundę declinationis, & partim quartæ, & ſic flectitur. Singulariter nominatiuo hæc domus, genitiuo huius domi, & domus, datiuo huic domui, accuſatiuo hanc domum, uocatiuo o domus, ablatiuo ab hac domo. Et pluraliter nominatiuo hæ domus, genitiuo harum domorum, & domuum, datiuo his domibus, accuſatiuo has domos, uocatiuo o domus, ablatiuo ab his domibus.

DEFECTIVA.

Defectiva nomina ſunt, quibus aliquid in plena declinatione repertum deeſt, uel caſus uariatio: ut centum, uel caſus aliquis, ut ſponte, uel alter numerorum, ut arma.

Aptota, ideſt indeclinabilia.

Nomen in u, nullum numero uariabo priore.
Nuſquam nomen in i, numeroſq́;, notaſq́;, reflecto.
Hinc duo, tres, unus, uolumus, cum millia demi,
Et quæ dat centum, teſtem tibi pono ducenti.

Nullum nomẽ in u, uariatur in numero ſingulari, uelu ti cornu, ueru. Nullũ nomen in i, declinatur, ut gummi, ſinapi. Numerorum Cardinalium, ideſt principalium, & primorũ, unde alij inclinantur numeri, nomina non declinantur, ut quatuor, quinque, &c. centum, biſcentum, tercẽtum, &c. mille, biſmille adiectiuũ. [Hinc duo, &c.] Hic excipimus duo, duæ, duo, tres, & tria, & principium numeri, unus, una, unum. Hoc mille unico l, ſubſtantiuũ eſt, cuius ablatiuus eſt mili. Plurale, milia, milium, mili-

 bus.

bus. Et compoſita à centum tantum pluralia, quæ flectũ tur, ut ducenti, ducentæ, ducenta, &c. [Notasq́;, &c.] Nomina literarum, cum dictionibus materialiter (ut loquũ tur) poſitis, aptota ſunt, ut a, alpha: g, gamma: magiſtri, ſi dicas, magiſtri eſt genitiui caſus, nonnunquam flectun tur, ut ab homine deriuatur nemo.

Barbara multa, ideſt nec Græca, nec Latina.

Barbara multa manent non flexa: quibus dato cæpe,
Pondo, pedum, nequam, nugas, hir, faſq;, nefaſq;
Nil, nihil, inſtar, ador, tot, quot, cum prole utriuſque,
Adde neceſſe datis, frit, præſtoq;, plurima iungunt
Indocti: ut Rhemus, tu Rhemi flectere debes.

Multa Barbara. i. nec Latina, nec Græca ſunt indeclinabilia: ut Balaam, Heſter, Noe, Eleazar, indeclinabilia ſunt. Et Cæpe, uernaculè Cipolla. Pōdo, libra. Pedum, baculus paſtoralis, Nequam, Nugas, Hir, Fas, Nefas, Nil, Nihil, Inſtar. i. magnitudo, uel imago, aut ęquiparatio, & ſignificat etiam ad ęquiparationem. Tot, quot, cum prole totidem, quotquot, aliquot. Neceſſe, quod ui aliqua cogēte fieri opus eſt. Frit, quod eſt in ſumma ſpica iam matura, minus eſt quam granum. Adde git, quoddam ſemē odoriferum. Cæte, tempe, nepet, cim. Præſtoque. i. paratus, præſens, fauens. & conſtruitur cum ſubſtantiuo uerbo. Indocti grammatiſtę multa accumulant, quæ bene declinantur: ut pluraliter hi Rhemi, Rhemorum: Parhiſij, Parhiſiorum, ciuitates Galliæ: ſic Brugæ, Brugarum: Bergę, Burgarum, ſic Romani, Romanorum, urbs Allobrogum Romains, &c. multi etiam indeclinabilia dicunt pus, uirus, pyr, Præneſte, gauſape, præſepe, quæ tamē à Doctioribus flectuntur, &c.

Nominatiuo ſingu. carentia, cum paucis aliis.

Vix retinent rectum frondis, cum fæmine, frugis,

Cum

Cum ditione, dapis, precis, & necis, & uicis, atque
Remigis, addis opem niſi diuam ſignificaris.
Verberis adijcito, primoris Seruius addit.
Aleo dat rectos, ut ganeo. Iungitur expes.
Ganeo uult etiam quartum. Satias dabit ate.
Non later, aut uiſcus, cum doctis ferre uerebor.
Nex, remex, & daps, parce utens pulchra putabo.

[Frondis,&c.] Quę hic explicantur, carent nominatiuo ſingulari. Frons enim pro folio arboris, iam exoleuit. Fœminis, fœmini, a fœmine. Et pluraliter fœmina, integrum eſt. Fœmina ſunt interiora, femora exteriora: differentia tamen ſæpe confunditur. Frugis, frugi, frugem. Ditionis, ditioni, ditionem, a ditione. Ditionis.i.poteſtatis, aut imperij. Dapis, dapi, dapē, a dape. plurale dapes, dapium integrum eſt. Dapes ſunt magnifici, & opipari apparatus ciborum. Precis, preci, precem, a prece, plurale preces, integrum eſt.i.rogationes. Necis, neci, nece a nece.i.motu, uel cædes. Vicis, uici, uicem, uice, plurale uices, uicibus, aliquando pro loco capimus, ut faciā uice tua.i.pro te, item pro fortuna, uel incommodo: ut ui cē tua doleo. Remigis, remigi, remigem, &c. Opis, opē, ab ope.i.poteſtatis. & auxilij, plurale opes, integrum eſt, diuitiæ. Ops opis, quando integrum eſt, ſignificat Deam. ſ.uxorem Saturni: & eſt Dea terræ. Verberis, uerberi, a uerbere, plurale uerbera, integrum eſt, ſignificat uerberandi inſtrumentum. Primoris, teſte Seruio.i.primi, & principalis, plurales primores, integrum eſt. [Aleo dat, & cæte.] Aleo.i.aleator, nominatiuum, & uocatiuum ſolum habere dicitur. Ganeo.i.belluo, & ſcortator, nominatiuum, uocatiuum, accuſatiuumq́;, apud Ciceronem habet rarò alios caſus. Expes, ſine ſpe, nominatiuus, & uocatiuus ſolus eſt. Satias, ideſt ſatietas, uominatiuus, &

uocatiuus habens ſolum ablatiuum à ſatietate: pro eodem dicitur ſaties in nominatiuo, & uocatiuo ſine obliquis. [Non later, &c.] Lateris, & uiſceris à quibuſdam adiiciuntur fruſtra: nam nominatiui in uſu ſunt. later & uiſcus. Later, eſt lapis coctus. Viſcus, Seruius ait eſſe quicquid ſub corio eſt, ideſt omnem carnem inter oſſa & cutem. [Nex Remex, &c.] Nex, Remex, Daps nominatiui non omnino ſunt reiiciendi: quia apud Doctiſſimos reperiuntur, poſſumusque poſt tot, ac tantos uiros, dum parciſſimè id fiat, & impetrata uenia, huiuſmodi uti.

Vocatiuo carentia.

Quærens, diſtribuens, infinitumq;, negansq;,
Et referens, uocitante carent: pronomen & omne,
Quatuor exceptis, noſter, noſtras, meus, & tu.

Vocatiuo carent interrogatiua, ut quis, qualis. Diſtributiua, ut quiſque, omnis: cuius plurale omnes, collectiuè capitur aliquando: & ſic uocatiuum habet. Infinita: ut aliquis, ſiquis. Negatiua: ut nullus, nemo, neuter. Relatiua: ut qui, talis: omne pronomen, præter tu, meus, noſter, & noſtras.

Soli ablatiui.

Eſt ablatiuus nonnullis ſolus in uſu,
Obice, ſponte, diu, noctu, natu, impete, iuſſu,
Aſtu, cum promptu, permiſſu, flamine iunge.
Impetis, & ſpontis, flamenq́, leges aliquando.

Quædã in ſingulari numero ſolum ablatiuum in uſu habēt: ut obice: in plurali obices, obicibus bene in uſu eſt. i. obſtacula. Spõte, ideſt uoluntate propria, & ſuapte natura, ſine hominis labore genitiuus eſt in rariore uſu ſpontis, quo tamen interim licet uti ornatè. Diu, ideſt,

die,

die, Noctu, ideſt nocte, plerumque aduerbia ſunt: nonnũquam etiam nomina, ut hac noctu, pro hac nocte, apud Gellium: Natu, ideſt, natiuitate, & ætate: ut maior natu. Impete, ideſt, impetu, ab antiquo nominatiuo impes, unde reperitur genitiuus ſingularis impetis. Iuſſu, ideſt, imperio, & iuſſione: contrarium eſt in iuſſu? Aſtu, ideſt, aſtutia, & calliditate. In plur. hi haſtus, hos haſtus, o haſtus, ſine genitiuo, datiuo, ablatiuoque. Promptu, ideſt, manifeſto, Permiſſu, id eſt permiſſione. Flamine, ideſt, flatu: in plurali flamina, flaminum, integrum eſt, Cicero uſus eſt nominatiuo flamen. Flamen quando eſt maſculini generis ſacerdotem ſignificat: diciturq; quaſi flamen, a filo quo cinctum caput habet: hinc flamen dialis, ideſt ſacerdos Iouis, a Dio, ideſt, Ioue. flamen Martialis, ideſt, ſacerdos Martis. Flamen Quirinalis, ideſt, Quirini. Fœmina dicitur flaminica.

Quibus deſunt genitiuus, datiuus, & ablatiuus plurales.

Plurali numero, cum ſexto, tertius abſit,
Et patrius quintæ. Res atque dies capis inde.
Talia ſunt, ius, thus, æs, os, far, defruta, morum,
Hordea, mulſa, forum, uinum, mare: iungito rus, mel,
Oribus, & uinis, & plura legendo notabis.

Nomina quintæ declinationis in plurali carẽt genitiuo, datiuo, & ablatiuo. Hinc excipiuntur tantũ duo. Res rerum. Dies dierum. [Talia, &c.] Carent ſecundũ Grammaticos eiſdem caſibus. Ius, thus. Aes, æris. Os, oris. Far, farris. Defrutum. i. uinum coctum ad mediam uſque partem, à defruendo dictum. Morum, ideſt fructus arboris mori, & ruborum. Hordeum, ſatis notum. Mulſum, potio dulcis ex uino, & melle. Forũ, fori. Vinũ, uini. Mare,

 maris.

maris. Rus, ruris, & Mel, mellis, quibus aliqui plura iungunt, ueluti Nex, & quantum ad genitiuum, crux, lux, labes,&c. [Oribus,&c.] Grammatici loquũtur de frequenti uſu autorum: quia oribus, uinis, ruribus, uiribus, & plura reperiuntur: ſed rarenter, ſaltem apud uerè Latinos.

Reliqua certis caſibus carentia.

Cætera maſculei rectum remouento priorem
Dic fors, forte, luesq; luem: macti dato macte.
Tantundem ſolum tantidem debet habere,
Cum primo quartum quantumque ſpecus petit, & plus
Pluris, & a pluri: neutrum plurale ſit omne,
Suppetiæ, inficiæ, dant quartum, dica, dat as, am,
Deque ueru uerum tollunt, grates, dato fratres;
Gratis, grate leges, repetundarum repetundis.
Vis, uis, uim, ui dat: quondam has uis, nunc ferè uires,
Auſim cum magno Fabio bene dicere tabum.

Cętera cęterum nominatiuum ſingularem maſculinum in uſu non habet, qui eſſet cęter. Hæc fors, o fors, a forte.i.fortuna, uel euentus. Lues luem, aliquando ēt ab hac lue.i.contagio, aut peſtis. Macte, & pluraliter o macti, dictiones quibus aliquem laudamus, quaſi magis aucte, magis aucti, cum exhortatione ad uirtutem & gloriam. Tantundem, tantidem, tantundem, cęteris caret. Specus in nominatiuo, accuſatiuo, uocatiuoq; dum eſt neutri generis dicitur: ſpecoris, ſpecori, ſpecore, in uſu non ſunt. hoc plus, huius pluris, hoc plus, ab hoc pluri. Plurale hi & hę plures & hęc plura, integrum eſt. Suppetiæ, has Suppetias.i.auxilia. Hæ inficiæ, has inficias.i.negationes. eo, inficias. ideſt, nego. Hęc dica, hanc dicam, has dicas, ideſt, accuſatio, uel cauſa. Verùm genitiuus in uſu

uſu non eſt. Grates ſine genitiuo datiuoq́ue, & ablatiuo plurali, in ſingulari ſolū habet genitiuum gratis, & ablatiuum grate: & ſignificat gratias. Harum repetūdarum, ab his repetendis tantum, ideſt, pecuniarium aut rerum, principi, aut populo ſurreptarū. Vis, huius uis, hāc uim, o uis, a ui. Et pluraliter has uis apud ueteres: nunc uires, uirium, uiribus.i.robur, & uiolentia. Huius tabi, ab hoc tabo tantum, ut Grammatici uolunt. Quintilianus tamen tabum dixit, quem non formidabo imitari. Caret tamen plurali, ut tabes, quod idem ſignificat, ſcilicet conſumptionem & corruptionem, morbumq́ue, & ſaniem, ſanguinemq́ue corruptum.

Plurali numero carentia.

Propria plurali (niſi ſint pluralia tantum)
Cuncta carent, cum menſuratis, herba frutexq́ue;
De ſpecie loquimur, tamen hæc quandoque leguntur
Plurali numero, partes ubi ſignificamus:
Sicut uina, fabæ. Plurale tenent quoque raro
Abſtractum, & nomen quintæ, nomenq; elementi.

Plurali numero carent propria nomina quarumcunque rerum, niſi ſint tantum pluralis numeri. Exēpla ſunt propria uirorum, ut Ioannes, Iacobus: & mulierum, ut Anna, Phyllis: Montium, ut Oſſa, Olympus. Sic oppidorum, planetarum, &c. Dixi niſi ſint pluralia tantum, propter Athenæ, Gabij, Artaxata, &c. [Cū mēſuratis, &c.] Carent etiam plurali numero nomina rerum quæcūque referuntur in pondus, uel in menſuram: ut nomina metallorum, aurum, plumbum, argentum, ferrum, ſtannum, &c. Nomina frumentorum, ut triticum, ſiligo, &c. Leguminum: ut eruū, canabis. Et multa alia, ut lac, butyrum, lardum, ſeuum. Loquimur autem de ſpecialibus, nam generalia pluraliter declinari nihil impedit, ut metalla,

aquę, liquores, frumēta, legumina, &c. Quinēt ſpecialia in plur. numero quoq; legunt, ubi partē ſignare uolumus: ut uina, hordea, piſæ, uel piſa, fabæ, &c. quibus uix ſunt in plurali genitiuus, datiuus, uel ablatiuus. Item herbarum, fruticumq́ue nomina raro pluralem habent, ut apium, ſiler. Nonnulla aliquando habent, ut lolia, croci, rutæ, cæpæ, porri, myricę, uiburna, cum multis aliis. [Plurale tenent, &c.] Nomina abſtracta i. ſubſtantiua ab adie ctiuis deducta, cum nominibus quintæ declinationis, & nominibus elementorum, raro tenent pluralem numerum. Exempla de abſtractis, hæc eloquentia, ſapiētia, auaritia, &c. de nominib. quintæ, ut fides, rabies, pernicies, &c. De nominibus elementorū, ut terra, aqua, aer, ignis, quæ pluralem admittunt omnia: præter aer, ubi non totum elementum, ſed aliquas partes ſignificamus. Habent quoque pluralem numerū ex aliis complura, ut ſine dubio dies, res cum pluribus quintæ declinationis nominibus, & multa abſtracta. Ideo dixi raro, non ſemper. Eruū genus pabuli, uel leguminis. Canabis, herba ex qua fiūt chordæ. Lardum, uel laridum, caro porcina. Seuum eſt pingue durum in bobus, unde fiunt candelæ, quibus quotidie utimur. Apium, herba, folia habens petroſelino ſimilia, ſed maiora. Ruta, herba, a ruendo dicta. Myrica, genus humilis uirgulti. Pernicies, mors, a pernecando. Cætera ſunt per ſe nota.

Raro plurali.

Vix plurale tenent limus, cum ſanguine fumus,
Et fimus, & mundus, muſcus, cum nemine pontus,
Captorum carcer, ſopor, & puluis, penus, uncus.
Ceſtus, ceu cultus præ auro, ros & genuinus,
Gloria, fama, lues, pix, galla, fames, fuga, uita,
Culpa, ſtrues, pax, gaza, ſalus, cumq́ue indole, arena.

Mors,

Mors, tuſſis, proles, tabes, labes, ſobolesque,
Taliæ, cum cholera, ſitis atque humus, & pituita,
Lux, plebs; iungantur pubes contagio, bilis,
Hir, cœnum, fel, pus, uer, nectar, ador, nihil, hepar,
Nil, iubar, & nihilum, gluten, uultus, pelagusque,
Aeuum, ſal, barathrum, cum manna, mammona, paſcha.
Iuſtitium, fœnum, uirus, cum mane, neceſſum,
Atque neceſſe, ſalum, ſolium, fas; inſtar, & halec.
Adde nefas, lethum, uitrum, uiſcum, atque macellum,
Et nitrum, ſpicum, ſinumque, geluque, ſolumque,
Atque lutum. Sunt his qui longe plura notarunt.
Si bene diſcutias doctorum ſcripta uirorum:
Multa ſecus cernes, quam lex uult Grammaticorum.

Raro habent pluralē numerum hæc nomina. Limus. i.cœnū ex terra madida. Sāguis, quod tamen in ſacris pluraliter legitur. Fumus, notum. Fimus, ſtercus animalium i.letamē. Mundus, muſcus, lanugo, uel herbula uiridis in muris, ripis, arboribusq;. Nemo. Pontus.i.mare, & regio quædam Aſiæ. Carcer, captorum locus. Sopor, ſomnus. Puluis. Penus, uel penum, uel peno, omne ferculētum, poculentūque, quo ueſcuntur homines, ideſt, quicquid eſt neceſſe ad uictum quotidianū. Vncus pro ferro quo corpora noxiorum, mortuorumve trahebantur. Ceſtus ſine diphthongo, cingulum Veneris, & zona ſponſæ nubentis legitimo matrimonio. Vnde inceſtum dicimus, non legitimo matrimonio, ſed ſacrilego. Cultus, pro eo quod uulgo folium auri dicitur. Ros. Virgilius tamē rores dixit. Genuinus, dens in extrema gingiua occultus: is nouiſſimus naſcitur. Dente genuino rodere, eſt occultus reprehendere. Sequentia fœminina ſunt. Gloria,

fre-

frequẽs de aliquo fama cũ laude. Fama,Lues,Pix,Galla, ſutorum inſtrm:eſt ét fructus quercuum. Fames, Fuga: Vita,Culpa,Strues lignorum congeries.Pax,Gara,quicquid poſſidemus. Salus, Indoles, eſt in pueris ſignificatio quædam futuræ probitatis,& in uiris ſignum pręſentis uirtutis. Arena, cuius plurali libere utitor. Mors,tuſſis,Proles,Tabes,Labes,ruina,uel dedecus, uel macula. Soboles,Talio,Cholera, morbi genus, & unus quatuor humorum.Sitis,Humus,Pituita, morbus quidam Græce phlegma dicitur. Lux,Plebs,Pubes, Contagio, morbus contactu nocens. Bilis.i.cholera: capitur interdum pro ira.Sequentia ſunt neutra.Hoc cœnum,terra humore reſoluta. Fel, Pus, putis, ſanies,& quicunque humor in putredinẽ uerſus. Ver,Nectar,Ador,Nihil,Hepar,Nil, Iubar,Gluten, Nihilum,Vulgus, Pelagus, Aeuum, ætas longa. Sal,Barathrum,locus erat Athenis unde damnati præcipitabantur:& capitur pro immenſa profunditate,& pro inferno. Manna,Mammona,Paſcha,Iuſtitium, quaſi iuris ſtatio,dicitur iuris dicẽdi intermiſſo: ut tempore meſſis,quoddam fit iuſtitium, ne agricolę impediãtur.Fœnum,Virus,Mane,Neceſſum,neceſſe.Salum.i.mare,a Gręco ſalo.Solium,ſella regia,Fas,Inſtar,Halec,Nefas,Letum.i.mors. Vitrum,uiſcũ,uel maſculine uiſcus, eſt glutinum, quo aues capiuntur. Macellum, locus ubi obſonia uenduntur, non ſolum carnes, ſed quęcunque: Nitrum,ſalis ſpecies,quo ſordes corporum,ueſtiumq́ue purgantur.Spicum,acumen ad ſpicæ ſimilitudinem,pro eodem dicitur ſpicus:& hoc plurale habet. Sinum,pro uaſe.Solum,terra.Gelu,Lutum,Cœnũ. [Sunt his, &c.] Quidam grammatici pręter hęc uulgata alia adiecerunt compluſcula:ut Orcus,pro inferno.Erebus,profundior inferni pars. Halo,circulus circa Lunam. Arrhabo. i.arrha. Luna,Vehes,quædam menſura eſt,& plauſtrũ.Ado-

rea.i.gloria. Altum,pro mari. Meditullium.i.medium lo ci,ſpatium. Album pro tabula. Zacarum, eſt mel collectum in arundinibus candidum,ac fragile,Zuccaro.Gũmium,oleum ex gummi factum. Stratum,equi ſella.Ab domen. Papyrum,Chaos,Sinapi,Temetum, Callum,&c multa alia. [Si bene,&c.] Ex prædictis multa contra Grã maticorum regulas numerũ pluralem habere inueniet quiſquis doctiſſimorũ monumenta diligẽter euoluerit: ſed parce inuentis, parce utamur, neque uti formidemus nimium.

Singulari numero carentia.

Diſtribuens numerus,cum cardine, feſta, librique
Cum ludis, urbs: multa carent numero iſta priore.
Dant quidam libri numerum tantummodo primum.

Numeri diſtributiui:ut bini,terni, &c. Cardinalęs, ut duo,tres,quatuor,&c.tot,quot,totidem,aliquot,carent numero ſingulari, niſi rariſſime:ut ſepteno gurgite. Itẽ nomina feſtorum, aut ludorum ſingulari numero carẽt: ut Appollinares,Megalenſes,Circenſes. Feſtorum nomina:ut Bacchanalia,Saturnalia,&c.Carent pręterea ſingulari numero multa librorum nomina:ut Georgica,Bucolica,Rhetorica,rethoricorum,Chronica,Biblia,bibliorum.Poſtremo multa oppidorum nomina ſingulari deficiunt numero:maſculina quidem,ut Parhiſij,Gabij,Locri,orum,&c. Fœminina,ut Thenæ,Athenę,Burgę,&c. neutra:ut Artaxata,Hieroſolyma,&c.[Dant,&c.] Quædam librorum nomina ſunt ſingularia, fœminini generis,ut Thebais,Aeneis,&c.

Maſculina tantum pluralia.

Maſculei generis ſunt hæc pluralia tantum.
Annales, ſentes, cancelli, liberi, amores,
Vepres,carceribus,Luceres,cani,lemures,do

Furfu-

Furſuribus, geminis, natales, cœlitibus, ceu
Manes, & caſſes, ſuperi, loculi, atque penates,
Cuique prius foret as, maiores, atque minores,
Primores, faſti, uel faſtus, adde Quirites,
Et pugillares, Secres, Caresque, ſalesque,
Atque lares piſces ſignum, ceu menſtrua menſes,
Atque fori, faſces, proceres, ſic poſteri, & antes,
Mores, inferi & ambo dabis, ſic codique cilli.
Interdum numero patientur pauca priore.

Maſculina tm̃ pluralia ſunt. Annales, libri cõtinentes quid quoquo anno geſtũ ſit. Sẽtes. i. ſpinæ. Cãcelli, ligna uel ferramẽta inter ſe modicis interuallis poſita, ut in feneſtris. Liberi. i. filij, & filiæ: & aliquando unicus filius, uel filia. Amores pro turpibus & uenereis, niſi adiectiuo diſtinguamus: ut honeſti amores, uepres, rubus, aut ſpina. Carceres ſunt unde equi incipiunt curſũ. Luceres nobiles quidã Romani. Cani, albi capilli ĩ ſenectute. Lemures, laruæ, terrificationes nocturnæ. Furfures puſtulæ q̃ ex capite reſoluuntur. Gemini, & Gemelli, fratres, uno tp̃e nati. Natales, generis nobilitas, aut naſcendi conditio. Cœlites. i. cœlicolæ, & ex hominibus dii. Manes, animę defunctorũ, & dii miſeri. Caſſes. i. retia. Superi, cęlites, uel nos reſpectu antipodũ. Inferi, q̨ tartara incolũt, uel antipodes. Poſteri, poſt nos uẽturi. Loculi, ſacculi pecuniarij, vel receptacula ſeminis. Penates, dii penetrales, quos ſuæ qſq; domi colit, & ꝓ domo capitur. Quę in as, deſinerẽt, ſi ſingularẽ numerũ haberẽt: ut primates, ſũmates. i. ciuiũ optimi probiſſimi. primi, & ſummi. Maiores, & antiqui q̨ ante fuerunt. Minores. i. poſteri. Primores. i. primi. Faſti faſtorum uel Faſtus, liber in quo totius anni res populi Romani ſcriptæ continebantur: & cauſæ feſtorum explicabantur. Quirites. i. Romani. Pugillares,

tabel-

tabellæ, in quibus ſcribimus. Seres & Cares, populorũ nomina. Sales, dicta mordacia, dicteria, urbani, ioci. Lares, dij domeſtici. Piſces, ſignum cœleſte. Menſes pro mẽſtruis. Fori, pars illa nauis, qua à prora in puppim diſcurritur. Faſces .i. conſulatus, aut prætura. Procetes, capita trabium .i. mutuli quidam extãtes: accipitur pro eis, qui in ciuitate eminent. Antes, ab ante, dicuntur eminentes lapides in ędificio, ſiue ultimæ columnæ quadratæ, quibus ſuſtinetur fabrica: aut ſulci, aut uitium ordines extremi, qui ante ſtant. Mores pro nitæ modo: nam mos ſingulare, eſt cõſuetudo. Codiq; cilli .i. codicilli, epiſtolæ. Horum nonnulla aliquando reperiuntur in numero ſingul. quæ nec penitus effugiemus, nec affectabimus.

Fœminina tantum pluralia.

Hæc muliebria ſunt tantum pluralia, grates,
Suppetiæ, chunæ, charites, latebræ, phaleræq;,
Antiæ, & ambages, alpes, argutiæ, & ædes.
Præſtigiæ, exquiliæ, bigæ cum fratribus Idus.
Et decimæ, inficiæ, nugæ, ſcalæq;, foresq;,
Copiæ, & antennæ, Gades, diræ, atq; Calendæ,
Feriæ, & exequiæ, gingiuæ, literæ, & antæ,
Et decretales, inimicitiæ, quoque, & aræ,
Neniæ, & illecebræ, genæ, opes, None atque tenebræ,
Exuuiæ, induuiæ, paleæ, ſalebræ, ſcatebræq;,
Cum ualuis, tricæ, termæ, cum naribus, atque
Blanditijs, & compedibus cum ſordibus: adde,
Clitellæ, ſordes, fortunæ, diuitiæq;.
Gratiæ, & inſidiæ, ſic cautes, reliquiæq;,
Quiſquiliæ, lactes, mappæque, minæque, plagæque,
Nuptiæ, & excubiæ: cum primis, primitijsque,

Inferiæ,

Inferiæ, & ſcopæ: partes, ſi factio fiat.
Cætera uix uerſu contingit dicere: uerum
Interdum numero potientur pauca priore.

Hæc fęminina carent ſingulari. Grates, Suppetiæ, Cunæ, infantiũ lectuli, Charites. i. gratiæ. Latebræ, loca ubi homines ſe occultant. Phaleræ, equorum ornaméta. Antiæ, capilli demiſſi in frontem. Ambages, uerborum circuitiones. Alpes, montes. Argutiæ, ſubtilitates. Aedes ꝑ palatio, & domo priuata. Præſtigiæ, oculorum illuſio ꝑ incantationem. Exquiliæ mõs Romanus. Bigæ cum fra tribus, trigæ, quadrigæ, &c. Bigæ, currus à duobus equis tractus. Trigæ à tribus. Quadrigę a quatuor. Monigiæ, ab uno. Idus, quidam dies mẽſis. Decimæ, pars decima, Nugæ mendacia, & res friuolæ. Scalæ, notæ ſignificationis. Fores. i. ianuæ. Copiæ, pro exercitu. Antennæ, lignũ ex tranſuerſo arboris nauis poſitum, unde pendét uela. Gades, duæ inſulæ ſunt. Diræ, furiæ infernales. Calẽdæ, primus quiſq; dies cuiuslibet mẽſis. Feriæ, dies feſti. Exequiæ, funebræ officium. Gingiuæ, caro in qua dentes gignũtur. Literæ. i. Grammatica, & epiſtola. Antæ, lapides, qui utrunque latus oſtij muniunt. Decretales, pontificũ conſtitutiones. Inimicitiæ, ira ulciſcendi tempus obſeruans. Aræ pro penatibus, & pro loco ꝓprio. Næniæ, carmen funebre, quod ét epicedion & monodia dr̃: & capitur pro cuiuslibet cãtus, uel ſermonis ineptia. Illecebrę. i. blanditiæ, illectio, diuitiæ, & uoluptates. Genæ, partes uultus inter malas & auriculas. Opes, pro diuitiis. Nonæ, dies quidam in menſe. Tenebræ, obſcuritas, caligo. Exuuiæ, ſpolia ab hoſtibus detracta. induuiæ induméta. Paleæ, follicula ipſa granorũ propriè. Salebræ, loca aſpera, uel aquoſa, per quę ſalire oportet. Scatebræ, ebullitiones ſurgentis aquæ. Valuæ, ianuæ, ſiue portæ, ſiue oſtia,

quæ

quæ in ſe replicantur. Tricæ capilli pedibus pullorũ gallinaceorum inuoluti, qui greſſum impediunt. Ideo tricę dicuntur impedimenta, & res friuolæ: ut apinæ. Thermę balnea calefactoria. Imperiti dicũt ſtufas. Nares, naſi ſpiramina. Blanditiæ, blandimenta. Compedes, pedum uincula. Sordes, immunditia & auaritia. Clitellæ, inſtrumenta, quibus ſarcinæ in equis, aut mulis portantur: uulgo baſtæ uocantur. Sortes oracula, & Deorum reſpõſa. Fortunæ.i. diuitiæ, & bona fortunæ. Gratiæ, dea quædam. Inſidiæ, laquei & occulti doli, doloſaq; expectatio ad aggrediendum aliquem. Cantes, organorum fiſtulæ. Reliquiæ, quicquid ex aliqua re ſupereſt. Fauces pro ingreſſu, & parte corporis. Quiſquiliæ, quicquid ex arboribus minutis ſurculorum, foliorumq; cadit, & purgamenta terrarum; & pro quacunque re parui pretij ſumitur. Lactes, inteſtina, per quas cibus labitur, proprie in homine & oue. Mappæ, quę ſternuntur ſuper menſam. Minæ, minationes, & murorum eminentiæ, quas pinnas uocant. Plagę, pro reti tantum. Nuptię, legitima maris & fœminę coniugatio. Excubię, uigilię militum. Primæ.i. primę partes. Primitię, quæ in aliqua re ſunt prima & principalia. Inferię, ſacra defunctorum & exequię. Scopę, uerticulum, quo mundatur domus. Partes pro factione. iunguntur his alia. Cerimoniæ, omne genus ſacrificiorum. Minutię, partes partium. Offucię, uerba detrahentia, & fallacię. Manubiæ, pecunia ex uendita præda. Facetię, uerborum rerumq; urbanitas. Fidiculæ, funes quibus torquentur ſontes. Vigiliæ nocturnę: rarum eſt ſingulare. Crates, induciæ, ceſſationes ad tempus ab armis. Barbari Tregue uocãt. Fallæ, turres ligneæ, & multa alia, quæ carmẽ ſtrictiori ſyllabarum lege coercitum omnia complecti nequit. Reperiuntur autem hęc ſæpe ſingulariter contra Grammaticorum artem.

Neutra

Neutra tantum pluralia.

Tantum pluralis numeri ſunt neutra, iuga, arma,
Seria cum roſtris, effata, crepundia, bactra,
Exta, cibaria, teſqua, ceraunia, claſſica, luſtra,
Cum caſtris, flabris, cunabula, iuſta, pudenda,
Tranſtra, uerenda bonis, & munia do paraphernis
Aulæis, lachanis, libis, comitia lector,
Addes cum ſpolijs præcordia ſunto ſecundæ
Hæc carcheſia, uti uinacea, & oſtia, ſerta,
Oſtra Grammatici bellaria, pluraq; iungunt.
Ilia ſit ternæ, ceu lumina, mœnia, ſicut
Pugillaria, uti ſponſalia, milia, iunge,
Et uetera, atque mapalia, ſic magalia ficto.
Pluraque perfacilis melius quæ proſa recludet.
Interdum numero potientur pauca priore.

Neutra tantum pluralia ſunt, Iuga, montium cacumina: ſingulare inuenitur iugum. Arma, cuiusq; artificis inſtrumenta. Seria, res graues nō iocoſæ. Roſtra, locus Romæ ubi concionabantur. Effata, ultimæ augurum precationes. Crepūdia, reculæ pueris ludendi gratiæ datæ. Bactra, populus in Scythia, & ipſa regio, & in eavrbs: utCythera in Cypro. Exta, inteſtina, quæ maximè extant, eminentq;, ut cor, hepar. Cibaria, eſculēta lautiora. Teſqua, loca aſpera, difficilia, deſerta, & inculta. Ceraunia, montes Epiri. Claſſica, concentus tubarum, & ipſæ tubæ. Luſtra, ferarum cubilia. Caſtra loca ſunt, in quibus milites tentoria figunt. Flabra, uentorum flatus. Cunabula, & incunabula .i. cunę, & rerum primordia. Iuſta, ideſt exequiæ. pudenda, & uerenda, ſunt uirilia. Tranſtra, ſedilia in nauibus. Bona, pro diuitiis. Munia, grauamina popularia, & officia. Parapherna præter dotem data fœminis:

dicuntur

dicuntur etiam paraphernalia. Aulæa, panni depicti; qui in domibus ditiorum, & nobilium pendent ad parietes, & ſimiliter in ſcenis & ſpectaculis. Lachana, omne oleris genus. Liba panis genus. Comitia, conuentus populi ad magiſtratus creandos. Spolia, exuuiæ. Præcordia; cartilago circa cor. Carchesia, foramina ſunt in malo accipientia funes: ſunt ēt pocula quædam. Vinacea, folliculi vuæ iam preſſæ. Oſtia, patentes fluuiorum aditus. Serta, coronæ ex floribus. Oſtræa, conchæ ſpecies. Bellaria, ſecunda menſa: vt poma, placentæ; & id genus ad irritandum gulam. Addunt quidam plura: vt Viuaria, ſepta in quibus feræ viuę paſcuntur: quæ etiam roboraria dicuntur; ſic apiaria; mellaria, &c. Tripudia, ſaltationes. Multitia; ueſtimenta mollia, & muliebria. Item menſtrua, compita, triuia, raro ſingulariter lecta ſunt. Omnia iam dicta ſecundæ declinationis ſunt. Sequentia verò tertiæ. ilia, inteſtina, Lumina pro oculis. Mœnia, quæ vrbem cingunt. Pugillaria, vide pugillares. Sponſalia, ſunt futurarum nuptiarum promiſſio. Milia, ideſt miliaria. Vetera pro loco quodam. Mapalia, tuguria, ruſticorum aut paſtorum. Magalia, idem. Adde his magnalia, ideſt res magnificæ & ſtupendæ. Palearia, pelles pendētes ſub collo bouis, vel ubi reponuntur paleæ, ſicut fœnilia ubi conditur fœnum. Virilia, genitalia. Ocularia, ſunt oculi vitrei, quibus utũtur ſenes. Naualia, in quibus ſtant, aut fieri, aut refici ſolent naues. Penetralia; ſecretiora loca; legitur aliquando ſingulariter. Paucaq; ex præmiſſis ſingularem numerum quandoque habebunt, vt facile eſt uidere.

Abundantia.

Multiplex vno ſenſu dicatur abundans:
Tignus, vel tignum, ſit teſtis, piſaq; piſum:
Cum pene innumeris: quæ lectio multa docebit.

F Nomen

Nomen abundans eſt,quod in eadẽ ſignificatione multifariam effertur;ut Tignus uel tignũ &c.Talia ſunt multiplicia: ut per modos aliquos declarabo, ſed nõ omnia numerabo,quia prope ſunt innumera. Primo, quædam ſub a,ſunt primæ,uel ſub es quintę,ut materia,uel materies,maceria,uel maceries,&c.Secundo, quædam in us, uel in um deſinunt,ut tignus,uel tignum, & in er, uel in um,ut oleaſter,uel oleaſtrum.Tertio quędam in um per ſecundam deſinebãt,& aliquando in a, per primam quæ nunc in a, per tertiam deſinunt, ut poematũ,uel poema poemæ, uel poema poematis. Quarto in er,uel in us, ut Euander Euandrus, cõger uel cõgrus. Siler uel Silerus, nomen fluuij &c.Quinto in a,uel in as, ut Byria Byrias, Damœta vel Damœtas,Soſia vel Soſias,Sylla vel Syllas. Et in a,uel in es,ut cometa uel cometes. Sexto in a, uel in e,ut Libya æ,uel Libie,es,&c.Septimo ĩ eus, uel ĩ es, vt Achilleus,vel Achilles&c.Octauo ab accuſatiuo Gręco fit aliquãdo fœmininum in a,primæ,ut æthera,cratera.lampada &c.Nono, quædam in eodem ſenſu proferũtur in ſingulari, & in plurali; ut hæc Fidena,hæ Fidenæ, hoc Argos, hi Argi,hæc Pergamus, hæc Pergama. Decimo,quædam Græca tertiæ faciũt à genitiuo in os,nomina ſecundæ in us,ut Titan,Titanos,Titanus,ſic delphin, uel delphinus,Elephas,uel Elephantus,&c. Vndecimo, quædã deſinũt in is,uel in er, ut cucumis, uel cucumer, impubis,uel impuber,&c.Duodecimo in o,uel in en,ut Anio,uel Anien;Nerio, uel Nerien.Tertiodecimo in is, uel in en : ut ſanguis uel ſanguen, aut is, uel in, ut delphis uel delphin.Decimoquarto in or,uel in os;ut arbor uel arbos,honor uel honos.Decimoquinto in e uel ĩ is, ut Præneſte,uel Præneſtis;rete uel retis.Decimoſexto in i,uel in is:ut ſinapi uel ſinapis,&c.Decimoſeptimo in u, vel ĩ vs:ut artu vel artus,tonitrus vel tonitru,cornus vel cornu &c.Decimooctauo in os,uel ĩ us;ut Delos uel De

lus,

lus,vel on,aut vm;vt Ilion vel Ilium,aut hęc Ilios.Decimonono in on, vel in os: vt Minos, Athos,vel aliquãdo Minon.Vigeſimo in o,vel iu on;vt Agamemno,vel Agamemnon,Pluto vel Pluton Vigeſimoprimo in al;vel in ale,& in ar,uel in are;vt penetral vel penetrale,altar vel altare,cochlear vel cochleare, &c. Vigeſimoſecundo in as,vel in atis;vt cuias vel cuiatis, &c. Vigeſimotertio in as,uel in do,vel in or,&c.vt amaritas, amaritudo, amaror,& amaritia vel amarities;beatitas vel beatitudo; albor & albitudo;dulcor & dulcedo,&c. Vigeſimoquarto, alia pene innumera, de quibus non eſt certa regula; vt mugil,vel mugilis. Arar vel araris;baccar vel baccaris; Tybris, vel tyberis, Oedipus & Oedipodis; Adam Adamus;Satan Satanas;iter vel itiner; Ligur uel Ligus,ambages uel ambago:contagis uel contagio, uel contagium, compages uel compago;tapes tapete,uel tapetum; cantus uel cantio. Hæc & alia prope innumera declarantur à Marcello,Feſto,Priſciano,Tortellio,Iuniano,Perotto, Neſtore, Calepino, pluribusq́;, in quibus obſeruato ne omnino deſita uſurpes.

Quæ compoſita diuerſarum declinationum efficiunt.

Is,uel us,orta uolunt limus, cera,arma, bacillus,
Norma,iugum,cliuus,neruus.ſomnusque,animusq́;,
Pluraq́;, cum freno,quæ gloſſa recludet abunde.

Quædam nomina faciunt adiectiua cõpoſitæ figuræ ſecũdæ uel tertię declinationis; ut à limus fit illimis,uel illimus;a cera,ſynceris,uel ſyncerus;ſed alia aliis sũt vſitatiora.Iã declaremus ſingula. Lim⁹,molle lutum;limoſus plenus luto;illimus illima illimum,vel melius,hic & hęc illimis & hoc illime.i.purus;& ſine limo.Sublimus; ma,mum;uel ſublimis.i.eleuatus in altũ.Cera,notũ eſt;

hinc cereus, ex cera, vel mollis. Cæreus ſubſtãtiuè, ideſt Cãdela de cera. Syncerus, vel ſyncera, ſyncerum, vel ſynceris, ſyncere, ideſt purus. Arma munimẽta corporis: vt gladius, thorax, lorica, & inſtrumẽta: vt libri, ſunt arma ſcholaſtici. Inermus vel inermis, ideſt ſine armis. Bacillus i. paruus baculus. Imbecillus, vel ĩbecillis. i. debilis. Norma eſt regula fabrorum ideſt linea artificum, ad quã dirigũtur opera. Anormis, irregularis, & non ad normam factus. Enormis, & denormis idem. Iugum ſummitas mõtis, & inſtrumentum quo boues iunguntur, quando arant. Biiugi, vel biiuges ſunt duo animalia coniugata: triiugi, tria: quadriiugi, quatuor: multiiugus a um &c. omniiugus, ga, gum, pro omnigeno, & multiplici capimus: vt homo multiiuga doctrinã. Cliuus, ideſt collis, vel mõticulus. Accliuus, vel accliuis, ideſt eleuatus, altus quaſi ad cliuum. Decliuus vel decliuis, ideſt depreſſus & inclinatus, quaſi de cliuo. Procliuus. ideſt inclinatus, aut facilis: vt procliuis in riſum. Dicimus per n, liquidam, inclinis, acclinis, reclinis, pro inclinatus, acclinatus, reclinatus. Neruus, naturale vinculum corporis, quo colligata ſunt membra. capitur pro vinculo carcerali. Eſt etiã funis arcualis. Neruoſus. i. fortis. Eneruus vel eneruis, ideſt debilis, aut mollis. Sopnus, Græcè hypnos dicitur, vnde mutata h in ſ, & y in o, & o in u, ſopnus hinc declinatum eſt: vnde recte per p, ſine m ſopnus ſcribitur: hinc inſopnus a um, vel melius inſopnis & inſopne. Semiſopnus, vel ſemiſopnis, inſopnus. i. peruigil. Animus, eſt mẽs, vel anima, vel volũtas, vel audacia. Exanimus vel exanimis, ideſt mortuus. Inanimus vel inanimis ſine aĩa. Magnanimus habens magnum animum. Puſillanimus, habens puſillũ animũ. Semianimus, vel ſemianimis. i. ſemiuiuus. A frenũ dictus eſt infrenus, vel infrenis. i. indomitus: quaſi ſine freno. Effrenus idem ſignificat. Iunguntur plura; vt imberbis, vel imberbus, ideſt nõdum barbatus, magis in

vſu eſt imberbis a barba. Neceſſus uel neceſſis.i. neceſſarius. Perenus,& melius perennis.i. perpetuus,a p & annus: ideo aſpiratione caret. Ex dictis clare patet, ex multis ſubſtantiuis componi adiectiua: ut damnũ indemnis ſine damno, Diſcolus in uſu eſt. Tiberga dicit etiã diſcolis, ideſt difficilis, malus, uel perniciolus. Elumbus uel elumbis, qui præ debilitate ſeſe erigere non poteſt &c.

Nomina ſub eadem nominatiui terminatione, & eodem genere, eademq; ſignificatione, diuerſarum declinationum.

Multa tibi flexum dant quartum, ſiue ſecundum.
Vt domus, & laurus, ficus, colus, & penus adde.
Et lacus, & quercus, pinus, cornus, monitusque.
Vt quondam lectus, ueteres, ita plurima flectunt.
Eſt alijs uarius flexus, pro teſte ſequeſter.
Cætera ne longum faciam tibi gloſſa recludet.

Abundant quædã nomina declinatione: ut quæ ſunt ſecundæ, aut quartæ declinationis: ſaltẽ in aliquibus caſibus, ut domus añ declinatũ, laurus, ficus, &c. Hæc laurus, huius lauri, datiuo lauro, hanc laurũ, o laure, a lauro: & aliquãdo lauru: hæ lauri, harum laurorum, his lauris, has lauros & laurus, o lauri, a lauris: arbor q̃ Græcè dicitur daphne. Ficus ĩ generibus declaratũ eſt. Colus, ſecundæ eſt, præter ablatiuum ſingularem, qui per utrãque ꝓfert, hac colo vel colu, hę colus. vide genera vbi penus quoq; declaratũ eſt. Lacus hui' laci, vel lacus, reliquos ꝑ quartã effert. Quercus, genitiuo plurali quercorũ. Pinus, has pinos. Cornus arbor, ab hac corno uel cornu. Quartæ ſunt multa quæ olim per ſecundam etiã flectebantur, vt monitus, ornatus, queſtus, ceſtus, artus, æſtus, aditus, lectus, & plura alia. Plaut. in Amphi.

Lectus locus, pro lecti locus dixi, quod exoleuit: quia ſolum ſecundæ eſt nũc. [Eſt aliis &c.] Sunt quædam diuerſarũ declinationum, mutata ſignificatione, aut etiã ſcriptura aliquantulũ: ut acus, anus, arcus, uel arquus: ceſtus uel cœſtus. Cãtus, ideſt cantio. Canthus, ideſt ferrũ, quo circũdantur rotæ. hortus, ortus. Sunt & aliarum diuerſarum declinationum, eadem ſub ſignificatione: ut cancer ꝓ morbo. Iber, Mulciber. Acera um olim, nũc acer acris & hoc acre. Acer arbor, eſt tertiæ. Sequeſter, ſequeſtris, ſequeſtre: & hic & hæc ſequeſtris & hoc ſequeſtre, ſequeſtra ſequeſtrum: is eſt apud quem plures eandem rem, de qua controuerſia eſt, depoſuerunt. Sunt quæ in obliquis confunduntur, vt res rei, reus rei. Pyrus, & pyrum pyri &c. Poſtremo abundant æquiuoca, ideſt, diuerſa ratione multa ſignificantia: ut diſcrimen, differentia, & periculum. Aura, lenis uentus, & fauor. Ludus res quæ luditur, & ſchola, unde ludimagiſter. Ara deorum. Hara, ſtabulum porcorum, & alia innumera, pro quibus omnibus datur regula generalis.

Multiplex uno ſenſu dicatur abundans.

DE COMPARATIONE.

LIBER IIII.

COMPARATIO eſt rei ad rem collatio. Gradus comparationis ſunt tres. Poſitiuus, comparatiuus, & Superlatiuus. Poſitiuus eſt qui rem ſuam ſine exceſſu ſignificat: ut doctus. Comparatiuus qui rem ſuam cum exceſſu non ſummo ſignificat: ut doctior. Superlatiuus qui rẽ ſuam exceſſu ſummo ſignificat: ut doctiſſimus. hunc excedet comparatiuus, ſi dixeris. Hector fuit fortiſſimus: ſed Achilles fortior: hic enim ſignificat ſolum ualde fortem.

tè.Nomina ſola comparatiua & ſuperlatiua, nomina ex ſe faciũt:nam participia per comparationem nomina efficiuntur: ut amans amantior. Deterior, & potior fiunt a deter antiquo nomine,& potis,nõ a verbis detero,&potior. Prior primus,poſitiuo carent. Exterior,interior, ſuperior,inferior &c.ſunt a nominibus exter,iter,ſup,vel ſuperus,inferus:quorum quædam reperiuntur,quędam penitus exoluerunt:& nõ ab extra,intra,ſupra & cæteris ꝑpoſitionibus:horũ ſuperlatiua ſunt extremus,intimus, ſupremus,infimus. Citer,citerior,citimus.Propior proximus,poſitiuo carent: nec ideo oſtenditur a prope eſſe:quia accuſatiuũ aliquando habent:nã hoc abuſiue fit, & multo ſæpius datiuum habẽt. Ab aduerbiis fiunt comparatiua & ſuperlatiua aduerbia,non nomina:quia a ſæpe abuſiue fit ſæpiſſimus,ſæpior nũquam legitur:ſed bene aduerbia ſæpius ſæpiſſime:ut a pene,peniſſime. Penitior & penitiſſimus,non ſunt ab aduerbio penitus: ſed a nomine penitus penita penitum,ideſt,quod intra eſt:penitior,interior,penitiſſimus, ideſt intimus. Nuper facit ſuperlatiuum nuperrime: ab antiquo nomine, nuperus nupera,nuperum,fit nuperrimus nuperrima nuperrimũ ſine cõparatiuo.Vlterior vltimus,poſitiuo carẽt,aut forſan ſunt a veſtutiſſimo nomine vlter,vel vlterius.Sola adiectiua cõparantur.Propria propter aliquod accidens, licenter pro adiectiuis ſumpta, comparari leges: ut Nero Neronior,ideſt crudelior.Non omnia adiectiua comparantur,ſed ea duntaxat, quorum ſignificatio poteſt augeri vel minui.Ideo non comparantur vnicus,ſummus, omnipotẽs,imus,ingens,rudis,mediocris: nec verbalia in dus,qualia ſunt reuerendus,colendus.Comparatio eſt triplex. Voce tantum,ſignificatione tantum, & vtroque modo.Comparatio voce tantum fit, vbi vox cõuenit, ſignificatio diſcordat: vt a nouus nouiſſimus. i.vltimus: ſunt.n.maxime noua ferè vltima,nouiòr:Latine non di-

citur. dic recentior. Comparatio ſignificatione tãtum eſt, vbi ſignificatio conuenit, vox diſcordat: vt bonus, melior, optimus. Comparatio voce & ſignificatione, eſt ubi cum voce ſignificatio conuenit: vt doctus, doctior, doctiſſimus.

Doctior a docti eſt: ita formes cuncta ſecundæ.
Tollo ſiniſterior, melior, peior, minor, & plus.
Cum maior. Donant ficus, & dicus entior apte.

Comparatiuus a nomine ſecũdę declinationis fit a genitiuo ſingulari addita or, ſyllaba, pro communi genere, & vs, pro neutro vt amicus amici amicior, ſpurcus ſpurci ſpurcior. Spurcus, ideſt, imũdus. Pudicus, ideſt caſtus, pudicior. Auguſtus, ideſt ſanctus; & venerabilis; auguſta auguſtũ: auguſti, auguſtior, &c. [Tollo; &c.] Excipiuntur a regula, ſiniſter ſiniſterior, bonus, melior; malus, peior, paruus, minor, multũ, plus ſolum in neutro genere, & hoc in ſingulari numero: at in plurali hi & hæ plures; & hæc plura vel pluria. Magnus, maior donat, &c. A facio, ſunt quædã adiectiua in ficus, & a dico vel dicax, in dicus penultima correpta; quę comparatiua in entior efficiũt: vt magnificus magnificentior, qui magna facit. Mirificus mirificentior, qui mira facit: ſic munificus, ideſt liberalis: honorificus, qui honore digna facit &c. Maledicus. i. mordax, & obtrectans; maledicentior, benedicus; benedicentior, qui benedicit & laudat, ſic falſidicus, &c.

Fortior a forti eſt: facias, ita cætera ternæ,
Iunior, excipiunt. a nequam nequior exit.

Cõparatiuus, ſi poſitiuus fuerit tertię, fit a datiuo ſingulari addita or: vt forti fortior, pauperi pauperior &c. [Iunior; &c.] Excipitur a regula vnicum nomen iuuenis; iunior, pro iuuenior. Georgius Valla tamen dicit iunior eſſe a iunis. Nequam, nequior facit: & nõ excipitur, quia non flectitur nequam.

Superlati-

Superlatiuorum formatio.

Er, rimus adijcet ſuperanti. Dant timus exter.
Et citer, & dexter, quibus addes rite ſiniſter.
Dic etiam extremus. Maturus dat rimus apte.
Vel ſimus, huic iungunt ſatur, a uetus eſt rimus uſque.

Poſitiuus in er, addit ſuperlatiuo, rimus, a, um, vt niger nigerrimus: pauper, pauperrimus, &c, [Dāt timus, &c.] Excipiūt a regula, exter exterior, extimus, uel extremus, citer, citerior, citimus: dexter, dexterior, dextimus: ſiniſter ſiniſterior, ſiniſtimus. [Maturus, &c.] maturus, matura, maturū, facit ſuperlatiuū maturrimus ab antiquo nomine matur, uel maturiſſimus. Iungitur ſatur, quod ſimiliter facit ſaturrimus, & ſaturiſſimus. Vetus facit ueterior & ueterrimus, a uetuſto nomine ueter, ueteris.

In reliquis ſimus accipiet patrius poſitiui.
Atque datiuus in i, tamen s, ſimus, uſque præibit.
Excipe poſtremus, ſupremus, & optimus, atque
Peſſimus, & minimus, cum maximus, intimus, addes.
Plurimus, infimus adiunges: entiſſimus autem
A ficus, atque dicus facito, limus, is dempta.
Cum facilis, gracilis, agilis, ſimilisque.

Si poſitiuus nō deſinit in er, tūc ſuperlatiuus fit a genitiuo poſitiui ī ſecūda declinatione, uel a datiuo ī tertia, addēdo s, & ſimus, vt celſus, celſi, celſiſſimus, & nō sūmus, fortis fur: i, fortiſſimus. [Excipe, &c.] Tollūtur hinc poſterus, poſtremus, ſuperus, ſupremus, bonus, optimus, malus, peſſimus, paruus, minimus, magnus, maximus, interus, intimus, multus, plurimus, multa, plurima, multū, plus, plurimum, inferus, infimus. [Entiſſimus autē, &c.]

Nomina

Nomina a facio, in ficus: a dicax in dicus, habent entiſſimus: vt maleficus, maleficentiſſimus, maledicus, maledicẽtiſſimus. [Lim', &c.] Hæc quinq; facilis, agilis, gracilis, humilis, ſimilis, faciunt ſuperlatiuos abiiciendo is, addita limus: & ita ſunt duo ll: vt facillimus, agillimus, humillimus, &c. Addit Valla docillimus. Facilis nõ grauis. Gracilis, tenuis, non craſſus. Agilis, leuis, & mollis. Humilis, non altus: vt humilis arbor, humilis homo, ideſt vilis, & ignobilis. In ſacris ſignificat non ſuperbum. Docilis, qui facile diſcit, contrarium eſt indocilis, &c.

Comparatiuo imperfecta.

Anterior ſuperante caret, iuuenisque ſenexque,
Sicut adoleſcens, cui diues, pluraque iungunt.
Temperior ſolum eſt, ignorant hæc poſitiuum
Vltimus, vlterior: prior & primus, propiorque
Proximus: ocyor, atque ocyſſimus adiiciantur.

Anter vel anterus veteres dixere, hinc anterior ſine ſuperlatiuo, vt iuuenis, vel iunis, iunior, ſenex ſenior, adoleſcens adoleſcentior, diues diuitior, & quędã alia. [Temperior, &c.] temperior, poſitiuo, & ſuperlatiuo caret: ulterior, vltimus, prior, primus, propior, proximus, ocyor, ocyſſimus, poſitiuum nõ habet quo vtantur Latini: Temperior, vel rectius temporior, ideſt tempeſtiuior, à tẽpus deductum, caret poſitiuo, & ſuperlatiuo: hinc aduerbiũ tẽpori, ideſt, oportune, & tempeſtiue. Ocyor, ocyſſimus, ideſt, velocior, velociſſimus. hæc præter plurima carent comparatiuo, ſuperlatiuoque: vti gnauus, ideſt diligens, magnanimus, vulgaris, nemo, fugitiuus, ſylueſter, uagabundus, tremebundus, degener, &c.

Vt ſi uocalis præat, raro gradus exit.
More prius dicto. Tenuis non additur apte.

Quando vocalis præcedit ſyllabam us in poſitiuo, aut nun-

nũquam,aut raro comparatur more dicto, ideſt,in or, & ſimus,vt idoneus,rubeus, ceruleus,arduus,pius, &c. ſed vbi comparatione opus eſt,capiunt magis, & maxime,vt magis dubius,& maximè dubius.Ratio regulę eſt, quia cõparatiuus regulariter formatus, debet ſuperare poſitiuũ vna ſyllaba,vt docti doctior. Regulariter dixi, propter peior, maior, minor, &c. Et quia i, litera inter duas vocales efficitur conſonans,vt maior, cõparatiuus nõ ſuperaret poſitiuum,vt pior,& ſi i, non fieret conſonans, vt ſuperaret,eſſet mala ſonantia.[Tenuis non &c.] Tenuis, Alexander negauit inſcite comparari poſſe: hęc n.tenuior,& tenuiſſimus,apud probatiſſimos autores.

DE PRAETERITIS, ET SVPINIS VERBORVM

LIBER V.

Compoſitum, eſt ſimplexque modo flectuntur eodem.

Excipies quædam,poſt clare notificanda.

Verbum compoſitæ figuræ coniugatur,ut ſimplicis, & contra,vt ſedeo,ſedes,ſedi,poſſideo,poſſides,poſſedi. [Excipies &c.]Excipiuntur quædam ; quia do eſt primæ coniugationis:reddo,addo,tertiæ:maneo manſi, immineo imminui. hæc & alia ſatis declarabuntur, ideo hic nolui ponere.

A quoties mutatur in i, per e.pono ſupina.

Demitur hinc do,go,ſapio,ſalio,ſtatuoque.

Si uerbum compoſitũ mutet a ſimplicis in i,ſupinum retinebit e,ut facio feci factũ reficio,refeci refectũ,&c. [Demitur,&c.]Tollũtur verba ĩ do,vt cado cecidi caſũ, recido

recido recidi recaſum. Et in go, ut ago agi, actum, adigo adegi adactum. Et compoſita a ſapio, quæ retinent i, ſupino, ut deſipio deſipui deſipitum, &c. A ſalio, & ſtatuo, q̃ pro a, in ſupino retinent v, vt inſilio inſilui, inſultũ &c. Hoc etiã notatu dignum, uerba mutantia e, in i, non perdunt e, ſimplicis in præteritis, & ſupinis: ut emo emi emptum, redimo redemi redemptum: ſic ſedeo: inſideo.

Quum geminat ſimplex compoſto tolle priorem.
Quam retinet do, ſto, natum, ceu diſcere poſco,
Plurima ſic olim, ceu nunc præcurro, repugno.

Quum ſimplex geminat, principiũ præteriti, compoſitum non geminat: ut mordeo, momordi: remordeo, remordi, pello pepuli: compello, compuli, &c. [Quam retinet, &c.] Excipe compoſita a do, ſto, diſco, poſco, quia ſp geminant: ut credo credidi, reſto, reſtiti, ediſco, edidici, repoſco, repopoſci. Sic olim plura, ut omnia compoſita a curro, ut decucurri, &c. nunc ſolum præcurro geminat principiũ, vt pręcucurri, a pugno pupugni, fit repugno repugi, &c. Supinum nunquam principium geminat.

Si ſit à præſenti, non deſinent eſſe ſupino.

Quoties pręſenti fuerit a, nõ aberit ſupino, licet in præterito mutetur, ut facio feci factum, fallo fefelli falſum.

Præteritis quæcunque carent, ſpoliabo ſupinis.

Quæcunq; carent præteritis, carent etiam ſupinis, ut polleo, gliſco, ferueſco, &c. Licet præteritorum, & ſupinorum carentia pertineant ad ſequentem librum, tamẽ in hoc libro totam hanc rem abſoluam: quia breuius, & commodius fiet: nam cæteri carentia præteritis aut ſupinis ferme ſuis locis explicauere, & in defectiuis omnia repetiuerunt: id ego non faciam, quia breuitati, & puerorum utilitati ſtudeo.

PRI-

PRIMA CONIVGATIO.

Præteritis aui facit as, atumq; ſupinis.

Verbum primę coniugationis, facit pręteritum perfe ctum indicatiui modi à ſecũda perſona ſingularis nume ri indicatiui modi præſentis temporis, ablata s, litera, & addita ſyllaba vi. Et in ſupino mutat vi in tum, vel tu, vt amo amas amaui amatum, amatu &c.

Excipe do, dedit. atque datum: ſtetit atq; ſtatum, ſto
Cuius compoſitum ſtitit, atq; ſtitum capit apte.

Do dedi datum, circũdo circundedi circundatum: ſic peſſundo, venundo, ſatiſdo, ſto, ſteti, ſtatum: huius compoſita ſtiti & ſtitum faciunt: vt præſtiti tum, inſto, inſtiti, inſtitum: aſto, aſtiti, aſtitum &c. Do. i. dono, mitto, dico. Circundo. i. circumpono. Venundo. i. vendo. Peſſundo, ideſt calco, vel opprimo. Peſſum, ideſt ſub pedibus. Satiſ do, ideſt ſatisfacio, aut ſoluo. Sto, erectus ſum. Inſto pro pe ſum, vt paſca inſtat: vel operam do pro re acquirenda. Aſto, ideſt iuxta ſto &c.

Dono, lauo, laui, lotum, lautum. atq; lauatum.
Poto magis potum: iuui, iutumq; iuuare.

Lauo, laui, lotum, vel lautum; vel lauatũ; ab eo quod olim dicebatur lauaui, & ſignificat rigo, uel aqua purgo, aut quouis humore purgo. Poto potaui potatum. & ſæpius potum. i. bibo. Iuuo, iuui, iutum, quod ſupinum nõ eſt in uſu; ſed pro eo capimus adiutum, quod eſt ab adiu uo, lectum eſt, iuuaui Iuuo, ideſt auxilium do.

Præbet ui, per itum, cubo, cum ſono, ſiue crepare,
Et domo ſiue tono: veto cum plico. Nexo, xui, xum
Præbet ui per ctum frico, cum ſeco, iunge necare.

Nulla

Nulla ſupina creat mico, dans micui, Datur aui.
Nonnullis aui, tantum dat ſupplico, ſicut
Omne plico, uerbum quod dat cum nomine iunctum.

Hæc ſeptem verba cubo, ſono, crepo, domo, tono, ueto, plico, faciunt per duas ſyllabas vi, in præterito: & itũ in ſupino, vt Cubo, cubui, cubitũ.i. iaceo. ſono ſonui ſonitum, ideſt ſonum facio. Crepo crepui crepitum ideſt violentum ſonum facio, & frangor. Domo domui domitũ, manſuetum facio, & vinco. Tono tonui tonitum, ualde ſono, vel facio tonitum. Veto vetui vetitũ, prohibeo. Plico plicui plicitum; & aliquando plicaui plicatum.i. contraho; & rugas facio. [Nexo, &c.]Nexo facit nexui nexum.i. ligo, vel necto. [Præbet &c.] Hæc tria verba frico, ſeco, neco, faciunt vi per duas ſyllabas in præterito, & ctum præcedente litera c, ante t, in ſupino; vt frico fricui frictum: eſt ſicut ſonat. Seco ſecui ſectum, ſcindo, findo, diuido: neco necui nectum, vel necaui necatum, quacũq; re occido. [Nulla ſupina &c.] Mico micui facit abſque ſupino.i. fulgeo proprie cum motu, vel tremore, vt enſis micat, fulgur micat. [Datur; &c.] Quædam ex dictis etiam dant aui, in præterito; & ſimiliter, quod facile conijcitur, atum in ſupino, vt increpo increpui, vel increpaui. increpatũ, implico implicui, vel implicaui, implicitũ, vel ĩplicatũ; ſic dimico dimicui, ſine ſupino; vt mico micui, vel dimicaui dimicatum. Increpo, ideſt cũ clamore arguo. Implico.i. inuoluo, innecto. Dimico.i. pugno, qđ fe fit. [Aui tantum, &c.]Supplico ſolum facit ſupplicaui, ſupplicatum, vt omne cõpoſitum à plico cum nomine, vt duplico, duplicaui, duplicatum; replico, replicaui, replicatum; multiplico, multiplicaui, multiplicatum, &c. Supplico, ideſt rogo humiliter; manus ſcilicet plicans.

SECVNDA CONIVGATIO.

Præteritum per ui facit es: per itumq; ſupinum.

Verbum ſecundę coniugationis facit præteritum à ſecunda perſona ſingulari, præſentis temporis, indicatiui modi, mutando es in vi, per diuiſas ſyllabas, & in ſupino facit itum, vt habeo habes habui habitum; ideſt poſſideo & teneo, terreo terres terrui territum, timere facio, &c. omnia verba ſecundæ coniugationis deſinunt in eo, & nulla alia præter hæc primæ, beo beas, creo, ſcreo, meo, calceo, laqueo, nauſeo, enucleo; & duo quartę, eo, queo cum compoſitis.

Dat doceo doctum: teneo tentum: pateoque
Paſſum: ſic miſtum dat miſceo: torreo toſtum.
Cenſeo dat cenſum: careo caſſum caritumque.

Verba hæc poſita, præterita ſecundũ regulam formãt ſupina contra regulem, vt doceo docui doctum, ideſt doctrina imbuo. Teneo tenui tentum, ideſt apprehendo, detineo. pateo patui paſſum, apertus ſum. Miſceo miſcui miſtum, confundo & perturbo. Torreo torrui toſtum. i. vro, cremo, aſſo. Cenſeo cenſui cenſum, iudico, vel exiſtimo. careo carui caritum; ſecundum regulam, ſed contra regulam caſſum, non habeo, aut priuor.

Polleo præterito caret. Et vix nideo, donat.

Polleo caret præterito: quod video vix habet. Calepinus dicit eſſe nidui: ſed non eſt in vſu. Quia carent hæc pæteritis, etiam ſupinis carebunt. vt dictum eſt. Polleo, ideſt poſſum, valeo. Nideo: & renideo, ideſt ſplendeo.

Quod dat ui, neutrum, timeoque carento ſupinis.
Tolle ualet, noceo, placeo, doleo, taceoque.
Paret, olet, careo pateo, lateo, calet, & li.

Verbum

Verbum neutri generis ſecundę coniugationis faciés præteritũ per diuiſas ſyllabas, cum unico actiuo timeo caret ſupino, vt madeo madui, humidus, & madidus sũ. Studeo ſtudes ſtudui; ſtudioſus ſum, & operam impendo. Surdeo ſurdui ſurdus ſum. Sordeo ſordui ſordidus, immundus & uilis ſum. Candeo, candui, ſplendidus; & candidus ſum, & alia pene innumera, quæ nimis longum eſſet ſubiicere. Timeo actiuum, caret ẽt ſupino. i. metuo. [Tolle ualet &c.] Pauca neutra, quorũ præterita per ui diuiſa ſyllabas fiunt; ſupina retinent: ut ualeo ualui ualitum; ideſt poſſum, ualidus; & ſanus ſum; ut non ualeo dicere: ualeo rectè. Noceo nocui nocitum, ideſt malũ infero. Placeo placui placitum, ideſt gratus ſum, leges placitus ſum, pro placui. Doleo dolui dolitum; triſtis ſum. Taceo tacui tacitum, non loquor; & ponitur aliquãdo actiuè; ut taceo hanc rem. Pareo parui paritũ, obedio. Oleo olui olitum, odorem emitto, ſiue bonum, ſiue malũ; ut hoc bene olet, iſtud male olet. Careo, Pateo, Lateo latui latitum, abſcondor, non compareo, latet me, ideſt neſcio. Caleo calui calitum, calidus ſum. [Et li &c.] ideſt liceo licui licitum, paſſiuè ſignificat id quod liceor actiuè. Liceo hoc eſt appretior in auctione.

Dant di ſum, prandet, videt, & ſedet. At geminabit
S, ſeſſum, ſtridet, ſtridi facit abſque ſupino.

Prandeo dat prandi pranſum, prandium ſumo, & ponitur ſimpliciter pro comedo. Video uidi uiſum, notũ eſt. Sedeo, ſedi, ſeſſum gemino ſſ, notum eſt, ſedet animo. i. placet. Strideo, ſtridi abſque ſupino; ſtridorem facio. i. ſonum violentum, dicitur etiam per tertiam ſtrido: Prandeo etiam facit pranſus ſum, quia eſt neutro paſſiuum, vt gaudeo, gauiſus ſum &c.

Di ſum, præterito geminato mordeo donat:

Vt pendet, ſpondet, tondet. Donat ueo,ui,tum.
Dic fautum, cautum. Veo,neutra carento ſupinis.

Quatuor uerba dant di ſum geminato principio præteriti,ut Mordeo momordi morſum,dentibus lædo,detraho,pungo,carpo. Pendeo pependi,penſum,ſuſpēſus ſum,capitur pro ſolicitus ſum,ut pendet animus. Spondeo ſpopondi ſponſum,promitto. Tondeo,totondi,tonſum, crines, aut lanam ſeco forcipe. horum compoſita non geminant principium præteriti per regulam generalem prius dictam,remordeo,remordi,reſpondeo,reſpōdi, &c. [Donat ueo,&c.] Verbum definens in ueo, facit prǽteritum in ui ſyllabam, quam ſupinū in tum mutat, ut moueo moui motū, de loco in locum muto, capitur pro induco. Foueo foui fotum,calefacio,lenio,nutrio. Voueo uoui uotū, religioſe promitto. [Dic fautū, &c.] Duo irregulariter ſupina faciunt. Faueo faui fautum,bene alicui opto. Caueo caui cautum.i.prouideo, fulgeo, ac uito. [Veo neutra,&c.] Reliqua neutri generis ſunt. & carent ſupinis omnia:ut liueo liui. i.liuidus ſum, hoc eſt ſordidus, niger, ac inuidus. Ferueo ferui, uel ferbeo ferbui.i.ualde caleo,& fluctuo,uel æſtuo bullio. Conniueo,conniui,uel connixi,claudo oculos,& cōſentio. Paueo paui,ideſt timeo. Aueo, aui,'cupio. Flaueo flaui.i. flauus ſum &c.

Dant quoque ui,tum, flet, plet, delet, n et,ciet : adde
Cum uiet, ortum oleo. Sed uult adoleuit adultum,
Do ſimplex oleo per ui mage: nata per eui.

Sunt adhuc pauca ſecundǽ coniugationis uerba faciētia prǽterita per ui ſyllabā:ſupina uerò per tum mutata ui in tum:ut Fleo fleui,fletum. i.lacrymor. Pleo non eſt in uſu,ſed bene cōpoſita:ut compleo,repleo eui etum,idē quod impleo.ſ.plenum facio,depleo depleui depletum, euacuo: deleo deleui deletum, deſtruo, propriè lineas,

aut regulas. Neo neui netũ, unde netrix propriũ mulierum eſt fila facientium. Cieo cies ciui citũ, pro eodẽ dicitur per quartam, cio ciui citum.i.uoco, prouoco: compoſita utriuſq; ſemper ſunt quartæ: ut accio, concio, excio, &c. Vieo uieui uietum, uerbũ eſt antiquũ ſignificãs ligare & inflectere. Oleo olui, facit ẽt oleũi oletũ, hinc oletum.i.ſtercus humanum, quod ualde male olet: & compoſita aboleo.i.deleo, extra conſuetudinem duco: aboleui aboletum. Exoleo, extra conſuetudinem uenio, exoleui exoletum. Inoleo, inualeo, in uſum uenio: inoleui inoletum. Obſoleo, ſordeo, uel exoleo, obſoleui, obſoletum, &c. Adoleo adoleui, adultum adultũ.i.creſco, & cremo. [Do ſimplex, &c.] Oleo ſimplex facit libẽtius ui per duas ſyllabas, & itum in ſupino. Et ab eo compoſita ſæpius habent eui, etum, ut patuit.

Dant ſi, ſum, ſuadet, ridet, manet, hæret, & ardet,
Et terget, mulcet, mulget: iubeo geminans ſſ.
Indulget, ſi, tum, cum torquet, ſæpius optat.
Sorbeo pſi, tum dat, uel normam rite reſeruat,
Dans a per i, maneo, minui facit abſque ſupino.
Sic urget, ſi uult, cum fulget, turget, & alget.

Quædã habent ſi, ſum: ut Suadeo, ſuaſi, ſuaſum.i.cõſulo. Rideo riſi riſum. Maneo mãſi mãſum, capitur pro expecto, Hæreo hæſi hæſum, arcte rei inſido, figor imprimor, & dubito. Ardeo arſi arſum, uror, inflammor, & capitur pro uehementer amare. Tergeo terſi terſum: uel p tertiã tergo terſi.i.mundo, & nitidũ facio. Mulceo mulſi mulſum, uel ẽt mulxi, mulctũ, lenio, mollio, blandior, mitigo, dulcẽ facio, ungo, delecto, polio. Mulgeo mulſi mulſum vel mulxi, mulctũ, lac e mãmis exprimo. Iubeo, iuſſi, iuſſum, gemino ſſ. utrobiq; .i. impero. Indulgeo indulſi indulſum: ſed frequẽtius indultũ, obſequor, & facile cõcedo. Torqueo, torſi, torſum, & ſæpius tortum, inflecto,

Digitized by Google

flecto,iacto,gyro celeri roto,& guberno.Sorbeo ſorpſi ſorptũ,uel ſecundum regulam.[Ptũm per ui,&c.] Facit ſorbui ſorbitum,quicquã molle deglutio.[Dans a,per i, &c.] Cõpoſita a maneo,quæ mutant a,in i,breuẽ,habẽt ui ſine ſupino:ut Eminuo eminui,uideor,& præ aliis pa teo,uel excello.Immineo imminui,inſto.Præmineo prę minui,pcello,&c. [Sic &c.] Idem ſine ſupino urgeo, ſi, facit:ut urgeo urſi,premo cogo cõpello,feſtino. Cui iũ gũtur fulgeo fulſi.i.ſplendeo. Turgeo turſi.i.inflor, & tumeo.Algeo alſi.i.frigeo.abſque ſupino.

Xi, ctum, dant mulcet, mulget, luget, uelut auget.
X', friget, lucet, conniuet, abſque ſupino.

Hæc quatuor,mulceo mulgeo lugeo augeo,habẽt xi, i ptõ,& ctũ,pcedẽte c.in ſupino:ut mulceo & mulgeo, xi,mulctũ,patuerũt,qa ẽt faciũt mulſi mulſũ,& ita eadẽ præterita & ſupina. Lugeo luxi luctũ.i.doleo, & triſtor, & ualde fleo,& in lugubri ueſte ſũ. Augeo auxi auctũ. i.maius facio. [Xi friget,&c.] Tria faciunt xi, abſq; ſupi no. Frigeo frixi,ſum frigidus,ac ẽt ſegnis. Luceo luxi.i. lucem emitto.Conniueo connixi habet etiam conniui, ut dictum eſt ſupra in regula.[Donat ueo ui, &c.]

TERTIA CONIVGATIO.

Vult xi, ctumque cio. Facit & iacit ecit, & actum.
Elicio per ui dat itum, fratres mage xi, ctum.

Verbũ tertiæ cõiugationis definẽs in cio,dat xi in ptõ, & ctũ p e,in ſupino:vt aſpicio aſpexi aſpectum,inſpicio inſpexi inſpectũ,deſpicio deſpexi deſpectũ,& reliqua cõ poſita a ſpecio ſpexi ſpectum.i.uideo, qđ iam exoleuit. Pelliceo pellexi pellectum,compoſitum, a lacio lacis la cit.i.in fraudem duco,quod in uſu non eſt,ſed bene fre- quentatiuum lacto,& ſua compoſita.Allicio allexi alle- ctum,blande attraho.Illicio illexi illectum,induco. Pel liceo,ideſt pertraho,&c. [Facit,&c.]Excipiuntur facio,

 fęci,

feci,factum,iacio,ieci,iactum: quorum compoſita faciunt ſupina in actum, per regulam. [A quoties mutatur,&c.] ut inficio,infeci,infectum: iniicio,inieci,iniectum,&c. Elicio magis habet elicui elicitum,quàm elexi elexum.i.blande educo, & attraho. Reliqua eiuſdem compoſitionis,magis xi,ectum faciunt,ut pelliceo pellexi pellectum,&c.

Dic fodi foſſum gemino ſſ, fugi, fugitumq;.

Fodio facit fodi foſſum gemino ſſ,fugio aūt fugi fugitū. Fodio,terrā eruo. Fugio.i.uito,& currēdo relinquo.

Iui,itumq; cupit. Sapit ui,uel ui dat itumque.

Dic capio,cepi,captum. Rapio,rapui,ptum.

Cupio facit cupiui cupitum:ut ſapio ſapiui ſapitum: quod uerbum ēt & ſæpius quidem facit ſapui ſapitū: Capio,cepi,captum. Rapio,rapui,raptum, nec ſunt plura lis deſinētia in pio. Cupio.i.deſidero. Sapio.i.ſaporem habeo,aut per ſaporem iudico:ut hæc caro ſapit aduſtionem,& ad alia transfertur. Capio,apprehendo,accipio. Rapio,uiolenter aufero.

Dat pario peperi partum, aut paritum. Quatioque.

Dat quaſſi quaſſum. Cuſſi,cuſſum,dabo proli.

In rio unicum uerbum pario, dat peperi partum, uel paritum.i.prolem produco,& propriè fœminarum eſt, etiam ſignificat efficio,uel acquiro. In tio ſimplex unicū eſt,quatio quaſſi quaſſum:unde eſt quaſſo quaſſas uerbum,commoueo eius cōpoſita mittunt cuſſi & cuſſum: ut Concutio concuſſi concuſſum,gemino ſſ, in præteritis,& ſupinis.i.percutio,motito. Excutio excuſſi excuſſum,expello. Incutio incuſſi incuſſum,infero. Decutio decuſſi decuſſum, Abbattere. Succutio, Commouer di ſotto,sbandare. Diſcutio,examino,&c.

Vult uo ſemper ui,dans utum: Vult ſtruo xi ctum.

Atque fluo xi,xum. Pluo uui uel ui dat,& utum.

Vultque

Vultque ruo ruitum: dat utum proles tibi ſolum.
Nulla ſupina dabunt metuo, luo, congruo, ſicut
Annuo, cum ſocijs, cluo, reſpuo, & ingruo, iunctis.

Verba in uo per diuerſas ſyllabas deſinentia, faciunt in præteritis ui, per diuerſas ſyllabas, & in ſupino utũ, ut argo argui argutum, ideſt accuſo & reprehendo; item aſtendo uel indico. Statuo ſtatui ſtatutum, ideſt pono, uel ordino. [Vult ſtruo xi, &c.] Excipiuntur aliqua à regula; nam Struo facit ſtruxi ſtructum, ideſt paro, aut facio ædificium, aut quidpiam aliud. Etiam Fluo fluxi fluxum, proprium eſt liquorum fluentium, ut aqua fluit, &c. Pluo pluui, uel plui, plutum: raro legitur niſi in tertia perſona ſingulari. Ruo rui rutum. i. cado. Compoſita huius, ſolum rutum faciunt, ut diruo dirui dirutum, ideſt deſtruo. Eruo erui erutum, extraho, & libero. Irruo irrui irrutum, impetum facio. Obruo obrui obrutũ. i. opprimo, &c. [Nulla ſupina, &c.] Quædam carent ſupinis: ut Metuo metui. i. timeo. Luo, lui, ſoluo, ſuſtineo, & patior. Congruo congrui, concordo, uel conuenio. Item ingruo ingrui, inuado, immineo, impetum facio. Nuo, ideſt caput moueo, uel capite ſignifico, facit nui nutum: ſed compoſita ſupino carent, ut Abnuo abnui, ideſt nego. Annuo, ideſt aſſentior. Innuo innui, oſtendo quid uelim, ſiue affirmem, ſiue negẽ. Renuo, renui, refuto, &c. Cluo cluis clui, ideſt pugno, & ſplendeo. Reſpuo reſpui, repudio & ſperno.

Bi, bo, bitumque facit. Scabo, lambo, carento ſupinis.
Vt cubo. ſic proles. Dant ſcribo, nuboq;, pſi, ptum.

Verbum deſinẽs in bo, facit bi, in prẹterito, & bitum in ſupino, ut, Bibo, bibi, bibitũ, cum cõpoſitis. Adhibo, Ebibo, Imbibo, &c. Deglubo, deglubi, deglubitum. i. excorio. Scabo ſcabi. i. frico: ſupinum ſcabitum non eſt in uſu. Lambo, lambi, ideſt lingo, ſupinum lambitum non

eſt in uſu.[Vt cubo,&c.]Compoſita à cubo,incumbo p tertiam deſinunt, & abiecto in præteritis & ſupinis m. faciunt cubui cubitũ,ſicut cubo ueluti Procũbo procubui procubitum.i.cado. Accumbo accubui accubitũ.i. aſſideo,uel adiaceo menſæ.Incũmbo incubui incubitũ, in aliquo uel ſuper aliquid iaceo. Incumbo etiam ſignificat operam do:ut incumbo uirtuti. [Dant ſcribo,&c.] Scribo ſcripſi ſcriptum.i.literas formo, uel librum compono. Nubo nupſi nuptum, uiro trador.

In uitum, muta t ſco. Paſco dat tibi paſtum.
Agnoſco, cognoſco dabis peritum. Nihil autem.
Gliſco dabit, uelut incœptiua. Popoſcit habeto
Poſcere. Vult diſco didici. Compeſcit ui, diſ.
Hæc per itum flectam. Conquexi tolle ſupinum.

Verbum deſinens in ſco,mutat ſco in ui ſyllabã, & in tũ:ut noſco,noui,notum.i.non ignoro.Quieſco quieui quietum.i.non moueor:dormio, & quieſcere facio: ut quieſce tumultũ hunc:tunc eſt uerbũ actiuũ. Sueſco ſueui ſuetum.i.ſoleo.Aſſueſco aſſueui aſſuetum.i.cõſuetudinẽ habeo. Aſciſco,aſciui,aſcitũ,adiungo,aſſumo, arrogo,attribuo,admitto,aggrego.[Paſco,&c.] Excipiũtur à regula paſco, cognoſco, agnoſco, quæ præterita rite formant,paui,cognoui,agnoui:ſupina uerò contra regulã, paſtum,cognitũ,agnitum. Paſco.i.nutrio. Agnoſco uetera, & cognoſco noua propriè idem ſunt.[Nihil &c.] Gliſco caret præterito, & ſupino.i.creſco: & accipitur pro cupio. Item præteritis & ſupinis carent uerba incæptiua.i.inchoatiuæ formæ, ſaltem propriis. Capiũt aũt præterita à primitiuis:ut Caleſco,calui. Tepeſco,tepui. [Popoſcit,&c.] Poſco,popoſci. Diſco,didici. Cõpeſco, compeſcui. Diſpeſco,diſpecui,quæ quatuor faciunt ſupina in itum:ut poſcitum,diſcitum,compeſcitum,licet ſint in raro uſu. Diſco doctrinam capio. Poſco.i. peto. Com-

Compeſco.i.coerceo,cohibeo,domo.Diſpeſco,ſeparo, dirimo,quaſi diuerſo paſcuo diduco. [Conqueſci, &c.] Conquiniſco,conquexi,ſine ſupino.i.caput inclino,uel conniueo: capitur etiam pro indignor.

N emota,ci,ctum,uinco,dat. Dicoq; xi, ctum.
Vt duco. Parco ſi ſumq; pepercit, itumq;.
Icere,ci,ctum,uult. In di, ſum, do bene uertes.

Vinco facit uici,uictũ,ablata n,litera.i.ſupero. Dico dixi dictũ,loquor,& noĩo.Duco,duxi,ductũ,notæ ſignificationis eſt.Parco,parſi,parſum,uel peperci parcitũ,ab ſtineo,quaſi parũ tãgo, ut aiũt, ut parco nũmis. Ico ici ictũ.i.percutio. [In di,&c.] Do mutatur in di & ſum, ut mãdo mandi manſum.i. comedo, uel dentibus cõficio. Scando ſcandi ſcanſum.Aſcẽdo aſcẽdi aſcenſum.Deſcẽdo,uerba ſatis nota. Defendo defendi defenſum.i.protego.Incẽdo incendi incẽſum, eſt accendo.i.ardere facio.

Tolle cado, cecidi, caſum. Pandi cape paſſum.
Edi, ſum uel ſtum. Dat pedo pepedit, itumq;.
Cædo cæcidit habet, ſic pendo pependit: & in ſum
Fiet utrunque quibus par tendo eſt, dans quoque tentum.

Cado,cecidi.caſum.i.ruo.Pando,pandi,paſſum:aperio,& patefacio. Edo pro comedo,edi,eſum,uel eſtum. Pedo pedi,peditum,uentris crepitũ facio.Cædo cum æ, diphthongo,cæcidi,ſecunda longa,cęſum.i.percutio,& amputo,& interficio. Pendo pependi penſum.i.ſuſpendo:ut pendo furem,uel togam,& ſignificat ẽt pondero, ęſtimo,ſuſtineo.Tendo tetẽdi tenſum,uel tentum.i.expando,excepta ſunt à regula.[In di,ſum do bene uertes, &c.] Et horum quinq; geminant principium præteriti cado,pedo,cædo,pendo,tendo,quorum compoſita non geminant:ut Incido incidi,à cado.Oppedo oppedi.i.cõtra pedo.Occido occidi:à cædo.Appendo,appendi.i.ad aliquid pendo. Attendo attendi.i.conſidero.

Quod do componit, didit, atque ditum, dabit uſque.
Dic tamen abſcondit, quod itum poſcit mage quam ſum.
Sido, præteritum neſcit: rudo, ſtrido, ſupinum.

Compoſita tertiæ coniugationis à do, faciunt didi in præterito, & ditum in ſupino: ut Addo addidi additum. i. iungo. Abdo abdidi abditum; aufero, uel abſcondo. Condo condidi conditum, facio, & congrego, uel tego, ſepelio etiam. Credo credidi creditum, quaſi cretũ do. i. decretum, & firmum do: quod etiã ſignificat committo. Prodo prodidi proditũ, manifeſto, & dolo trado, uel rem alterius aperio, &c: [Dic tamen, &c.] Abſcondo ſine geminatione abſcondi facit, & abſconditum melius, q̃ abſconſum. Sido caret præterito proprio, ergo etiam ſupino: & dicitur præteritum à ſedeo capere ſedi, propter ſignificationis cognationem, & ſignificat deſcendere, ſiue ad ſedendum, firmandum, manendumue ponere, propriè eſt auium. Rudo, rudi. Strido, ſtridi, ueſciunt ſupinum. Strido. i. ſtrideo. Rudo, grauiter ſono: propriè eſt aſinorum.

Tundo facit tutudi, tunſum, compoſtaq; tuſum.
Scindo ſcidi, ſciſſum dat: findo, fidi, quoque fiſſum.
Et fundo, fudi, fuſſum. Si ſum, dato, luto.
Diuido, cum uado, rado, ceu lædere, trudo,
Et rodo, plaudo, claudo, & cedo geminans ſſ.

Tũdo facit tutudi geminans principiũ præteriti, in ſupino aũt tunſum. i. percutio, pulſo, & in uaſe quidpiam comminuo. In cõpoſitis ablata n, litera, tuſum facit: ut contũdo contudi contuſum, ſimul tundo. Extundo extudi extuſum, excutio. Obtundo obtudi obtuſum, hebeto, uel nimis uerbis moleſto. Retundo retudi retuſum. i. reprimo, &c. [Scindo, &c.] Scindo ſcidi ſciſſum, & findo fidi fiſſum, perdunt n, tam in præterito, q̃ in ſupino, ubi geminant ſſ. Scindo & findo notæ ſignificationis. [Et fundo,

do,&c.] Fundo fuſi fuſum,nõ geminat ſſ:ſed perdit n,tã in præterito, q̃ in ſupino:ut fundo fudi fuſſum, liquefacio,uel liquidũ ſpargo. [Si,ſum,dato,&c.] Pauca uerba mutãt do in ſi & ſum:ut ludo luſi luſum , ludũ exerceo, & iocor:& derideo uel decipio cum acc̃tõ.Diuido diuiſi diuiſum,partior.Vado uaſi uaſum,eo.Rado raſi raſum.i. cultro uel quauis alia re acuta decerpo : ut rado barbã. Lædo læſi læſum,dolore afficio,aut malum infero.Trudo truſi truſum,manib.pedibusve impello. Rodo mordendo comedo. Io mangio rodendo.capitur pro detraho. Plaudo,manibus percutio,& geſtu lætitiam indico. Claudo clauſi clauſum,uel mutata au in u,longum,cludo cluſi cluſum.i.operio. Compoſita ſemper au in u, lõgum uertunt:ut includo,excludo,&c.Cedo ceſſi ceſſum ſine diphthongo.i.abeo,& locum do.

Go, uel guo, xi, ctumq; facit. Tamen iſta ſupinis
N, tollunt, pingo. ſtringo, cum fingere, ringo.
Tango facit tetigi, tactum. Dat ago,egi,& actum.
Vult frango: fregi, fractum: pegi, pepigiq;,
Et panxi,pactum, pango. Capiet, lego, gi, ctum.
At xi, ctumque dabunt intelligo, negligo, dili.
Dat pungo, pupugi, punxi, punctum uenit inde.

Verbũ in go,uel guo, definẽs,facit xi in ptõ, & ctũ in ſupino p̃cedente c:ut pergo perrexi perrectũ.i.in re procedo.Affligo afflixi afflictũ,crucio,uel moleſto.Rego rexi rectũ,guberno.[Tũ iſta, &c.] Excipiuntur a regula q̃dam:& primo quę rectè ptũm formantia in ſupinis n,pdũt,ut pingo pinxi pictum.i.formam alicuius rei ductis lineis repræſento. Stringo ſtrinxi ſtrictum.i.premo & arcto: ſignificat etiam enſem nudo . Fingo finxi fictum,i. formo & ſimulo. Ringo rinxi rictum, uel deponent aliter rigor, rictus ſum , uel fui.i.os torqueo , ut canes faciunt latraturi: & ex ira in rugas os deduco. unde ringi

pro

pro iraſci, indignari, allatrare, repulſare, conuitiari, & murmurare ponitur. Secundo, tango tetigi tactum, geminat principium præteriti, & utrobique perdit n, capitur pro ferio & percutio, item intelligo. Ago egi actum. i. facio, duco; ut ago cauſam, & duco; ut ago uaccas ĩ prata, &c. omnia ferè compoſita ab ago, mutant a in i breue; ut abigo abegi abactum. i. depello, adego adegi adactum. i. ui adduco uel impello &c. Item cogo, per coago ab ago, facit coegi coactum. i. compello, & in unũ ago. Frãgo fregi fractum. i. rumpo uel deſtruo, utrobiq; perdit n. Compoſita mutant a in i; ut confringo confregi cõfractum, ſimul frango. Effrando effregi effractum. i. extra frango &c. Pango pepigi, geminato principio præteriti. i. paciſcor, figo, planto iungo; habet etiam pegi & panxi pactum. Ab eo compoſita plura mutant a in i; ut compingo compegi compactum, compono, & cõiungo. Impingo, impello &c. Lego legi lectum uulgatum eſt. Quædam compoſita retinent e; ut perlego, totum lego, relego &c. Plerique mutant e in i breuem; ut colligo collegi collectum, deligo delegi, delectum, &c. At iſta tria habent xi & actum, intelligo intellexi intellectũ, ſcio & cognoſco; negligo neglexi neglectum, obliuiſcor, & nõ curo; diligo dilexi dilectum. [Dat pungo, &c.] Pungo, facit pupugi, uel punxi punctũ. i. ſtimulo, morſum uel aculeum infigo &c. compoſita omnia habent punxi, præter repungo, quod ſignificat retaliare.

Dant ſi, ſum, ſpargo, mergo, tergoq;. Locabis
Per xi, xum, figo, frigoq;: carento ſupinis,
Cum dego, ſatago, ſugo ceu lingit, & angit.
Vergo tenet neutrum, uelut ambigit. Ho dato xi ctum.
Meio facit minxi, mictum: ne dicito mingo.

Hæc tria uerba, ſpargo, mergo, tergo, faciũt ſi, ſum; ut ſparſi ſparſum, merſi merſum, terſi terſum. Spargo. i. late pro-

proiicio. Cópoſita mutát a in e; ut aſpergo aſperſi aſperſum. i. ad aliquem ſpargo, ſacerdos aſperſit me aqua luſtrali. i. ut uulgus dicit, benedicta. Mergo Græcè dicitur baptizo. i. humori immitto. Tergo, tergeo, idem. [Locabis, &c.] Duo habét xi xum, figo fixi fixum, acuta rè per foro, & ..rmum facio. Frigo frixi frixum, torrere propriè in ſartagine, Frigere. [Carento, &c.] Quædá carent, aut ſaltem raro habent ſupina, dego degi, ſine ſupino à de, & ago: ut dego uitam. Satago ſategi. ſatis ago, laboro, & ſolicitus ſum, ſugo. ſuxi ſuctum, humorem ore extraho. Lingo linxi. i. lambo, & aliquid lingua molliter rágo. Anſio anxi, crucio, ſuffoco, præmo, uexo. [Vergo tenet neutrú, uelut &c.] Vergo uerſi uerſum, debuit facere; ſed neutrum eſt in uſu. i. declino. Ambigo ex am, & ago, propriè ſignificat circumago, circúdo, dubito, caret & præterito, & ſupino. [Ho, dato, &c.] Duo ſunt uerba in ho, & faciunt xi in præterito, & ctum præcedente c, in ſupino. Traho traxi tractum. i. ui ad me rapio. Veho uexi uectum. i. plauſtro, uel quadrupede duco. [Meio facit, &c.] In io per i conſonantem unicum eſt uerbum. Meio faciens minxi mictum. i. urinam facio; ne utaris mingo, quamuis olim in uſu fuerit, tamen multo elegantius eſt meio, quod ſepiſſime inuenies; mingo uix unquam.

Lo dat ui, colo, conſulo, & occulo, dantur in ultum.
Altum alo, ſiue alitum, molitum molo, celoq́; celſum.
Cello facit ceculi, culſum: pepuli dat pulſum.
Velli, uel uulſi, dat uulſum, fallo fefelli.
Falſum, ſublatum dat tollo ſuſtulit atque.
Sallo facit ſalli, ſalſum: pſallo dat pſalli.
Nulla ſupina dabunt pſallo, uolo, ungito, prolem.

Verbú definés in lo, facit ptúm in ui per diuiſas ſyllabas; ut Colo colui, uolo uolui, alo alui, conſulo cóſului, occulo occului, cello cellui; cuius cópoſita í uſu nó ſút,

ante-

antecello antecellui,excello excellui&c.molo molui.Inter hæc colo,cõſulo,& occulo faciũt ſupinũ in ultũ,cultũ,cõſultũ,occultũ.Alo dat alitũ, uel altũ. Molo ſolum molitũ. Cello ſine diphthongo,celſum facit,& ſignat id qđ cedo ceſſi ceſſum.Cęllo cũ æ,diphthongo cęculi,culſum facit,& ſignificat cædo cæcidi cæſum: luc in uſu eſt ꝑcello. Pello,pepuli facit,& pulsũ. Vello uelli,uel uulſi uulſum. Fallo facit fefelli falſum. Tollo ſuſtuli ſublatũ. Sallo ſalli ſalſum.Pſallo pſalli,ſine ſupino. Caret ẽt ſupino uolo cum ſuis:ut malo,uolo,&c. Colo,adoro,ueneror.exerceo,habito & diligo. Conſulo cũ dtõ.i.conſiliũ do,& prouideo.Conſulo cum acĉtõ.i. peto conſilium. Occulo.i.abſcondo.Alo.i.nutrio & augeo,ubi de incorporeis loquimur,ut Honos alit artes.Molo.i.mola tero, uel comminuo. Cello ſine diphthongo.i.cedo: iam obſoleuit: Compoſita in uſu ſunt,excello, præcello, &c.i. excedo,præcedo,ſupero. Cello cum æ diphthongo.i.cędo,uel frango,extra compoſitioné iam nõ utimur. Percello.i.percutio. Procello.i.euerto: hinc procella ꝓcellæ,uis uenti cum pluuia,propriè in mari.Pello,eijcio,remoueo,& percutio: unde pulſo pulſas. Vello, extirpo. Fallo decipio:fallit me.i.neſcio.Tollo. i.eleuo & ſublimo.& capio,& aufero,item nutrio. Sallio.i.ſale cõdio, uel cõſpergo.Pſallo præcedente p.i.cano: & propriè inſtrumento muſicò.hinc pſalmus pſaltes pſalterium.

Mo, per ui, dat itum. Tremo ponitur abſque ſupino.
Dant pſi, ptum, demo, promo, cum ſumere, como.
Vult emit, emi emptum, geminans ſſ. dat premo ſſi. ſum.

Verbum deſinens in mo, facit ui per duas ſyllabas, & itũ,ut uomo uomui uomitum.i.per os eiicio.Fremo fremui fremitũ,grauiter,& confuſe ſono.Gemo gemui gemitum,præ anguſtia in ſonum prorumpo. [Tremo ponitur,&c.]Tremo tremui,caret ſupino,cõmoueor,& agitor,

ror, Tremare. [Dant ipſi &c.] Demo. i. aufero dempſi dē-ptum. Promo prompſi promptū, profero, eloquor, expono. Sumo ſumpſi ſumptum, multum, & pene nimiū mihi tribuo & accipio. Como compſi comptum, orno, & maximè capillos. [Vult emit &c.] Emo emi emptum, comparo, mercor: ut emo librum, compoſita mutant e, ini, breuem, ut redimo redemi redemptum. i. rurſum, emo, uel libero. A dimo, aufero, &c. [Geminans ſſ, &c.] Premo preſſi preſſum, utrobiq; gemino ſſ, calco, uel innitor alicui rei eum pondere, & ſtringo, item uexo &c. Compoſita mutant e, in i, breuem: ut ſupprimo ſuppreſſi ſuppreſſum, occulto, reprimo, &c.

Ponere cum gigno, per ui, per itumq; locabo.
Dico cano cecini cantum: per ui ſit & entum:
Proles. Dat temno pſi, ptum. Vi uertimus in tum.
Præteritis ſi ui, ſpreui, ſtraui quoque creui.
Lini uel liui, leuiue, litumq; ſupinum eſt.

Verba in no, pauca ſunt: nec datur hic regula: ſed ponuntur ſingula: ideo pono & gigno habent ui per duas ſyllabas, & itum: ut pono poſui poſitum. Gigno genui genitum. Cano cecini cantum. Compoſita faciunt ui p. duas ſyllabas, & entum: ut præcino præcinui præcentū. Concino concinui concentum &c. Temno tempſi temptum. Sino ſiui ſitum. Sperno ſpreui ſpretum. Sterno ſtraui ſtratum. Cerno creui cretum. Lino lini, liui uel leui litum, &c. Pono, colloco, conſtituo, & depono: ut pone metum. Gigno genero de uiro & fœmina dicitur. Cano, cãto, carmine deſcribo & laudo. Præcino ante cano, Cantare auanti. Concino, ſimul cano, & conſentio. Occino, contra cano, &c. Temno & contemno. i. ſperno. Sino. i. pmitto, deſino, ceſſo termino. Sperno, deſpicio. Sterno, proiicio in terram, operio. Cerno, uideo. Lino aliquid ſuperinduco.

Po,

Po, pſi, ptumque facit. Rupi ruptum, dabo rumpo:
Donat ui per itum ſtrepo cum crepo, dat coquo, xi, ctum,
Vult linquo liqui, lictum, natis dabis apte.

Verbum deſinens in po, facit pſi & ptũ, præcedente p: ut repo repſi reptum; animalium eſt uentre gradiétium: ut ſunt lumbrici, ſerpentes &c. Carpo carpſi carptum .i. tollo & reprehendo, & capio &c. Compoſita mutant a in e; ut decerpo decerſi decerptum .i. carpo. Excerpo, eligo, uel ex aliquo carpo, exſcribo. [Rupi ruptum &c.] At rumpo, dempta m facit rupi ruptum. i. frango. [Donat ui &c.] Strepo ſtrepui ſtrepitum, ſonum facio. Crepo crepui crepitũ, ſuperius primæ eſt coniugationis. [Dat coquo &c.] Duo ſunt in quo, Coquo coxi coctũ .i. eſui apto. Linquo liqui lictũ: quo ſupino uix utemur in ſimplici; quia nuſquam legi, ſed bene in natis .i. compoſitis; ut relinquo reliqui relictum. Linquo, relinquo, idẽ ſunt quod dimitto.

Ro, ui, tumque dabit, geſſi gero uult quoque geſtum.
Vro uſſi ac uſtum: uerro ri. ſi, dato uerſum.
Curro, cucurrit habet curſum: dat ui, ſero, natum,
Atque ertum, dat & euit. itum, ſub duplice ſenſu.

Verbum deſinens in ro, facit in præterito ui ſyllabam, in ſupino tum: ut tero triui tritum. comminuo, frico, tũdo, & conſumo. Quæro quæſiui quæſitum, inueſtigo, & interrogo. Sero ſeui ſatum per primam uocalem, ſemino plãto & genero. [Geſſi gero, &c.] Gero geſſi geſtum, porto, ago, & rego: ut Petrus ſe bene gerit. Vro uſſi uſtum .i. ardore, aut frigore; nonnunquam etiam alia ui lædo, & ardere facio. Verro uerri uel uerſi uerſum .i. traho, remigo, mundo. Curro cucurri curſum ſatis patet. [Dat ui ſero &c.] Compoſita non recedentia a ſignificatione uerbi ſero, faciunt eui penultima longa. Quando uerò non ſignificat ſeminare, uel plantare, habent rui &

ertum:

ertum:ut diſſero diſſerui diſſertum. i. enarro uel declaro:ſic ſero, olim habuit ſerui ſertum.

So, ui, tumque facit. Si ſumque, faceſſo, capeſſo,
Cum uiſo. Pinſo dat pinſuit, indeque piſtum.

Verbum finitum in ſo, facit ſiui & ſitum; ut laceſſo laceſſiui laceſſitum, ideſt uexo, incito, aut prouoco. Arceſſo arceſſiui arceſſitum. i. accuſo. Acceſſo accerſiui accerſitum. i. eo ad uocandum, uel uoco, &c. [Si ſumque &c.] Tria uerba in ſo faciunt ſi ſum. Faceſſo faceſſi faceſſum. i. facio, uel eo ad faciendum, & diſcedo. Capeſſo capeſſi capeſſum. i. capio uel ad capiẽdum eo. Viſo uiſi uiſum, ideſt eo ad uidendum. [Pinſo &c.] Pinſo facit pinſui piſtum. i. tundo, & panem facio, pro eodem eſt pinſo pinſas, per primam.

Xi, xum dant plecto, cum flecto, nectere pecto,
Hæcque xui, duo dant. Iui peto donat & itum.

Verba in to pauca ſunt; ideo non datur regula generalis. Singula enumerantur. Et primo. Plecto plexi plexum. i. percutio, uel punio. Flecto flexi flexum. i. inclino, uoluo, duco, curuo, moueo. Necto nexi, uel nexui, nexum. i. ligo. pecto pexi uel pexui pexum, capillos orno. [Iui peto &c.] Peto petiui petitum, ideſt cupio, oro, quæro, adeo &c.

Mitto facit miſi, miſſum ſſ, geminando ſupino.
Sque meto, geminans ſuis & ſum. uertoque uerti,
Et uerſum. Sterto dat ſtertuit abſque ſupino.

Mitto dat miſi miſſum gemino ſſ in ſupino, ideſt ad aliquem do. Meto meſſui meſſum gemino utrobique ſſ, ideſt ſegetem, uel aliam herbam ſeco, uel amputo. Verto facit uerti uerſum, muto, & uoluo. Sterto ſtertui, ſine ſupino; dormio, & ſomnum altum dormiendo emitto.

Neutrum

Neutrum ſiſto, nihil dabit, actiuum ſtitit edet,
Deinde ſtatum format: nobis eſt Gellius auctor.

Siſto neutri generis.i.ſto,caret proprio prçteritu,atque ſupino,poteſt tamen utrunque ſumere à ſto:ut ſiſto ſteti ſtatum. Et compoſita a ſto capient utrunque.De cōpoſitis, a ſiſto, ut conſiſto conſtiti conſtitum. Sic reſiſto,obſiſto,abſiſto,deſiſto &c. quæ eandem ſignificat ionem habent cum a ſto compoſitis. Siſto actiuum habet ſteti in præterito,& ſtatum in ſupino, ex ſententia Gellii,& ſignificat ſtare facio: ut ſiſte lachrymas.i.noli flere. Et præſento.In euangelio,ut ſiſterent eum domino,ideſt præſentarent.

Dat uiuo xi ctum. Soluo ui format, & utum.
Vt uoluo. Calui caluo facit abſque ſupino.

Quatuor ſunt uerba in uo, ſyllabam deſinentia, quorum uiuo facit uixi uictum.i.uitam ago. ſoluo ſolui ſolutum:quod ligatum erat, non ligatum facio,& enodo, & debitum reddo, capitur etiam pro abnauigo. Voluo uolui uolutum,ideſt uerto. Caluo calui,abſque ſupino, ideſt decipio.

Nexo xui xum uult. Texo xuit, indeque textum.

In xo tertiæ uerba duo ſunt.Nexo nexui nexum.i.necto. Texo texui texum.i.telam ſtruo. ponitur pro cōponere,facere,ſcribere,& huiuſmodi.

QVARTA CONIVGATIO.

Iui quarta facit: ui ſemper uertitur in tum.

Verbum quartæ coniugationis facit in præterito iui, & in ſupino itum: ut eo iui itum,queo quiui quitum:audio audiui auditum,&c.Eo.i.uado. Queo.i.poſſum. Audio,auribus percipio.

Singultit uult ſingultum. Sepelire ſepultum.

Væneo

Væneo dat uænum. Veni uentum uenio uult.

Excipiuntur a regula quædam. Primo tria ſecundum regulam facientia præteritum, & contra regulam ſupinum:ut ſingultio ſingultiui ſingultum, grauiter tuſſio, & ſingultum emitto,ut faciunt feſſi,& infrigiditati. Sepelio ſepeliui ſepultum.i.defunctum condo humi. Væneo uæniui uænum.i.uendo:quaſi uænum eo. At uenio ueni facit & nentum,notæ ſignificantiæ.

Pone amicit, per ui, per ctum, Dat uincio xi, ctum
Sancio i ungatur, quod & iui formæt, & itum.

Amicio facit amicui & amictum,ueſtio. Vincio uinxi vinctum,ligo. Sancio ſanxi ſanctum,uel ſanciui ſancitum.i.firmo,& proprie per hoſtię immolationem.

Haurit, ſi ſtum dat pſi ptum, dat ſepio ſaltum,
Et ſalui ſalio, proles formatur in ultum.
Dat pſi, pſum, cambit: legi hæc quandoque per iui.

Haurio hauſi hauſtū.i.humorē excipio,extraho.Sepio ſepſi ſeptū.i.obſtruo,& circūdo. Salio ſaliui ſaltū:hēt ēt ſaliui,ut audiui:nō tamē ſalitū,Saltar. Cōpoſita mutāt a in i,breuē,ut inſilio inſilui inſultū, in aliquid ſalio,pro ſilio,exilio &c.faciūt ſemp ſupinū in ultū. Cābio cāpſi campſum,uel cambiui cambitum.i.muto pecuniam.

Sentio ſi ſunt uult, ut raucio, Fulcio, ſi, tum.
Et ſarſit, farſit. Per ui mutatur & ertum
A pario natum, ri comperit, & reperit uult.

Sentio ſenſi ſenſum, aliquo ſenſu percipio: ponitur pro intelligo. Raucio rauſi rauſum.i.raucus ſum.Fulcio fulſi fultum,ſubſtineo,munio, fortifico. Sartio ſarſi ſartum.i.integrū facio, inſtauro. Farcio farſi farctū, ſaturo, impleo,ſagino, pinguefacio. Compoſita mutant a in e, ut confercio refercio &c. [Per ui &c.] Compoſita a pario quæ mutauerunt a in e breuem,faciunt in præterito

ni per duas ſyllabas,& in ſupino ertum:ut aperio aperui apertum,reſero: operio operui opertum,tego. At duo habent ri,& ertum. Comperio comperi compertum,inuenio. Reperio reperi repertum.caſu inuenio.

Aio præterito caret,& meditantia uerba,
Parturio eſurio,cum nupturio,uolo tolli.

Aio ptõ caret,& eſt quartæ:quia imperatiuus eſt ai.i. dic.Verba meditatiuæ formæ carent præterito,& proinde ſupino:ut dicturio.i.cupio dicere.Parturio tamẽ parturiui facit;eſurio eſuriui,nupturioq; nupturiui.

DEPONENTIVM PRAETERITA, ET SVPINA.

Ex or, finitis actiuam fingito uocem:
Vt potior, potio, formabitur inde ſupinum.

Verbum deponẽs, ac etiam commune facit ſupinum ex ficto uerbo actiuo in o per remotionem literæ r, ut potior,deme r,fit potio potis potire; hoc haberet potiui potitum: ergo potior in ſupino habet potitum: deinde ex participio præteriti temporis cum uerbis ſum es fui,facimus præteritũ potitus ſum uel fui,ſignificat obtineo.Sic cõſiderabis in lætor,uereor,iraſcor,opperior, quæ regulariter faciunt lætatum,ueritum,iratum,oppertum: quia actiua forẽt læto lætas,uereo ueres,iraſco iraſcis,opperio opperis.Sic in pene innumeris aliis &c.Lætor,gaudeo:uereor,timeo. Iraſcor, habeo iram. Opperior,expecto &c.

Nil formant ueſcor, liquor, medeor, reminiſcor.

Supinis, & proinde præteritis carent. Veſcor. i.cibo utor & paſcor. Liquor.i.liqueo.Medeor.i.do medelam. Reminiſcor, recordor. Id autem ſemper notandum eſt diligenter,quoties dictio caret præterito,aut ſupino: caret etiam omnibus quæ inde fierent,ut participiis præte

riti

riti & futuri in rus,uerbalibus in io,&c.Ideo timeor,& metuor præteritis carent,quia timeo,metuo carent ſupinis. Nam præteritum uerbi in or,fit ex participio præteriti temporis & uerbo ſum. Participium autem ex ſupino. Ergo ſi deſit ſupinū, deſunt reliqua. ubi uero quid deeſt, ſolet per ſynonima ſuppleri; ut medeor, medicatus ſum;veſcor,paſtus ſum uel fui.

Non ſeruant normam tutus, tuitus,ratus,aptus,
Et faſſus, fructus, fruitusque, profectus, & ultus.
Atque ſecutus, & experrectus: iunge locutus,
Niſus uel nixus, greſſus, uelut orſus, & uſus,
Oblitus,queſtus,commentus,iunge miſertus,
Et feſſus, menſus, lapſus,nactus, quoque pactus,
Mortuus, ac ortus, ſed donat iturus utrunque.

Formant ſupina proinde præterita,contra regulā, uerba quorum participia præteriti tēporis in litera poſuimus. Tueor ſecundæ,tutum.i.defendo,uideo.Supinum eſt etiam tuitum. Tuor tueris,infinitiuo tui: ſed non eſt in uſu,niſi in compoſitis contui,intui, & ſupinum eſt ét tutum,uel tuitum.i.aſpicio. Reor,ratus ſum ſecūdæ eſt. i.arbitror,uel puto. Apiſcor aptus ſum, uetus uerbum, & pene obſoletum.i.acquiro,& aſſequor.Compoſita in dipiſcor,indeptus ſum,& adipiſcor adeptus ſum, in uſu habentur:& ſignificant acquirere,& aſſequi.Fateor ſecūdæ eſt,faſſus ſum uel fui,concedo me dixiſſe,uel feciſſe. Cōpoſita mutāt a in i,ut confiteor,diffiteor.i.nego, profiteor &c. Fruor frueris,tertiæ,fructum uel fruitū: hinc fructus eſt,illinc fruiturus.i.delector.Proficiſcor proficiſceris profectus ſum.i.eo. Vlciſcor ultus ſum.i.uindico. Sequor ſequutus ſum,notū eſt.Expergiſcor experrectus ſum.i.euigilo. Loquor loqueris, loquutus ſum. i. dico. Nitor niſus ſum,uel nixus ſum.i.conor,& agere laboro. Gradior greſſus ſum.i.eo.Compoſita mutāt a in e,ut aggredior.

gredior.i.Egredior.i.exeo,&c.Ordior,ideſt incipio;Ordior telam,pro telam texo,facit orditus ſum.Vtor,vſus ſum uel fui.i.uſum rei habeo.Obliuiſcor oblitus ſum.i. è memoria aliquid euolare ſino. Queror queſtus ſum.i. lamentor. Comminiſcor commentus ſum. i. excogito. Miſereor miſertus ſum, miſericordiam habeo. Fatiſcor feſſus ſum,uix eſt in uſu:hinc defetiſcor defeſſus ſũ,pro eodem a in e uerſo. Metior quartæ menſus ſum,menſuro,pondero,conſidero,æſtimo. Labor lapſus ſum,cado. Nanciſcor nactus ſum.i.acquiro.Paciſcor pactus ſum,facio pactum & promitto.Morior participium facit mortuus ſum præteriti,& moriturus futuri:tanquã ſupinum fuerit moritũ: eſt autem mori è uita decedere, & tertiæ coniugationis eſt. Orior infinitiuum oriri per quartam habet,reliqua per tertiam ſæpius, licet oriris non male dixeris;& ſignificat naſcor,ſurgo, incipio. Participium præteriti temporis ortus orta ortum.Futuri uero oriturus oritura oriturum,tanquam à ſupino oritum ſit.

DE VERBIS DEFECTIVIS, ET ANOMALIS.

LIBER VI.

Quæ contra normam flectes anormia ſunto,
Vt fero, ſum, fio, uolo, queo, ſultis, edo, ſis,
Auſim, quæſo, forem faxo, cedo, pluraq; multo.
Defectiua etiam, ſic ambeſt, inquio & inquam.
Infit, aue, ſalue, caueſis, apage, quibus euge
Des, & ait, ſodes, ouat: omnia proſa recludet.

Verbũ anomalũ uel anorme, eſt qđ contra aliorũ regulã coniugatur: ut ſum es eſt. Anomalũ dicitur ab a.i. ſine,& nomos lex. Ideo ſine r,anomala ſcribes. Anorme dr̃ ab a.i.ſine,& norma.i.regula. Eclipticũ uel defectiuũ eſt,

eſt, qđ aliquo ad perfectam coniugationē neceſſario caret: ut polleo caret præterito, & timeo ſupino. Verũ de carentibus præterito & ſupino ſatis dictum. Anomala ergo ſunt; Fero, tuli, latum, ex rudimentis notum. i. porto, cupio, dico, patior, ſeu tolero. Compoſita: Affero, attuli, allatum. i. apporto. Aufero abſtuli ablatum. i. tollo. Confero contuli collatum, comporto, dono, comparo. Differo diſtuli dilatum, protraho, perēdino. Profero protuli prolatum, produco, pronuncio. Sum, omnium maximè irregulare eſt, patet in exercitamentis puerorum. Præteritum fui habet ab antiquiſſimo uerbo ſuo fuis. i. ſum. Secũda perſona præſentis ſingularis imperatiui eſt ſis uel es; & in plurali ſitis uel eſte, & aliquãdo ſite. Caret gerundiis & ſupinis, licet in Donato mendoſe ponantur eſſendi eſſendo eſſendum. Ens in uſu Doctorum non eſt, q̃uis a Philoſophis receptũ ſit. Potens nomen eſt, participia uero præſens, abſens. Nihil tale a reliquis compoſitis eſt; quia nõ dicimus prodēs, obens &c. Aſſum ades adeſt, aſſumus adeſtis aſſunt. Aderam, affui, affueram, adero. Imperatiuo adſis uel ades &c. Sic proſum prodes, &c. Poſſum potes, poteſt, poſſumus poteſtis poſſunt. Comicum eſt ſiem, ſies, ſiet, ſient, pro ſim ſis ſit ſint. Præſum prees. i. præfectus ſum, ueluti præſum urbi. Superſum. i. reſto: Interſum interes interfui. i. inter aliquos ſum, uel præſens ſum. Obſum obes. i. noceo. Proſum, utilitaté affero. Deſum, deficio. Abſum, & adſum ſunt contraria. Adſum ét aduenio: ut, Huc ades o Melibœe. Fio. i. efficior, irregulariter fierem, pro firem facit; & fieri pro firi. Præteritũ eſt factus ſum uel fui. Præſens imperatiui capit à futuro optatiui fias fiat, fiamus fiatis fiant; quia fi non dicitur, nec fite nec fitote. Fiens & fiendus, barbara ſunt. in reliquis per quartam coniugationem coniugatur. Volo, ex exercitamentis notum eſt, Imperatiuo caret; quia uoluntas libera eſt. Supino gerundiiſque caret etiam.

Compoſita ſimiliter ſunt: vt peruolo peruis peruult &c. i. ualde uolo. Malo mauis mauult, maluimus mauultis malunt, malebam, malui, malueram, malam, males &c. Imperatiuo caret. Optatiuo mallem, maluiſſem, mali. Coniunctiuo malim, mallem, maluerim, maluiſſem, maluero. Infinitiuo malle, maluiſſe: cæteris caret. Et ſignificat magis uolo. Nolo ſimiliter coniugatur, excepto imperatiuo. Nolo non uis non uult, nolumus nō uultis nolunt, nolui, nolueram, nolam noles. Imperatiuo tp̄e præſenti ad ſecundam perſonam tantum, noli; & pluraliter nolite. Futuro ad ſecundam perſonam, nolito; & plural. nolitote. Optatiuo nollem, noluiſſem, nolim. Subiunctiuo cum nolim nollem noluerim noluiſſem noluero. Infinitiuo nolle noluiſſe; & ſignificat nō uolo. Eo & Queo per quartam coniugantur; & nihil irregulariter habēt, niſi ibam & quibam, ibo ac quibo; & in quibuſdam tēporibus, aut perſonis ſecundam uocalem pro tertia, ut eo is it, & plur. imus itis eunt. Ibam iui iueram, eā ies &c. ſed melius ibo. Imperatiuo eat eamus, eunto euntote: cætera rectè. Optatiuo, futuro eam eas &c. Subiunctiuo tp̄e præſenti, cum eam &c. cætera rectè. Gerundia, eundi eundo eundum. Sic queo coniugabitur omnino. Cuius gerundia non inueni: nec à ueneo participia. Sultis Comicum eſt, pro ſi uultis, & ſis, pro ſi uis: ſodes, pro ſi audes, quibus Comici, & alij interdum utuntur, ad uitādam arrogantiam: quia ſuperbum foret maioribus imperare, ideo addunt: Sis, ſultis, ſodes: pro ſi uis, ſi audes, ſi uultis, ſi placet: ut uideſis, caueſis, apageſis, capeſis. Dic ſodes, &c. ſic coniugatur, Indicatiuo modo tp̄e præſenti ad ſecundam perſonam ſingularem ſodes: cæteris caret. ſic ſecunda perſona præſentis indicatiui ſis. & plurali ſultis: cæteris caret. Edo es eſt, & pluraliter edimus editis edunt. Edebam edi ederam edam. Imperatiuo es uel ede edat: pluraliter edemus edite, uel eſte edant.

Futuro

Futuro eſto vel edito: plural.edamus, eſtote uel editote,edunto uel eduntote.Optatiuo eſſem,ediſſem,edam. Subiunctiuo cũ edã,eſſem,ederim,ediſſem,edero. Infinitiuo eſſe,ediſſe,eſurum eſſe.Gerundia edendi edendo edendum.Supina eſum eſu, uel eſtũ eſtu.Paſſiuum regulare eſt,niſi quod eſtur pro editur ẽt dicitur.Compoſita eunt ſiĩiter:ut Comedo comes comeſt, comedi. Exedo exes exeſt,&c.Veteres, hoc eſt q̧ longo ţpe ante Ciceroné fuerunt,edo edis edit &c. Oĩno regulariter cõiugabant.At melius dicemus,edo es eſt,&c.& comes comeſt,q̃ comedis comedit,&c.Auſim.Indicatiuo vł optatiuo futuri ţpis auſim auſis auſit:& plur. auſint: cæteris caret,i.audebo,vel vtinã audeã. Quæſo:.indicatiuo ţpe pręſenti ad primã perſonam,quæſo: & plural. quæſumus:irregulariter u pro i per eandẽ perſonam.i.rogo rogamus:cætera exoleuerunt.Forem. Optatiuo modo tempore præſenti,& præterito imperfecto,& ſubiunctiuo modo tempore pręterito imperfecto,utinam,vel cũ forem fores foret:& plural.forent.i.eſſem eſſes eſſet,& eſſent.Infinitiuo modo tempore pręſenti ſore.i.futurũ eſſe, & ita differt ab eſſe cõtra indoctos; cæteris caret. Compoſita eunt eodẽ modo,ut Afforem.i.adeſſem.Pro forẽ prodeſſem, ſic reliqua per cõpoſita à ſum declarãtur.Confore,ſimul fore;Defore,defuturum eſſe.Profore, prodeſſe &c.Faxo, Indicatiui modi eſt futuri ţpis ꝓ faciam.Coniugatur aũt ſic:Faxo faxis faxit, Et plural. faxint.Dicimus ẽt,faxim faxis faxit,& pluraliter faximus faxitis faxint;pro faciam facias &c. vel fecerim feceris &c.& faxim, optatiui modi futuri temporis,& præſentis ſubiunctiui. Lubens faxim.i. faciam. Cedo. Imperatiuo modo tempore præſenti ad ſecundam perſonam, cedo,ideſt dic,uel da,& pluraliter ad eandem perſonã, cedite. i.dicite, uel date, cæteris caret. Ambeſt tertia perſona præſentis indicatiui,pro circumeſt,ſola eſt.In-

quio uel inquam.i. dico. Indicatiuo modo tẽpore præſenti:inquio inquis inquit,& plural.inquiunt. Præterito perfecto inquiſti inquit. Futuro inquies inquiet. Imperatiuo modo tempore præſenti ad ſecundam,& tertiam perſonam,inquie inquiat. Futuro optatiui,inquiat Hæc in uſu ſunt, reliqua olim lecta inquimus inquitis inquam inquite,inquirem &c.inquiens &c. iam pene omnino exoleuerunt. Infit tertia perſona præſentis, & præteriti perfecti indicatiui tantum eſt in uſu.i.dicere incipit. Aue. Imperatiuo modo ad ſecundam utique perſonam aue,& plural.auete. Futuro aueto,& plural.auetote. Infinitiuo modo tempore præſenti auere. Sic coniugatur ſalue;utrunque eſt ſalutantis uerbum: ut Aue Maria: Salue Regina. Vale.i.ſanus ſis,integrum eſt,quia ualeo nihil aliud eſt,ꝙ ſanus ſum. Apage,Imperatiuo modo tempore pręſenti ad ſecundam perſonam ſingulariter apage,& plural.apagete.i.ab hinc remoue; ab apo. i.ab, & græco uerbo ago.i.duco. Apageſis.i.apageſi uis. apage te à me.i.recede, abduc te à me. Euge: Imperatiuo modo tempore præſenti ad ſecundam perſonam ſingulariter euge.cœteris caret.i.bene age & confortare. Aio i.dico. Indicatiuo modo tempore præſenti aio ais ait,& pluraliter aiunt.Præterito aiebam &c.integrum eſt.Pręterito perfecto aiſti,& pluraliter aiſtis. Imperatiuo modo tempore præſenti ad ſecundam perſonam.Futuro optatiui & præſenti ſubiunctiui,aias aiat: & plural.aiamus aiant. Participium eſt aiens,cætera nõ ſunt in uſu. Ouat i.lætatur,& gaudium uociferando, aut canendo demonſtrat,Phocas ſolum ponit hanc tertiam perſonam. Participium eſt ouans. reliqua parum ſunt in uſu. Amabo,integrum eſt;quia coniugatur amo amas. nec eſt propriè interiectio,licet interiectionis,uel aduerbij officio fungatur blandiendi:regit enim accuſatiuum poſt ſe,ut amabo te, cura rem meam. Explicit & expliciunt cenſentur

à Do-

à Doctis barbara. Latini dicunt liber eſt, explicitus, aut finitus. Addunt eclipticis luceſcit, dieſcit, ningit, pluit, quia ſolas tertias perſonas in uſu habent, & imperſonalia: quia carent futuro imperatiui, gerundiis, & participiis.

Dor, furo, for, der, fer, nix unquam ſuſcipit uſum.

Primæ perſonæ, dor, furo, for, der, fer, à fari, non ſunt in uſu, id de ſimplicibus intellige: quia peſſundor, affor, bene dicimus.

Dic, duc, fac, fer, ais: ſice non ſic dicitur apte.

Per apocopê dicimus dic, duc, fac, fer, pro dice, duce, face, &c. Sic prædic, adduc, benefac, perfer &c. Compoſita autẽ à faxio, ubi a, in i, uertitur, non patiuntur apocopen: quia perfice dicimus, & non perfic, infic, &c. Quid ſit apocope, patet per hunc uerſiculum,

Aufert apocope finem, quem dat paragoge.

Syncopa diminuit de ui formata frequenter,
Ni diſſyllaba ſint. Tamen inuenies bene noſti,
Et ſciſti, flaſti, fleſti: ſic plura notabis.

Syncopa præteritis in ui ſyllabam deſinentibus, & inde formatis ſæpe contingit; ut petij pro petiui: formaſti pro formauiſti, &c. [Ni diſſyllaba, &c.] Diſſyllaba rarius ſyncopantur; quia moſti pro mouiſti; iſti pro iuiſti; triſti pro triuiſti, uix unquam inuenies, præſertim contra compoſitionem: quia commoſti, rediſti, uel rediiſti, intriſti, & plura aliquando leges: ut frequenter noſti, ſciſti, flaſti, fleſti, &c.

Præteritum ſignans & præſens, præteritiua
Sub uoce hæc odi, cœpi, noui, meminiq;,
Et pepigi, memini, tote, atque memento reponit.

Hæc uerba odi, cœpi, noui, memini. pepigi ſub uoce præteritiua ſignificant præſens, & præteritum tam imperfectum, q̃ perfectum; odi. i. odio habeo, habebam,

aut habui. Cępi, incipio, incipiebam uel incępi. Noui noſco noſcebã, aut noui: ſic dices de reliquis. Hæc uerba ſolum habent tempora à præterito perfecto, indicatiui formata: ut oderã, odiſſem, oderim odiſſem, odero odiſſe: ſic reliqua. Memini, ideſt recordor, uel recordatus ſum, facit participium meminens: raro lectum. Et ultra alia habet in futuro imperatiui, memento tu, meméto-te uos. Pepigi, ideſt paciſcor, uel pactus ſum.

Sunt neutro paſſiua ſolet, fit, fidit, & audet,
Mœreo, cum gaudet, paſſiuum præteritum dant:
Aſt utrunque uolunt titubo, placeo, pateoq;.
Sueſco, caret, iuro, prandet, nubit, miſeretq;
Cœno, piget, tædet, pudet, & licet, addito poto.
Et libet, & mereor, pro quo mereo quoque legi.

Verbũ neutropaſſiuũ eſt, quod deſinẽs in o, facit pręteritũ ac ſi deſineret in or, ut Soleo, ſolitus ſũ. Fio, factus ſum. Fido, fiſus ſum. Audeo, auſus ſum. Mæreo, mæſtus ſum. Gaudeo, gauiſus ſum. Soleo. i. de conſuetudiue habeo. Fio quartę paſſiuũ eſt actiui facio. Fido i. fiduciã & ſpẽ habeo. Audeo. i. ſum audax. Mœreo, mœſtus ſum p œ, diphthongũ, aut p æ, ideſt lugeo, & triſtor. Gaudeo, lætor. [Aſt utrunq;, &c.] Quædam retinent utrunq; præteritum actiuæ uocis, & paſſiuæ uocis: ut titubo, titubaui, uel titubatus ſum. Placeo placui, & placitus ſum. Pateo patui, & paſſus ſum. Sueſco ſueui, & ſuetus ſum. Careo carui, & caſſus ſum. Iuro iuraui, & iuratus ſum. Prãdeo prandi, & pranſus ſum. Nubo, nupſi, & nupta ſum. Miſeret miſerui, & miſertum eſt. Cœno cœnaui, & cœnatus ſum. Piget piguit, & pigitum eſt. Tædet tæduit. & pertęſum eſt: quia tæſum non eſt in uſu. Pudet puduit, & puditum eſt. Licet licuit, & licitum eſt. Poto potaui, & potus ſum. Libet libuit, & libitum eſt. Mereor, merui, & meritus ſum: dicitur pro eodẽ aliquãdo mereo.

reo, Titubo. i. lingua uel pedibus uacillo, nec inſiſtere queo. Iuro, iuramentum facio, aut præſto. Miſeret impersonale, ſignificat ex alicuius miſeria, corde anxium eſſe. Piget, dolere & mœſtum eſſe: & propriè pęnitentiæ eſt. Tædet tædio eſſe. Pudet, dedecori. Licet uero, fas eſſe. Libet, placet. Mereor, aliquid facio, quamobrem dignus ſum accipere bonum, aut malum.

Paſſiue ſignant ſubo, uapulo, uæneo, fio,
Exulo, cum nubo, liceo, quibus addimus apte.

Verbum neutrum paſſiuum eſt, quod in o definẽs, paſſiuè ſignificat. ut ſex hic poſita. Vapulo. i. percutior. Væneo. i. uendor. Fio. i. afficior. Defio. i. deficio. Exulo, exul fio: & à patria expellor. Nubo. i. uiro trador: de mulieribus tantum dicitur. Liceo, æſtimor.

ABVNDANTIA, ET PRIMO VERBA COMMVNIA.

Hæc & plura leges communia largior, hortor,
Oſculor, experior, ſtipulor, moror, hoſpitor, atque
Criminor, amplector, ueneror, cum dignor, adulor,
Obliuiſcor: eis interpretor addito, ſolor.

Verbum abundans eſt, quod ſub una uoce actiuè, & paſſiuè ſignificat, ut uerbum commune: ueluti largior, hortor, &c. Aut quum idem eſt diuerſarum coniugationum: ut lauo lauas, uel lauo lauis. Aut cum reliqua in pteritis ſupinisue concidunt: ut mulceo, & mulgeo mulſi mulſum. Aut quum idem multiplex præteritum aut ſupinum habet: ut ſapio, ſapui, uel ſapiui. Horum multa ex dictis patent ſatis: ut arcto arctas, arctio arctis: albo albas albeo albes: dico dicas, conſecro: dico dicis, loquor, &c. Verbum commune eſt, quod in or definens actiue ſignificat: ut Largior largiris. i. tribuo, attribuo. Hortor hortaris.

ris.i.admoneo,incito. Oſculor oſcularis. i. oſculũ do, vel accipio. Experior experiris.i.tento,vel tentor. Stipu lor ſtipularis,rogo,vel rogor,in obligatione contrahen da. Moror moraris, in mora teneo vel teneor. expecto, vel expector. Hoſpitor hoſpitaris,ſuſcipio,uel ſuſcipior hoſpitio. Criminor criminaris,accuſo vel accuſor. Am olector amplecteris;circundo aut circundor;& accipio, vel accipior. Veneror,honoro,vel honoror. Dignor,dignum iudico,vel iudicor. Adulor, commune; eſt autem adulari, inſeruire, & captare;vt fauorē emereamur, vel voce,vel geſtu dicimus;ergo ego adulor tibi, & tu adularis à me. Obliuiſcor,raro paſſiue capitur.Interpretor, declaro,aut declaror. Solor & conſolor i.conſolationē do,& accipio,&c.

DE VERBORVM FORMIS. LIBER VII.

Praecipuas uerbi formas cognoſce quaternas.

Formę verborum principales ſunt quatuor; perfecta,vt lego. Meditatiua, vt lecturio. Frequentatiua, vt lectito. Inchoatiua, vt feruesco, caleſco.

De Frequentatiuis, ſeu Inchoatiuis.

Sic iteratiuum formes, ito fiat ab atum.
V, per o, mutabunt bene cætera uerba ſupini.
Si fuit or, manet or. Sunt cuncta frequentia primæ.
Prætereunt legem nato, quærito fundito, ſcitor,
Siſcitor, atque agito, ſector, loquitor, pauitoq;.
Perſcrutando libros Doctorum, plura notabis.

Frequentatiuũ,vel iteratiuũ verbum eſt,qđ aſſiduam, vel potius frequentem in agendo vim habet, & frequen

ter

ter agendo iterat affectum: vt ſalto, ſaltas, clamito, clamitas. Formantur autem dupliciter. Primo a verbis primæ coniugationis habentibus in ſupinis atum penultima longa. mutando a longum, in i, breue, & u, vel vm, in o, vt imperatum, imperatu, imperito, imperitas, clamatum, clamatu, clamito, clamitas; volatũ, volatu, volito, volitas, &c. Reliqua frequentatiua formantur a ſupino mutando um, vel u, in o, vt curſum, vel curſu, curſo, curſas, ſaltum, ſaltu, ſalto, ſaltas, dormitum, dormitu, dormito, dormitas. Tueor, tutum, tutu; tutor, tutaris; quia ex verbis in or, fiunt frequentatiua in or; ueluti minor, minatum. minator, minitaris. Frequentatiua verba omnia per primam coniugationem inclinantur. [Prætereunt, &c.] Formantur contra regula quædam, no, nas, natum, natu, nato, natas: quæro, quæris, quæſitum, tu, quærito, tas. i. inſtanter quęro, fundo, fuſum, fundito, as. i. ſæpe fundo; ſcio, ſcitũ, ſcitor, aris. i. interrogo, vel inueſtigo, quę occulta magis, ac ſecretiora ſunt. Sciſcor, facit ſciſcitor, aris. i. ſcitor, & eſt magis in vſu quam ſcitor. Ago, actũ, agito, as. A ſequor, ſector, aris, proſecutor. i. continue ſequor. Loquor, loquitor, aris. Paueo, es, pauito ait. val de paueo. &c. Si quis doctiſſimorum ſcripta perſcrutetur plura notabit; nam paſco, paſcito facit, pro paſto, paſtas; noſco, noſcito, &c.

De incœptiuis, ſeu inchoatiuis.

Præſentis primiq; modi, coniunge ſecundæ
Perſonæ, ſi uis uerba incæptiua creare.
Sic ferues, ferueſco facit. Sed tollitur hiſco.

Verbũ inchoatiuæ, vel incęptiuę formę eſt, qđ continuũ incrementũ paſſionis innatæ ſignificat. Et proprie tãtũ a neutris ſecũdæ coniugationis fit, addendo ſecundæ perſonæ præſentis indicatiui, ſingularis numeri, ſyllabã co: vt Tepeo, tepes, tepeſco. i. in horas magis tepeſio

Caleſco.

ris.i.admoneo,incito. Oſculor oſcularis. i. oſculũ do, vel accipio.Experior experiris.i.tento,vel tentor. Stipulor ſtipularis,rogo,vel rogor,in obligatione contrahenda.Moror moraris , in mora teneo vel teneor.expecto, vel expector. Hoſpitor hoſpitaris,ſuſcipio,uel ſuſcipior hoſpitio. Criminor criminaris,accuſo vel accuſor. Amplector amplecteris;circundo aut circundor;& accipio, vel accipior. Veneror,honoro,vel honoror. Dignor,dignum iudico,vel iudicor. Adulor, commune; eſt autem adulari, inſeruire, & captare;vt fauorẽ emereamur, vel voce,vel geſtu dicimus;ergo ego adulor tibi, & tu adularis à me. Obliuiſcor,raro paſſiue capitur.Interpretor, declaro,aut declaror. Solor & conſolor i.conſolationẽ do,& accipio,&c.

DE VERBORVM FORMIS.
LIBER VII.

Præcipuas uerbi formas cognoſce quaternas.

Formę verborum principales ſunt quatuor; perfecta,vt lego. Meditatiua, vt lecturio. Frequentatiua, vt lectito . Inchoatiua , vt ferueſco, caleſco.

De Frequentatiuis, ſeu Incho

Sic iteratiuum formes, ito fiat ab atu
V, per o, mutabunt bene cæte
Si fuit or, manet or. Sunt
Prætereunt legem nato
Siſcitor, atque agito
Perſcrutando lib

Frequentati
vel potius fr

ter agendo iterat affectum vt ſalto, ſaltas, clamito, clamitas. Formantur autem dupliciter. Primo a verbis primæ coniugationis habentibus in ſupinis atum penultima longa. mutando a longum, in i, breue, & u, vel vm, in o, vt imperatum, imperatu, imperito, imperitas, clamatum, clamatu, clamito, clamitas; volatũ, volatu, volito, volitas, &c. Reliqua frequentatiua formantur a ſupino mutando um, vel u, in o, vt curſum, vel curſu, curſo, curſas, ſaltum, ſaltu, ſalto, ſaltas, dormitum, dormitu, dormito, dormitas. Tueor, tutum, tutu; tutor, tutaris; quia ex verbis in or, fiunt frequentatiua in or; veluti minor, minatum. minator, minitaris. Frequentatiua verba omnia per primam coniugationem inclinantur. [Prætereunt, &c.] Formantur contra regula quædam, no, nas, natum, natu, nato, natas: quæro, quæris, quæſitum, tu, quæſito, tas. i. inſtanter quęro, fundo, fuſum, fundito, as. i. ſæpe fundo; ſcio, ſcitũ, ſcitor, aris. i. interrogo, vel inueſtigo, quę occulta magis, ac ſecretiora ſunt. Sciſcor, facit ſciſcitor, aris. i. ſcitor, & eſt magis in vſu quam ſcitor. Ago, actũ, agito, as. A ſequor, ſector, aris, proſecutor. i. continue ſequor. Loquor, loquitor, aris. Paueo, es, pauito ait. val de paueo. &c. Si quis doctiſſimorum ſcripta perſcrutetur plura notabit; nam paſc[illegible] ſ[illegible]o facit, pro paſto, paſtas; noſ[illegible] ſcito, &c.

[illegible] eptiu[illegible] oatiuis.

modi [illegible] *unde* *ba in*[illegible] . [illegible] *ſco f*[illegible] *ur biſco.*

[illegible] atiu[illegible] ę formę eſt, qđ conti[illegible] ũ pa[illegible] ignificat. Et proprie tã [illegible] is fit, addendo ſecundæ [illegible] gularis numeri, ſylla[illegible] o [illegible] i. in horas magis tepeſio

Caleſco.

Caleſco.i.fio calidus; ſic ægreſco, albeſco, ferueſco, ardeſco, madeſco, &c. Quorundam primitiua in vſu non ſunt, ut igneſco, ſaneſco, herbeſco, liqueſco, iuueneſco, ſeneſco &c. Hæc omnia licet recte augmentatiua dicantur, tamen non ineptè appellantur inchoatiua; nam qui caleſcit, incipit aliquid caloris acquirere: licet non penitus incipiat iam primum calere. ita declarato in reliquis.

Quæ ſimiliter in ſco deſinẽtia, formantur tam ab aliis uerbis, q̃ ueutris ſecundæ non proprie dicenda ſunt inchoatiua, ſed inchoatiuis formatione ſimilia, uulgo tñ ẽt inchoatiua dicuntur; ut præſentiſco.i.preſentio. Concupiſco.i.cupio. pertimeſco.i.pertimeo. Edormiſco.i.edormio. Labaſco, cado & deficio. Hæc in ſco, omnia ſunt tertiæ coniugationis, nec pręterita aut ſupina habent, niſi a primitiuis. [Sed, &c.] Vnum formatur irregulariter, hiſco, ab hio, hias, quia regula poſcit hiaſco. Et eſt hiſcere proprie, oſcitare, item os ad loquendum aperire.

De Meditatiuis, quę & Deſideratiua dicuntur.

In Meditatiuis, quòd in u fit, iunge ſupino,
V, ſemper breuians, rio: ſic dabit eſurit, eſu.

Meditatiuum uerbum, quod cũ primitiuo ſignificat cupio, ut eſurio, eſſe cupio, etiam ſignificat famẽ patior. Formatur meditatiuum à ſupino poſtremo, correpta u, & addita rio; ut partu parturio.i.cupio, aut conor parere. Valla mauult hæc, quæ meditatiua uulgo dicuntur, dici deſideratiua; quia deſiderium, non meditationem notant; non inepte tamen meditatiua appellantur, quia maximè ſolemus meditari, quæ uehementer deſideramus.

Finis primæ partis Grammaticæ Deſpauterianæ.

SYN-

SYNTAXIS GRAMMATICAE DEFINITIO.

GRammatica quid eſt? Ars recte ſcribendi, recteque loquendi, poetarum enarrationem cõtinens, omnium ſcientiarum fons uberrimus. Eſt ne Grammatici etiam exponere hiſtoricos, & oratores? Quid ni? Cur igitur in diffinitione poetarum ſolum meminiſti? Quia poeta uerius quodammodo omnis ſcriptor eſt, uti homo, omnis creatura, & anima; teſte Ariſtotele, omnia, quia omnium imagines in ſe recipit; ita diuinus poeta omnes ſcriptores præſtat, quod de Virgilio in confeſſo eſt. Iraque per poetarum enarrationem facile intellexeris etiam reliquorum. Grãmatica, unde dicitur? A Græcó nomine gramma; genitiuo grammatis uel grammatos.i. litera, & declinatur hęc grammaticá, grammaticæ, uel grãmatice grãmatices. Latine dicitur literaria & literatura, & multitudinis numero literæ. Literarũ quoq; nomine interim ſcientiã intelligimus quamlibet. Literę, etiam epiſtola eſt. Quare grammatica nomẽ habet a literis? Quia a literis incipit, e quibus docet ſyllabas efficere, & hinc dictiones, rurſumque orationes: quorum omniũ uim, ut recte loquamur, & ſcribamus, pulchre enucleat. Infantem Grammaticen.i. paruam & rudem literatoriam artem, aut literationem, aut grammatiſten dicimus.

GRAMMATICAE DIVISIO.

Grammatica, quotuplex eſt? Duplex, Methodica, & Hiſtorica. Quid eſt Methodica? Quæ recte loquendi, & ſcribendi præcepta continet. Vnde dicitur Methodica? A Methodus.i. uia; quia uiam rationis præſtat.] Quid eſt Hiſtorica? eſt poetas enarrandi ſcientia. Vnde dicitur? Ab hiſtoreo, ideſt, enarro.

METHODICAE DIVISIO.

Quot ſunt partes grammaticæ methodicæ? Quatuor. Orrographia, Etymologia, Syntaxis, Proſodia. Primæ, litera. Secundæ, dictio. Tertiæ oratio. Quartæ, debetur ſyllaba. Ortographia, quid eſt? Recte ſcribendi peritia; ut Chryſoſtomus, cum ch, aſpirato, & y, Greco, a Chryſos.i.aurum. Vnde dicitur ortographia? Ab orthos.i.rectus: & graphó, ideſt ſcribo; inde ortographia, ideſt recta ſcriptura. Etymologia, quid eſt? Scientia oſtendēs ueram dictionum originem cum reliquis accidentibus; vt rex, a rego, etymon eſt. Vnde dicitur? Ab etymos.i.uerus; & logos, ſermo, uerbum, ratio, quaſi ueriloquium. Syntaxis, quid eſt? Pars grammaticæ, qua congruam orationem ab incongrua diſcernimus. Vnde dicitur? A ſyn.i.con, & ratio.i.ordino; & taxis.i.ordinatio. hinc ſyntaxis, coordinatio, ſiue conſtructio. Quid eſt conſtructio? Debita dictionum in oratione ordinatio. Quid eſt congruitas? Oratio ſecundum grammaticæ regulam facta: vt amo Deum. Quotuplex eſt congruitas? Triplex. Quomodo? Voce tātum, ſignificatione tantum, & voce cum ſignificatione, vel ſenſu. De prima, vt populus cātat. De ſecunda: vt populus cantant. De tertia: ut Petrus ambulat. Quomodo differunt Grammatice loqui, & Latine loqui? Grammatice loqui, ſiue congrue, eſt artē ita cuſtodire, vt nullum admittatur vitium. Latine loqui, eſt vbi elocutione luceſcit oratio, & eleganter loqui. Syntaxis diuiditur: nam quædam eſt finita: vt amo Deum: quędam infinita: vt me amare. Rurſus quędam eſt perfecta; vt amo Deum: quædam imperfecta; vt ſi amarē Deum. Proſodia quid eſt? Carminis, & accentus notitia: vt Simon, Simonis, penultima longa. Vnde dicitur? Α πρὸς.i.ad, & ᾠδὴ ideſt, cantus, hinc eſt accentus: & ſcribitur in ſecunda ſyllaba cum œ, diphthongo; vt comœdia, tragœdia:

tragœdia: quia eiuſdem eſt originis.

SYNTAXEOS DIVISIO.

Syntaxis quotuplex eſt? Triplex, Præceptiua, Permiſſiua, Prohibitiua. Præceptiua qd eſt? Syntaxis quæ ſub arte, & præcepto cõtinetur: vt vir fortis: turba ſedet. Permiſſiua qd eſt? Syntaxis contra artẽ vitioſa, rõne vel autoritate excuſata: ut ſola bubo, oẽs flerc, pars ſecãt, Prohibitiua qd eſt? Syntaxis nobis prohibita, quia vitioſa, nec rõne nec autoritate excuſata, vt vos eſtis doctus. Quotuplex eſt Syntaxis pręceptiua? Triplex. Familiaris, Media, & Elegãs. Familiaris quæ eſt circa familiarem loquendi modum perfecta cõſtructio: vt, Te laudant oẽs. Media, quæ eſt circa ornatiorem dicendi modum perfecta conſtructio: vt, Te omnes quidem honore afficiunt. Elegans, quæ eſt circa elegantiſſimum dicendi modum perfecta conſtructio: vt, Laus tua non obſcuro, nec vario ſermone, ſed clariſſime, & una omnium voce profertur.

SYNTAXEOS ACCIDENTIA.

Syntaxi ſiue cõſtructioni quot accidũt? Duo. Cõcordãtia, & regimen. Concordantia quid eſt? Debita partiũ orationis cõuenietia in genere, numero, caſu, vel perſona. Quotuplex ẽ Cõcordãtia? Triplex. Quomodo? Adiectiui & ſubſtãtiui, Relatiui & antecedentis, Verbi cũ nominatiuo a fronte recto. Quot accidentia congruitatem mutant? Quatuor. Quæ? perſona, genus, numerus, caſus. Perſona, inter relatiuũ & antecedẽs, & magis adhuc inter verbum, & nominatiuum à fronte rectum. Caſus, inter adiectiuũ, & ſubſtantiuum. Genus, inter hæc & relatiuum, & antecedens. Numerus his omnibus communis eſt. Caſus etiã, vndique inter dictionem rectam, & regẽtem. Regimen quid eſt? Certi caſus exigentia, de caſus natura nihil amittẽtis, vt exigentia accuſatiui in verbo

amo:eſt regimen,quia dicimus,amo literas.Quare dixiſti,de caſus natura nihil amittētis? Propter caſus aduerbialiter ſine prępoſitione poſitos,vt vado Romã,quia fere totã naturã caſus & nominis amittunt, adeo ut pauciſſima admittant adiectiua,quia non dicimus,niſi poetice,vado Romam pulchram,nec ſum domi amplæ,ſed ſolum domi meæ,tuę,ſuæ,noſtrę,veſtræ,alienę.Iure igitur rectore carere dicuntur ab Alexandro.Regere,eſt certũ caſum exigere,nihil de caſus natura amittentē.Quomodo differũt regere,exigere,deſeruire,& determinare.Boni autores nullam penitus in his differentiam poſuere; potes hanc ſumere: Exigere, latius eſt quàm regere, quia dictio nihil præter caſum regit; ſed bene exigit, quia verba prohæretica, poſt ſe exigunt infinitiuum,nõ regunt, & verbũ exigit aduerbium,nõ regit. Deſeruire, nihil differt a regere:vt comparatiuus cui caſui ſeruit,ſiue deſeruit.i.quem caſum regit?Determinare,eſt confuſionē ſignificationis tollere, & hoc quã latiſſime ſe extēdit:nam adiectiuũ determinat ſubſtantiuũ,non regitur a ſubſtantiuo:infinitũ,determinat finitum.aduerbiũ vero verbũ,cognoméq; nomen,& ſemper vnum ſubſtantiuorum in appoſitione determinat reliquum. Omnis dictio recta determinat regentem. Quotuplex eſt regimen? duplex,actiuum,& paſſiuum. Quid eſt regimen actiuũ? dictio regens. Quid eſt regimen paſſiuum?dictio recta. Quid eſt dictio regens? quæ confuſe ſignificans declaratur per alteram,vt amo:hic,amo Deũ. Quid eſt dictio recta?quæ dictionē regentem declarat: vt Deum. hic ēt amo Deũ.Quot partes orationis regunt? Oēs p̄ter cõiũctionē,vt liber Petri;hęc volucrũ;amo Deũ;ſatis vini amãs Deũ ad patrē,heu me! Ergo apud Vergiliũ.Illius ergo venimus,nõ eſt cõiũctio,ſed aduerbiũ fungēs officio nominis,vt,Abunde hic,Abunde ingenii cui ē,facile docetur,& ſic exponit.Illius ergo venimus. i.illius cauſa:

&

& ità nulla coniunctio regit, nec regitur vnquã. Quot partes orationis regunt, & reguntur? Tres, Nomẽ, Pronomẽ, Participium: quia ſolus caſus regitur, ut liber Petri; hęc volucrum; amor mei: amans amãte. Quot orationis partes regunt tantum? Quatuor, Verbum, Aduerbiũ, Prępoſitio, Interiectio, ut do tibi parum uini, ad Petrũ, Veh peccanti. Quot partes orationis nec regunt, nec reguntur. Vna tantum. Quę coniunctio. Regit ne omne nomẽ? Ita aliquo modo, tamen nomen proprium, & loco illius pronomen, nõ regunt, niſi per ſubauditionẽ, ut, Maria Zebedei. ſ. uxor. Aeneas Anchiſę. ſ. filius: ſimiliter cum dixit Ver. Quid meus Aeneas, &c. ſ. filius. Itẽ ego amo, ego, non regitur, niſi quia ſubauditur proprium, uice cuius ponitur Ioannes, aut ſimile.

DE CONCORDANTIA, ET REGIMINE, LIBER VIII.

Et primum de Concordantia.

Adiectiui, & ſubſtantiui concordantia.

MOBILE *cum fixo, genere, & caſu, numeroque.*
Conueniat; nomen, ſic uult cognomine adeſſe.

Adiectiuum, & ſubſtantiuum, eſſe debent eiuſdẽ generis, caſus, & numeri, vt acutus gladius, laſciuus paſſer, honeſta vxor, pulchra facies, forte corpus, ingẽs ęquor, ſcholare murmur. Quid eſt adiectiuum? Quod ſubſtantiuo adijcitur, ſine quo ſenſu non perficit, & uariatur per tres diuerſas uoces, aut per tres articulos, ut bonus, bona, bonum; hic & hæc & hoc felix. Quare dicitur mobile? Quia de genere mouetur in genus, ut bonus, bona, bonum. Quid eſt ſubſtantiuum. Quod

Compoſita ſimiliter ſunt: vt peruolo peruis peruult &c. i. ualde uolo. Malo mauis mauult, maluimus mauultis malunt, malebam, malui, malueram, malam, males &c. Imperatiuo caret. Optatiuo mallem, maluiſſem, mali. Coniunctiuo malim, mallem, maluerim, maluiſſem, ma luero. Infinitiuo malle, maluiſſe: cæteris caret. Et ſignifi cat magis uolo. Nolo ſimiliter coniugatur, excepto imperatiuo. Nolo non uis non uult, nolumus nõ uultis no lunt, nolui, nolueram, nolam noles. Imperatiuo tpe præ ſenti ad ſecundam perſonam tantum, noli; & pluraliter nolite. Futuro ad ſecundam perſonam, nolito; & plural. nolitote. Optatiuo nollem, noluiſſem, nolim. Subiunctiuo cum nolim nollem noluerim noluiſſem noluero. In finitiuo nolle noluiſſe; & ſignificat nõ uolo. Eo & Queo per quartam coniunguntur; & nihil irregulariter habet, niſi ibam & quibam, ibo ac quibo; & in quibuſdam tẽpo ribus, aut perſonis ſecundam uocalem pro tertia, ut eo is it, & plur. imus itis eunt. Ibam iui iueram, eã ies &c. ſed melius ibo. Imperatiuo eat eamus, eunto euntote: cætera rectè. Optatiuo, futuro eam eas &c. Subiunctiuo tpe præſenti, cum eam &c. cætera rectè. Gerundia, eundi eundo eundum. Sic queo coniugabitur omnino. Cu ius gerundia non inueni: nec à ueneo participia. Sultis Comicum eſt, pro ſi uultis, & ſis, pro ſi uis: ſodes, pro ſi audes, quibus Comici, & alij interdum utuntur, ad uitãdam arrogantiam: quia ſuperbum foret maioribus imperare, ideo addunt: Sis, ſultis, ſodes: pro ſi uis, ſi audes, ſi uultis, ſi placet: ut uideſis, caueſis, apageſis, capeſis. Dic ſodes, &c. ſic coniugatur, Indicatiuo modo tpe præſenti ad ſecundam perſonam ſingularem ſodes: cæteris caret. ſic ſecunda perſona præſentis indicatiui ſis. & plura li ſultis: cæteris caret. Edo es eſt, & pluraliter edimus editis edunt. Edebam edi ederam edam. Imperatiuo es uel ede edat: pluraliter edemus edite, uel eſte edant.

Futuro

Futuro eſto vel edito: plural. edamus, eſtote uel editote, edunto uel eduntote. Optatiuo eſſem, ediſſem, edam. Subiunctiuo cũ edã, eſſem, ederim, ediſſem, edero. Infinitiuo eſſe, ediſſe, eſurum eſſe. Gerundia edendi edendo edendum. Supina eſum eſu, uel eſtũ eſtu. Paſſiuum regulare eſt, niſi quod eſtur pro editur ẽt dicitur. Compoſita eunt ſimiter: ut Comedo comes comeſt, comedi. Exedo exes exeſt, &c. Veteres, hoc eſt ꝗ longo tpe ante Ciceroné fuerunt, edo edis edit &c. Oino regulariter cõiugabant. At melius dicemus, edo es eſt, &c. & comes comeſt, ꝗ comedis comedit, &c. Auſim. Indicatiuo vł optatiuo futuri tpis auſim auſis auſit: & plur. auſint: cæteris caret, i. audebo, vel vtinã audeã. Quæſo: indicatiuo tpe pręſenti ad primã perſonam, quæſo: & plural. quæſumus: irregulariter u pro i per eandẽ perſonam. i. rogo rogamus: cætera exoleuerunt. Forem. Optatiuo modo tempore præſenti, & præterito imperfecto, & ſubiunctiuo modo tempore pręterito imperfecto, utinam, vel cũ forem fores foret: & plural. forent. i. eſſem eſſes eſſet, & eſſent. Infinitiuo modo tempore pręſenti fore. i. futurũ eſſe, & ita differt ab eſſe cõtra indoctos; cæteris caret. Compoſita eunt eodẽ modo, ut Afforem. i. adeſſem. Profore prodeſſem, ſic reliqua per cõpoſita à ſum declarãtur. Confore, ſimul fore; Defore, defuturum eſſe. Profore, prodeſſe &c. Faxo, Indicatiui modi eſt futuri tpis ꝓ faciam. Coniugatur aũt ſic: Faxo faxis faxit, Et plural. faxint. Dicimus ẽt, faxim faxis faxit, & pluraliter faximus faxitis faxint; pro faciam facias &c. vel fecerim feceris &c. & faxim, optatiui modi futuri temporis, & præſentis ſubiunctiui. Lubens faxim. i. faciam. Cedo. Imperatiuo modo tempore præſenti ad ſecundam perſonam, cedo, ideſt dic, uel da, & pluraliter ad eandem perſonã, cedite. i. dicite, uel date, cæteris caret. Ambeſt tertia perſona præſentis indicatiui, pro circumeſt, ſola eſt. In-

quio uel inquam.i. dico. Indicatiuo modo tẽpore præſenti:inquio inquis inquit,& plural.inquiunt.Præterito perfecto inquiſti inquit. Futuro inquies inquiet. Imperatiuo modo tempore præſenti ad ſecundam,& tertiam perſonam,inquie inquiat. Futuro optatiui,inquiat.Hæc in uſu ſunt, reliqua olim lecta inquimus inquitis inquam inquite,inquirem &c.inquiens &c. iam pene omnino exoleuerunt. Infit tertia perſona præſentis, & præteriti perfecti indicatiui tantum eſt in uſu.i.dicere incipit. Aue. Imperatiuo modo ad ſecundam utique perſonam aue,& plural.auete. Futuro aueto,& plural.auetote. Infinitiuo modo tempore præſenti auere. Sic coniugatur ſalue;utrunque eſt ſalutantis uerbum: ut Aue Maria: Salue Regina. Vale.i.ſanus ſis,integrum eſt,quia ualeo nihil aliud eſt,q̃ ſanus ſum. Apage,Imperatiuo modo tempore pręſenti ad ſecundam perſonam ſingulariter apage,& plural.apagete.i.ab hinc remoue; ab apo. i.ab, & græco uerbo ago.i.duco. Apageſis.i.apageſi uis. apage te à me.i.recede, abduc te à me. Euge: Imperatiuo modo tempore præſenti ad ſecundam perſonam ſingulariter euge.cœteris caret.i.bene age & confortare. Aio i.dico. Indicatiuo modo tempore præſenti aio ais ait,& pluraliter aiunt.Præterito aiebam &c.integrum eſt.Pręterito perfecto aiſti,& pluraliter aiſtis. Imperatiuo modo tempore præſenti ad ſecundam perſonam.Futuro optatiui & præſenti ſubiunctiui,aias aiat: & plural.aiamus aiant. Participium eſt aiens,cætera nõ ſunt in uſu.Ouat i.lætatur,& gaudium uociferando, aut canendo demonſtrat,Phocas ſolum ponit hanc tertiam perſonam. Participium eſt ouans. reliqua parum ſunt in uſu.Amabo,integrum eſt;quia coniugatur amo amas. nec eſt propriè interiectio,licet interiectionis,uel aduerbij officio fungatur blandiendi:regit enim accuſatiuum poſt ſe,ut amabo te, cura rem meam. Explicit & expliciunt cenſentur

à Do-

à Doctis barbara. Latini dicunt liber eſt, explicitus, aut finitus. Addunt eclipticis luceſcit, dieſcit, ningit, pluit, quia ſolas tertias perſonas in uſu habent, & imperſonalia: quia carent futuro imperatiui, gerundiis, & participiis.

Dor, furo, for, der, ſer, nix unquam ſuſcipit uſum.

Primæ perſonæ, dor, furo, for, der, fer, à fari, non ſunt in uſu, id de ſimplicibus intellige: quia peſſundor, affor, bene dicimus.

Dic, duc, fac, fer, ais: ſice non ſic dicitur apte.

Per apocopē dicimus dic, duc, fac, fer, pro dice, duce, face, &c. Sic prædic, adduc, benefac, perfer &c. Compoſita autē à faxio, ubi a, in i, uertitur, non patiuntur apocopen: quia perfice dicimus, & non perfic, infic, &c.
Quid ſit apocope, patet per hunc uerſiculum,
Aufert apocope finem, quem dat paragoge.

Syncopa diminuit de ui formata frequenter,
Ni diſſyllaba ſint. Tamen inuenies bene noſti,
Et ſciſti, flaſti, fleſti: ſic plura notabis.

Syncopa præteritis in ui ſyllabam deſinentibus, & inde formatis ſæpe contingit; ut petij pro petiui: formaſti pro formauiſti, &c. [Ni diſſyllaba, &c.] Diſſyllaba rarius ſyncopantur; quia moſti pro mouiſti; iſti pro iuiſti; triſti pro triuiſti, uix unquam inuenies, præſertim contra compoſitionem: quia commoſti, rediſti, uel rediiſti, intriſti, & plura aliquando leges: ut frequenter noſti, ſciſti, flaſti, fleſti, &c.

Præteritum ſignans & præſens, præteritiua
Sub uoce hæc odi, cœpi, noui, meminiq;,
Et pepigi, memini, tote, atque memento reponit.

Hæc uerba odi, cœpi, noui, memini. pepigi ſub uoce præteritiua ſignificant præſens, & præteritum tam imperfectum, q̃ perfectum; odi. i. odio habeo, habebam,

aut

aut habui. Cępi, incipio, incipiebam uel incępi. Noui noſco noſcebã, aut noui: ſic dices de reliquis. Hæc uerba ſolum habent tempora à præterito perfecto, indicatiui formata: ut oderã, odiſſem, oderim odiſſem, odero odiſſe: ſic reliqua. Memini, ideſt recordor, uel recordatus ſum, facit participium meminens: raro lectum. Et ultra alia habet in futuro imperatiui, memento tu, meměto- te uos. Pepigi, ideſt paciſcor, uel pactus ſum.

Sunt neutro paſſiua ſolet, fit, fidit, & audet,
Mœreo, cum gaudet, paſſiuum præteritum dant:
Aſt utrunque uolunt titubo, placeo, pateoq;.
Sueſco, caret, iuro, prandet, nubit, miſeretq;
Cœno, piget, tædet, pudet, & licet, addito poto.
Et libet, & mereor, pro quo mereo quoque legi.

Verbũ neutropaſſiuũ eſt, quod deſinẽs in o, facit prę- teritũ ac ſi deſineret in or, ut Soleo, ſolitus sũ. Fio, factus ſum. Fido, fiſus ſum. Audeo, auſus ſum. Mæreo, mæſtus ſum. Gaudeo, gauiſus ſum. Soleo. i. de conſuetudiue habeo. Fio quartę paſſiuũ eſt actiui facio. Fido i. fiduciã & ſpẽ habeo. Audeo. i. ſum audax. Mœreo, mœſtus ſum p̃ œ, diphthongũ, aut p̃ æ, ideſt lugeo, & triſtor. Gaudeo, lætor. [Aſt utrunq;, &c.] Quædam retinent utrunq; præteritum actiuæ uocis, & paſſiuæ uocis: ut titubo, titubaui, uel titubatus ſum. Placeo placui, & placitus ſum. Pateo patui, & paſſus ſum. Sueſco ſueui, & ſuetus ſum. Careo carui, & caſſus ſum. Iuro iuraui, & iuratus ſum. Prãdeo prandi, & pranſus ſum. Nubo, nupſi, & nupta ſum. Miſeret miſerui, & miſertum eſt. Cœno cœnaui, & cœnatus ſum. Piget piguit, & pigitum eſt. Tædet tæduit. & pertęſum eſt: quia tæſum non eſt in uſu. Pudet puduit, & puditum eſt. Licet licuit, & licitum eſt. Poto potaui, & potus ſum. Libet libuit, & libitum eſt. Mereor, merui, & meritus ſum: dicitur pro eodẽ aliquãdo mereo.

reo, Titubo. i. lingua uel pedibus uacillo, nec inſiſtere queo. Iuro, iuramentum facio, aut præſto. Miſeret imperſonale, ſignificat ex alicuius miſeria, corde anxium eſſe. Piget, dolere & mœſtum eſſe: & propriè pœnitentiæ eſt. Tædet tædio eſſe. Pudet, dedecori. Licet uero, fas eſſe. Libet, placet. Mereor, aliquid facio, quamobrem dignus ſum accipere bonum, aut malum.

Paſſiue ſignant ſubo, uapulo, uæneo, fio,
Exulo, cum nubo, liceo, quibus addimus apte.

Verbum neutrum paſſiuum eſt, quod in o deſinẽs, paſſiuè ſignificat. ut ſex hic poſita. Vapulo.i. percutior. Væneo.i. uendor. Fio.i. afficior. Defio.i. deficio. Exulo, exul fio: & à patria expellor. Nubo.i. uiro trador: de mulieribus tantum dicitur. Liceo, æſtimor.

ABVNDANTIA, ET PRIMO VERBA COMMVNIA.

Hæc & plura leges communia largior, hortor,
Oſculor, experior, ſtipulor, moror, hoſpitor, atque
Criminor, amplector, ueneror, cum dignor, adulor,
Obliuiſcor: eis interpretor addito, ſolor.

Verbum abundans eſt, quod ſub una uoce actiuè, & paſſiuè ſignificat, ut uerbum commune: ueluti largior, hortor, &c. Aut quum idem eſt diuerſarum coniugationum: ut lauo lauas, uel lauo lauis. Aut cum reliqua in pteritis ſupiniſue concidunt: ut mulceo, & mulgeo mulſi mulſum. Aut quum idem multiplex præteritum aut ſupinum habet: ut ſapio, ſapui, uel ſapiui. Horum multa ex dictis patent ſatis: ut arcto arctas, arctio arctis: albo albas albeo albes: dico dicas, conſecro: dico dicis, loquor, &c. Verbum commune eſt, quod in or deſinens actiue ſignificat: ut Largior largiris.i. tribuo, attribuo. Hortor hortaris.

ris.i.admoneo,incito. Oſculor oſcularis. i. oſculũ do, vel accipio.Experior experiris.i.tento,vel tentor. Stipulor ſtipularis,rogo,vel rogor,in obligatione contrahenda.Moror moraris, in mora teneo vel teneor expecto, vel expector. Hoſpitor hoſpitaris,ſuſcipio,uel ſuſcipior hoſpitio. Criminor criminaris,accuſo vel accuſor. Amplector amplecteris;circundo aut circundor;& accipio, vel accipior. Veneror,honoro,vel honoror. Dignor,dignum iudico,vel iudicor. Adulor, commune; eſt autem adulari, inſeruire, & captare;vt fauorẽ emereamur, vel voce,vel geſtu dicimus;ergo ego adulor tibi, & tu adularis à me. Obliuiſcor,raro paſſiue capitur.Interpretor, declaro,aut declaror. Solor & conſolor i.conſolationẽ do,& accipio,&c.

DE VERBORVM FORMIS.
LIBER VII.

Præcipuas uerbi formas cognoſce quaternas.

Formę verborum principales ſunt quatuor; perfecta,vt lego. Meditatiua, vt lecturio. Frequentatiua, vt lectito. Inchoatiua, vt ferueſco, caleſco.

De Frequentatiuis, ſeu Inchoatiuis.

Sic iteratiuum formes, ito fiat ab atum.
V, per o, mutabunt bene cætera uerba ſupini.
Si fuit or, manet or. Sunt cuncta frequentia primæ.
Præter eunt legem nato, quærito fundito, ſcitor,
Siſcitor, atque agito, ſector, loquitor, pauitoq;.
Perſcrutando libros Doctorum, plura notabis.

Frequentatiuũ,vel iteratiuũ verbum eſt,qđ aſſiduam, vel potius frequentem in agendo vim habet, & frequen

ter agendo iterat affectum. vt ſalto, ſaltas, clamito, clamitas. Formantur autem dupliciter. Primo a verbis primæ coniugationis habentibus in ſupinis atum penultima longa. mutando a longum, in i, breue, & u, vel vm, in o, vt imperatum, imperatu, imperito, imperitas, clamatum, clamatu, clamito, clamitas; volatũ, volatu, volito, volitas, &c. Reliqua frequentatiua formantur a ſupino mutando um, vel u, in o, vt curſum, vel curſu, curſo, curſas, ſaltum, ſaltu, ſalto, ſaltas, dormitum, dormitu, dormito, dormitas. Tueor, tutum, tutu; tutor, tutaris; quia ex verbis in or, fiunt frequentatiua in or; ueluti minor, minatum. minator, minitaris. Frequentatiua verba omnia per primam coniugationem inclinantur. [Prætereunt, &c.] Formantur contra regula quædam, no, nas, natum, natu, nato, natas: quæro, quæris, quæſitum, tu, quærito, tas. i. inſtanter quęro, fundo, fuſum, fundito, as. i. ſæpe fundo; ſcio, ſcitũ, ſcitor, aris. i. interrogo, vel inueſtigo, quę occulta magis, ac ſecretiora ſunt. Sciſcor, facit ſciſcitor, aris. i. ſcitor, & eſt magis in vſu quam ſcitor. Ago, actũ, agito, as. A ſequor, ſector, aris, proſecutor. i. continue ſequor. Loquor, loquitor, aris. Paueo, es, pauito ait. val de paueo. &c. Si quis doctiſſimorum ſcripta perſcrutetur plura notabit; nam paſco, paſcito facit, pro paſto, paſtas; noſco, noſcito, &c.

De incœptiuis, ſeu inchoatiuis.

Præſentis primiq; modi, coniunge ſecundæ
Perſonæ, ſi uis uerba incæptiua creare.
Sic ferues, ferueſco facit. Sed tollitur hiſco.

Verbũ inchoatiuæ, vel incęptiuę formę eſt, qđ continuũ incrementũ paſſionis innatæ ſignificat. Et proprie tãtũ a neutris ſecũdæ coniugationis fit, addendo ſecundæ perſonæ præſentis indicatiui, ſingularis numeri, ſyllabã co: vt Tepeo, tepes, tepeſco. i. in horas magis tepefio

Caleſco.

Caleſco.i.fio calidus; ſic ægreſco, albeſco, ferueſco, ardeſco, madeſco, &c. Quorundam primitiua in vſu non ſunt, ut igneſco, ſaneſco, herbeſco, liqueſco, iuueneſco, ſeneſco &c. Hæc omnia licet recte augmentatiua dicantur, tamen non ineptè appellantur inchoatiua; nam qui caleſcit, incipit aliquid caloris acquirere: licet non penitus incipiat iam primum calere. ita declarato in reliquis.

Quæ ſimiliter in ſco deſinētia, formantur tam ab aliis uerbis, q̄ neutris ſecundæ non proprie dicenda ſunt inchoatiua, ſed inchoatiuis formatione ſimilia, uulgo tñ ét inchoatiua dicuntur; ut præſentiſco.i.preſentio. Concupiſco.i.cupio. pertimeſco.i.pertimeo. Edormiſco.i.edormio. Labaſco, cadɔ & deficio. Hæc in ſco, omnia ſunt tertiæ coniugationis, nec preterita aut ſupina habent, niſi a primitiuis. [Sed, &c.] Vnum formatur irregulariter, hiſco, ab hio, hias, quia regula poſcit hiaſco. Et eſt hiſcere proprie, oſcitare, item os ad loquendum aperire.

De Meditatiuis, quę & Deſideratiua dicuntur.

In Meditatiuis, quod in u fit, iunge ſupino,
V, ſemper breuians, rio: ſic dabit eſurit, eſu.

Meditatiuum uerbum, quod cū primitiuo ſignificat cupio, ut eſurio, eſſe cupio, etiam ſignificat famē patior. Formatur meditatiuum à ſupino poſtremo, correpta u, & addita rio; ut partu parturio.i.cupio, aut conor parere. Valla mauult hæc, quæ meditatiua uulgo dicuntur, dici deſideratiua; quia deſiderium, non meditationem notant; non inepte tamen meditatiua appellantur, quia maximè ſolemus meditari, quæ uehementer deſideramus.

Finis primæ partis Grammaticæ Deſpauterianæ.

SYNTAXIS GRAMMATICAE DEFINITIO.

GRammatica quid eſt? Ars recteſcribendi, recteque loquendi, poetarum enarrationem cõtinens, omnium ſcientiarum fons uberrimus. Eſt ne Grammatici etiam exponere hiſtoricos, & oratores? Quid ni? Cur igitur in diffinitione poetarum ſolum meminiſti? Quia poeta uerius quodammodo omnis ſcriptor eſt, uti homo, omnis creatura, & anima; teſte Ariſtotele, omnia, quia omnium imagines in ſe recipit; ita diuinus poeta omnes ſcriptores præſtat, quod de Virgilio in confeſſo eſt. Iraque per poetarum enarrationem facile intellexeris etiam reliquorum. Grãmatica, unde dicitur? A Græco nomine gramma; geniti uo grammatis uel grammatos .i. litera, & declinatur hęc grammaticá, grammaticæ, uel grãmatice grammatices. Latine dicitur literaria & literatura, & multitudinis numero literæ. Literarũ quoq; nomine interim ſcientiã intelligimus quamlibet. Literę, etiam epiſtola eſt. Quare grammatica nomẽ habet a literis? Quia a literis incipit, e quibus docet ſyllabas efficere, & hinc dictiones, rurſumque orationes: quorum omniũ uim, ut recte loquamur, & ſcribamus, pulchre enucleat. Infantem Grammaticen .i. paruam & rudem literatoriam artem, aut literationem, aut grammatiſten dicimus.

GRAMMATICAE DIVISIO.

Grammatica, quotuplex eſt? Duplex, Methodica, & Hiſtorica. Quid eſt Methodica? Quæ recte loquendi, & ſcribendi præcepta continet. Vnde dicitur Methodica? A Methodus .i. uia; quia uiam rationis præſtat.] Quid eſt Hiſtorica? eſt poetas enarrandi ſcientia. Vnde dicitur? Ab hiſtoreo, ideſt, enarro.

METHODICAE DIVISIO.

Quot ſunt partes grammaticæ methodicæ? Quatuor. Orrographia, Etymologia, Syntaxis, Proſodia. Primæ, litera. Secundæ, dictio. Tertiæ oratio. Quartæ, debetur ſyllaba. Ortographia, quid eſt? Recte ſcribendi peritia; ut Chryſoſtomus, cum ch, aſpirato, & y, Græco, a Chryſos. i. aurum. Vnde dicitur ortographia? Ab orthos. i. rectus. & grapho, ideſt ſcribo; inde ortographia, ideſt recta ſcriptura. Etymologia, quid eſt? Scientia oſtendēs ueram dictionum originem cum reliquis accidentibus; vt rex, a rego, etymon eſt. Vnde dicitur? Ab etymos. i. uerus; & logos, ſermo, uerbum, ratio, quaſi ueriloquium. Syntaxis, quid eſt? Pars grammaticæ, qua congruam orationem ab incongrua diſcernimus. Vnde dicitur? A ſyn. i. con, & ratio. i. ordino, & taxis. i. ordinatio. hinc ſyntaxis, coordinatio, ſiue conſtructio. Quid eſt conſtructio? Debita dictionum in oratione ordinatio. Quid eſt congruitas? Oratio ſecundum grammaticæ regulam facta; vt amo Deum. Quotuplex eſt congruitas? Triplex. Quo modo? Voce tātum, ſignificatione tantum, & voce cum ſignificatione, vel ſenſu. De prima, vt populus cātat. De ſecunda: vt populus cantant. De tertia: ut Petrus ambulat. Quomodo differunt Grammatice loqui, & Latine loqui? Grammatice loqui, ſiue congrue, eſt arte ita cuſtodire, vt nullum admittatur vitium. Latine loqui, eſt vbi elocutione luceſcit oratio, & eleganter loqui. Syntaxis diuiditur: nam quædam eſt finita: vt amo Deum: quędam infinita: vt me amare. Rurſus quędam eſt perfecta; vt amo Deum: quædam imperfecta; vt ſi amare Deum. Proſodia quid eſt? Carminis, & accentus notitia: vt Simon, Simonis, penultima longa. Vnde dicitur? Απρὸς. i. ad, & ᾠδὴ ideſt, cantus, hinc eſt accentus: & ſcribitur in ſecunda ſyllaba cum œ, diphthongo; vt comœdia, tragœdia:

tragœdia: quia eiuſdem eſt originis.

SYNTAXEOS DIVISIO.

Syntaxis quotuplex eſt? Triplex, Præceptiua, Permiſſiua, Prohibitiua. Præceptiua qd eſt? Syntaxis quæ ſub arte, & præcepto cõtinetur: vt vir fortis: turba ſedet. Permiſſiua qd eſt? Syntaxis contra artẽ vitioſa, rõne vel autoritate excuſata: ut ſola bubo, oẽs flerc, pars ſecãt, Prohibitiua qd eſt? Syntaxis nobis prohibita, quia vitioſa, nec rõne nec autoritate excuſata, vt vos eſtis doctus. Quotuplex eſt Syntaxis præceptiua? Triplex. Familiaris, Media, & Elegãs. Familiaris quæ eſt circa familiarem loquendi modum perfecta cõſtructio: vt, Te laudant oẽs. Media, quæ eſt circa ornatiorem dicendi modum perfecta conſtructio: vt, Te omnes quidem honore afficiunt. Elegans, quæ eſt circa elegantiſſimum dicendi modum perfecta conſtructio: vt, Laus tua non obſcuro, nec vario ſermone, ſed clariſſime, & una omnium voce profertur.

SYNTAXEOS ACCIDENTIA.

Syntaxi ſiue cõſtructioni quot accidũt? Duo. Cõcordãtia, & regimen. Concordantia quid eſt? Debita partiũ orationis cõueniẽtia in genere, numero, caſu, vel perſona. Quotuplex ẽ Cõcordãtia? Triplex. Quomodo? Adiectiui & ſubſtãtiui. Relatiui & antecedentis. Verbi cũ nominatiuo a fronte recto. Quot accidentia congruitatem mutant? Quatuor. Quæ? perſona, genus, numerus, caſus. Perſona, inter relatiuũ & antecedẽs, & magis adhuc inter verbum, & nominatiuum à fronte rectum. Caſus, inter adiectiuũ, & ſubſtantiuum. Genus, inter hæc & relatiuum, & antecedens. Numerus his omnibus communis eſt. Caſus etiã, vndique inter dictionem rectam, & regẽtem. Regimen quid eſt? Certi caſus exigentia, de caſus natura nihil amittẽtis, vt exigentia accuſatiui in verbo

amo:eſt regimen,quia dicimus,amo literas.Quare dixiſti,de caſus natura nihil amittẽtis? Propter caſus aduerbialiter ſine prępoſitione poſitos,vt vado Romã,quia ſe re totã naturã caſus & nominis amittunt, adeo ut pauciſſima admittant adiectiua,quia non dicimus,niſi poetice, vado Romam pulchram,nec ſum domi amplæ,ſed ſolum domi meæ,tuę,ſuæ,noſtrę,veſtræ,alienę.Iure igitur rectore carere dicuntur ab Alexandro.Regere,eſt certũ caſum exigere,nihil de caſus natura amittentẽ.Quomodo differũt regere,exigere,deſeruire,& determinare.Boni autores nullam penitus in his differentiam poſuere, potes hanc ſumere: Exigere, latius eſt quàm regere, quia dictio nihil præter caſum regit; ſed bene exigit, quia verba prohæretica, poſt ſe exigunt infinitiuum,nõ regunt, & verbũ exigit aduerbium,nõ regit. Deſeruire, nihil differt a regere:vt comparatiuus cui caſui ſeruit,ſiue deſeruit.i.quem caſum regit?Determinare,eſt confuſionẽ ſignificationis tollere, & hoc quã latiſſime ſe extẽdit:nam adiectiuũ determinat ſubſtantiuũ,non regitur a ſubſtantiuo:infinitũ,determinat finitum.aduerbiũ vero verbũ,cognomẽq; nomen,& ſemper vnum ſubſtantiuorum in appoſitione determinat reliquum. Omnis dictio recta determinat regentem. Quotuplex eſt regimen? duplex,actiuum,& paſſiuum. Quid eſt regimen actiuũ? dictio regens. Quid eſt regimen paſſiuum?dictio recta. Quid eſt dictio regens? quæ confuſe ſignificans declaratur per alteram,vt amo:hic,amo Deũ. Quid eſt dictio recta?quæ dictionẽ regentem declarat: vt Deum. hic ẽt amo Deũ.Quot partes orationis regunt? Oẽs ꝑter cõiũctionẽ,vt liber Petri;hęc volucrũ;amo Deũ;ſatis vini amãs Deũ ad patrẽ,heu me! Ergo apud Vergiliũ.Illius ergo venimus,nõ eſt cõiũctio,ſed aduerbiũ fungẽs officio nominis, vt, Abunde hic, Abunde ingenii cui ẽ,facile docetur,& ſic exponit. Illius ergo venimus. i. illius cauſa:

&

& ita nulla coniunctio regit, nec regitur vnquã. Quot partes orationis regunt, & reguntur? Tres, Nomẽ, Pronomẽ, Participium: quia ſolus caſus regitur, ut liber Petri; hęc volucrum; amor mei: amans amãte. Quot orationis partes regunt tantum? Quatuor, Verbum, Aduerbiũ, Prępoſitio, Interiectio, ut do tibi parum uini, ad Petrũ, Veh peccanti. Quot partes orationis nec regunt, nec reguntur. Vna tantum. Quę coniunctio. Regit ne omne nomẽ? Ita aliquo modo, tamen nomen proprium, & loco illius pronomen, nõ regunt, niſi per ſubauditionẽ, ut, Maria Zebedei. ſ. uxor. Aeneas Anchiſę. ſ. filius: ſimiliter cum dixit Ver. Quid meus Aeneas, &c. ſ. filius. Itẽ ego amo, ego, non regitur, niſi quia ſubauditur proprium, uice cuius ponitur Ioannes, aut ſimile.

DE CONCORDANTIA, ET REGIMINE,

LIBER VIII.

Et primum de Concordantia.

Adiectiui, & ſubſtantiui concordantia.

MOBILE *cum fixo, genere, & caſu, numeroque.*
Conueniat; nomen, ſic uult cognomine adeſſe.

Adiectiuum, & ſubſtantiuum, eſſe debent eiuſdẽ generis, caſus, & numeri, vt acutus gladius, laſciuus paſſer, honeſta vxor, pulchra facies, forte corpus, ingẽs ęquor, ſcholare murmur. Quid eſt adiectiuum? Quod ſubſtantiuo adijcitur, ſine quo ſenſu non perficit, & uariatur per tres diuerſas uoces, aut per tres articulos, ut bonus, bona, bonum; hic & hæc & hoc felix. Quare dicitur mobile? Quia de genere mouetur in genus, ut bonus, bona, bonum. Quid eſt ſubſtantiuum. Quod

adiectiuo ſubſtat, & variatur per vnũ articulũ, aut per duos ad ſummũ? Quare dicitur fixum. Quia firmum eſt, nec mouetur de genere in genus. Quotuplex eſt adiectiuum? Triplex. Nomen, vt ſanctus, Pronomen, vt meus. Participium, vt lectus. Ego pauper, vtrũ eſt ſubſtantiuũ? Ego. quare? Quia pronomina primitiuæ ſpeciei per ſe, pro ſubſtantiuis habentur. Pauper, eſt adiectiuum. Quot modis adiectiuum ſubſtantiuatur? Tribus. Primo, in maſculino genere, vt oriens, occidens, pro cœli partibus. Secundo, in fœminino genere: vt arida, pro terra: continens, pro terra, non inſula. Tertio, in neutro genere, vt antecedens .i. oratio alteram inferens. Conſequens, oratio illata. Quot modis declaratur ſubſtantiuatũ in neutro genere? Tribus. Primo, per nomen res, vt triſte .i. triſtis res. Secundo, per nomen pars, vt ſummum domus .i. ſumma pars domus. Tertio, per abſtractum, vt æquum .i. æquitas, [Nomen ſic vult cognomini adeſſe.] Nomen, & cognomen, concordant in genere, caſu, & numero, ſicut adiectiuum. & ſubſtantiuũ, vt Pontius Pilatus, Simon Petrus. Idem eſt de prænomine, & agnomine di... dum: vt Marcus Tullius Cicero. Si quis habet cognomẽ ab oppido, licet ne in ablatiuo ſic loqui? Petrus de Bruxella, Egidius de Roma, Henricus de Gandauo? Minime, quia doctiſſimi ita nunquam loquuti ſunt, ſiue cognomen fuerit patrium nomen: & hæc ſufficientiſſima ratio, vt; Ieſus Nazarenus, Liuius Patauinus, Petrus Hyſpanus, Cicero Arpinas, Thomas Aquinas, non de Aquino, & ita in reliquis. Licet ne dicere Petrus de Ponte, Ioannes de lapide, de Palude? Non, ſed Pontanus, Lapidanus, Paludanus, &c. Dic etiam Martinus magiſter, non Magiſtri. Iacobus Faber, non fabri. Si durius tamen fuerit nomen, & commode non poſſit detorqueri ad hanc formam, licebit ponas in ablatiuo, ſed cum præpoſitione a, ut Guido a rupe forti, &c.

Con-

Concordantia Relatiui, & Antecedentis.

Pone relatiuum, cum præcedente in eodem
Et genere, & numero, nec non perſona in eadem.

Relatiuũ,& antecedens, concordant in genere, numero,& perſona; vt ego gaudeo, qni locupletibus geni tus sũ.non fles tu, qui perdidiſti patrem?video pauperẽ, cuius miſereor. Pater eſt,quem diligo,&c.De quibus relatiuis intelligiť regula? Solũ de qui,quæ,quod, ille, ipſe,is: & ſi quando referant, iſte, hic. Relatiuũ quid eſt? Ante latæ rei recordatiuũ.Quotuplex eſt relatiuũ? Duplex.Subſtantiæ,& Accidentis.Quod eſt relatiuũ ſubſtãtiæ? Qđ refert antecedens ſubſtantiuũ; vt, habeo librũ, quem queris.Da relatiua ſubſtantiæ.Qui,qnæ, quod, is, ſuus,ipſe,ſui,ille,idem,alius,alter,reliquus,cætera,cæterũ.Quotuplex eſt relatiuũ ſubſtantiæ?Duplex. Quomodo?Similitudinis,& diuerſitatis. Quod eſt relatiuũ ſubſtantiæ ſimilitudinis? Quod idem refert cũ ſuo antecedẽte;& sũt hæc,qui,quæ,quod,is,ſuus,ipſe,ſui,ille, idẽ. Quod eſt relatiuũ diuerſitatis? Quod refert antecedens diuersũ a conſequente,cũ quo concordat,ſed ſub eodẽ genere vel ſpecie: vt amo laurũ, & cæteras arbores: ex quo infertur,laurũ eſſe arborem. Da relatiua diuerſitatis, Alius,alter, reliquus,cætæra ceterũ;quia cæter, aut cæterus non diciť.Relatiuũ accidentis quod eſt? Quod refert antecedens adiectiuũ,vt qualis; veluti,Sũ albus, qualis eſt pater.Da relatiua accidentis.Qualis, quantus, quot,quotus,quotãnis,quotẽus,quotuplus,quotuplex; cuius,cuias.Intelligiť ne regula noſtra ẽt de relatiuis accidẽtis?Nõ.cur ita?Quia sẽper cũ ſequẽti cõcordat: vt Catharina eſt pulchra,qualis eſt eius filius, vel quale eſt eius mãcipiũ.Cur relatiuũ nõ cogiť cũ antecedẽte concordare in caſu?Quia a diuerſis caſibus plerũq; regũtur.

Cogûturne aliquando in eodẽ caſu poni? Etiã. Quãdo? Cũ antecedẽs abſolute.i.ſine verbo ponitur, vt relatiuũ habeat locũ: vt, Virga tua, & baculus tuus, inſa me cõſolata ſunt. An relatiuũ aliquando locatur ſine anteceden te? etiam. Quando? Quũ odij cauſa aliquẽ nominare uolumus, aut quia rẽ nouiſſimam putamus. Prioris exemplum, dicit Iuno de Semele pellice, Ipſa petenda mihi, ipſam (ſi maxima Iuno Rite uocor) perdam. poſterioris exemplum in Euangelio Ioannis, Domine ſi ſuſtuliſti illum, dicito mihi, ubi poſuiſti eum.

De Relatiuo, regula oratoria.

Quando relatiuo præcedens ſubdis, eodem
Ponatur caſu, quia uerbo dantur eidem.
Quem ſcribo librum bonus eſt ornatius aio.
Quàm librum quem: non raro reperimus in uſu.

Quãdo relatiuũ q, quæ, quod, præponitur antecedẽti, ſic ut antecedẽs cũ eodẽ uerbo cõſtruat, Latine & eleganter in eodẽ ponunt caſu: vt, Quas ad me dediſti literas, iucũdæ fuerunt. Si añs in eodẽ caſu pcedat. eritne oratio cõgrua? ueluti, librum quẽ ſcribo bonus eſt. Erit nimirum congrua, ſed inelegans, & uix ſatis Latina.

Altera de relatiuo regula oratoria.

Si referens, ponas inter generum uariorum
Caſus, haudque ſequens fuerit, proprium, dabis ut uis:
Sin proprium fuerit, referens conforme ſit illi.

Quotieſcunque relatiuũ qui, quæ, quod, ponitur inter caſus diuerſorũ generũ, & ſequens fuerit nomẽ appellatiuũ, poterit cõcordare cũ utrolibet. Si uero ſequẽs ſit nomen propriũ, cũ eodem cõcordabit relatiuũ. Da prioris partis exẽplum, video animal qui aſinus dicitur, vel quod aſinus dicitur. Vtri elegantius conformatur? Poſteriori parti ut nauigo aquam, qui Rhodanus dicitur. Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur,

De

De coniunctiuis & interrogatiuis.

Conſimiles optant caſus coniunctio quærens,
Conſimilesq; modos, ſi non regimen uarietur.

Coniunctio,& quicquid coniungendi vim habet,petit ſimiles caſus,& modos ſimiles. Itē interrogatiuum, reſponſiuum, eiuſdem erunt caſus, niſi regimen uarietur. Da exempla prioris partis. Vxor & maritus litigant. Tu es fortior quàm Petrus. Superbus ambulat quaſi rex. Quæ habent uim coniungendi? Quam, niſi, præterquàm, ſicut, quaſi, velut, & plura. Da poſterioris partis exempla. Cuius eſt liber? Petri. Cui dabis panem? Inopi, Quis miſeretur peccatoris? Mitiſſimus Ieſus. Quem tremunt barathra? Ieſum, &c.

Adde quòd coniunctio ita ſimiles caſus coniungit, vt tñ neceſſe ſit eos pertinere ad res diuerſas: alioquin.n.ſi ad rē eādē pertineāt, nihilominus eſſent ſimiles,& ijdē, ſed ſine ulla intermedia coniunctione: idq; per Appoſitioné, aut euocationē: de qbus infra. Itē copulatiua coniunctio efficit pluralem numerū: diſiunctiua ſingularē: quia illa ſimul accipit ea, quæ coniungit: hæc tantū vnū eorū. Quare addidiſti, Niſi regimen uarietur? Quia ubi dictiones exigunt, vel regūt diuerſos caſus, ſi id neceſſario fiat, hæc regula nō hēt locū: ut dicimus, liber meus, & nullo modo, liber mei: adeo neceſſario dicimus hic liber eſt meus, & Petri. Cuius penna eſt? Mea. Quanti emiſti? Aureo. Cuius intereſt? Mea. accuſaris furti, an homicidij, an utroque? Exēpla de ſimilib. modis. Teren. Cū nihil eſt nihil deſit tamē, a deſio. Idē: An quod uiam ignorāt, an qđ iterperficere nequeunt. Notandum, ꝙ quoſcūque caſus dictio regens poteſt regere, illos etiam cōiunctio poteſt copulare. Si quis interroget, qualis eſt? potes ne reſpondere homo? Minime. Cur non? Quia interrogatiuis danda ſunt debita reſponſiua: ut, Quis es? Pe-

trus. Quis currit? Homo. Qualis eſt? Albus, niger, doctus, & cætera qualitatem dicentia. Quantus es? bipedalis, & cætera quantitatem continuam ſignificantia. Quotus es? Primus ſecundus, &c. Quot ludunt? Tres, quatuor, &c.

De nominatiui regimine.

Quot modis nominatiuus ponitur in oratione? Duobus. Priore modo regitur: vt auis canit. Poſteriore ponitur abſolute ſine regimine: ut Dominus noſter IESVS CHRISTVS, is facit omnia. Quot modis regitur nominatiuus? Duobus. Figurate, & ſine figura. Figurate, vt Tu, & Petrus luditis. Sine figura, Tu ludis. Quot modis regitur ſine figura? Duobus. A frōte, & a tergo. A fronte: vt, Deus regnat. A tergo, sū homo. Quot modis noïatiuus regitur figurate. Septem, primo, ubi eſt appoſitio: vt, Fluuius Tibris eſt turbidus. Secundo, p euocationē: vt, ego Petrus ſcribo. Tertio p conceptionē perſonarū: vt, ego & tu legimus. Quarto, p prolepſin: vt, Studemus, ego q̄dem poeticæ, tu vero medicinæ. Quinto, p Zeugma: vt Hebræi ſunt, & ego, & eiuſmodi orationes non Latinæ modo, verū ēt perelegantes ſunt. Sexto per antiptoſin in proſa prohibitā: vt ſi quis dicat. Soni alii uoces, alii nō uoces, pro ſonorum alii, &c: Septimo, per ſynteſin, raro utendam, ut Turba ſtrauerunt veſtimenta ſua.

Regula nominatiui prima.

Ante capit rectum perſona conuenientem.
Et numero, uerbum, quod perſonale uocatur,
Nec non finitum rectum perſæpe tacemus.
Sæpe loco illius quid pono, ne puer uni
Pluralem dones ſermonem: non honor eſt hic.
At de me ſolo, numerus dicetur uteruis.

Omne

Oē verbum perſonale finiti modi regit ante ſe expreſſe, vel ſubaudite eiuſdē numeri, & perſonæ nominatiuū vel aliquid pro ntō: vt ego ſcribo, tu legis, Tyrannum regnare nōcet reipublicæ, pluit, ningit. Quare dixiſti in regula perſonale? Quia impersonale ante ſe nominatiuū non recipit, vt ſtatur, curritur, pœnitet me peccati. Quare dixiſti finiti modi? quia infinitiuus ante ſe non nominatiuū, ſed accuſatiuū recipit, vt me amare rumor eſt. Quot ſunt modi finiti? Quatuor. Indicatiuus, Imperatiuus, Optatiuus. Subiūctiuus. Cur dixiſti ante ſe, ſiue a fronte? Quia verbū perſonale poſt ſe plerūq; recipit obliquū: vt miſereor tui, amo Deū. Cur dixiſti expreſſe ſeu explicite? Propter tales orationes, Deus regnat, ego ſcribo, vbi expreſſe ponitur nōminatiuus. Cur dixiſti ſubaudite vel implicite? Quia nominatiuus aliquando in verbo intelligitur, vt pluit. ſ. Deus, vel natura. Aiunt Cæſarem uiuere. ſ. hoīes. Cur dixiſti eiuſdem numeri & perſonæ? Quia aliter incongruæ, & ineptæ eſſent orationes: vt ego curris, tu lego, tu dixit. Cur nominatiuū dicis, & nō rectū, vt in carmine? Vt vocatiuū excludam, qui rectus eſt, quia nominatiuo ſimilis: ſed nūquam a verbo regitur. Cur dicis vel aliquid pro nominatiuo? Quia multa per ſe nullius caſus nominatiui officio fungūtur: vt primo infinitiuus ſolus ſine caſu, vt furari eſt malū. Secūdo, infinitiuus cū accuſatiuo ante ſe: vt tyrannos viuere, nō expedit reipublicæ: hoc dialectici vocant dictū. Tertio, infinitiuus cū aliquo caſu poſt ſe: vt ſeruire Deo, regnare eſt. Quarto appellatum: vt, quod ſtudes, eſt tibi conducibile. Eſt aūt appellatū, tota oratio nominatiui & verbi præcedēte particula, ꝙ, aut ſimili. Quinto, quædā aduerbia fungūtur nominatiui officio: vt partim virorū ſunt occiſi. i, aliqui viri. Satis pecuniæ ē mihi. Dictio technice. i. materialiter poſita, eſt verū nomen indeclinabile neutri generis; ideo non debet dici poni in ntō. Cæte-

rum notandum quicquid ponitur loco nominatiui eſſe neutri generis, & indeclinabile nomen. Perſius. Scire tuum nihil eſt,niſi te ſcire hoc ſciat alter. Cur non dixiſti,nominatiuum pro ſuppoſito,vt grammatiſtæ? Quia ſic nominatiuus non eſt ſuppoſitum: quia pro loco alicuius ſignificat,Plinius:Iunipero ſpina ꝓ folio eſt.[Ne puer vni.&c.]Vni,ut uni,non eſt pluraliter loquẽdum: ſed de ſeipſo poteſt quis tam pluraliter,quàm ſingulariter loqui.Exemplum prioris patris: ut rogo uos amice, uenias ad prandium mecum: non autem rogo uos amice,ut venietis &c.hoc patet tam per ſacrã ſcripturam, quàm per ethnicam:vt,Aue Maria.Tu es filius Dei. Si hunc dimittis,non es amicus Cæſaris.Exemplum poſterioris.Cicero ad Brutum:Populo impoſuimus,& oratores niſi ſumus.Quintilianus:Vtinam hoc fata mihi præſtarent,ut reſiduũ laborantis animæ in tuo poneremus amplexu.Ecce quomodo idem de ſe nũc pluraliter,nũc ſingulariter loquitur.Cur dixiſti vni,vt vni? Quia ſi vni loquentes, ad plures ſermones dirigi volumus poterit locutio eſſe pluralis. Vergilius nono Aeneidos: Vos o Calliope,precor,aſpirate canenti. Cũ appellat Calliopen,ad omnes muſas ſermonem dirigit.Quia hodie inuite,audiuntur tu,tibi, tuus &c.ideo blãdius poterit ſic loqui;per tuam beatitudinem, ſanctitatem,maieſtatẽ, dignitatem,paternitatem,nobilitatem, humanitatem, probitatem &c.Me tamen veſter,pro tuus ponas: quia ueſter, eſt intrinſecus plurale.

Regula elegantiæ.

Quod duo ſi rectos numerum uerbo uariorum
Præponas, uerbum quadrabit proximiori.
Omnia pontus erat dic, & domus antra fuerunt.
At ueſtes ſunt lana, feras: eſt lana, caueto.

Verbum ſubſtantiuũ, poſitũ poſt duos nominatiuos diuer-

diuerſorum numerorũ, elegãter conformatur ſecundo nominatiuo; vt bona arma gladius eſt: gladius bona arma ſunt. Ouidius. Omnia pontus erat. Itẽ, Domus antra fuerunt, ſingularis numeri eſt domus, [At veſtes, &c.] Si verbum ſubſtantiuũ ponatur inter duos nominatiuos diuerſorum numerorum, concordabit cum præcedẽti: ut ueſtes fuerunt lana, non ueſtes fuit lana: mandata tua ſunt meditatio mea, non eſt. Sermones ſummi patris ſunt meditatio iuſti, & non eſt.

Secunda regula principalis.

Cum ſubſtante uocans, & uim quod ſeruat eorum.
Si ſit res eadem, poſt ſe rectum retinebunt.

Verbum ſubſtantiuũ, verbumq; vocatiuũ, & eorum vim habẽtia regunt poſt ſe nominatiuũ, qui ſignificatur accipi pro eodẽ cum ntõ præcedente explicite uel implicite, vt ſum paruus, eſt homo, Deus eſt omnipotens, uocor Ioãnes, cognominor Peliſſo, ſedeo lętus. Cur dixiſti, q ſignificatur accipi? Quia niſi acciperẽtur caſus p̃cedẽs, & ſequẽs, aut ſaltẽ ſignificarẽtur accipi pro eodẽ: ueluti tu es aſinus, nõ eſſet poſterior caſus nõiatiuus, vt hic gladius eſt Petri, pater eſt filio. Vtrũ dicemus, Petre eſto bone, an Petre eſt bonus? Petre eſto bonus, quia ante intelligitur nominatiuus tu. Verbũ ſubſtantiuũ qd eſt? Quod alijs verbis ſubſtat in coiugendo uel reſoluẽdo, vt Sũ, Subſtat verbo lego, in reſoluẽdo, quia lego. i. legẽs, ſum legebã. i. legẽs erã &c. Legor, ſic non reſoluitur, quia caret participio præſentis temporis: ut omnia paſſiua, ſicut omnia actiua carent participiis p̃teriti tẽporis. Quotuplici uerbo ſubſtat Sum in cõiugãdo. Quĩtuplici. Primo, paſſiuis: vt amor, amatus ſum. Secundo deponentibus: vt loquor loquutus ſum. Tertio, cõmunibus: vt oſculor, oſculatus ſum. Quarto, neutro paſſiuis: gaudeo, gauiſus ſum, uel fui. Quinto, imperſonalibus

paſſiuæ

paſſiuæ uocis, vt ſedetur, ſeſſum eſt, vel fuit. Quot ſunt verba ſubſtantiua? Vnicũ, quod eſt Sum. Quomodo excludis fio, exto, exiſto, quæ plurimi eſſe ſubſtantiua dixere? Quia hæc aliis verbis non ſubſtant: ſed ipſis, vt cæteris, ſubſtat ſum, veluti fio, factus ſum, exiſto, ſum exiſtẽs. Quotuplicia verba habent vim verbi ſubſtantiui? Triplicia. Primo paſſiua, quorũ actiua regũt duos accuſatiuos pro eadem re receptos, vel quaſi acceptos; vt crederis diues; quia dicimus, credo te diuitem, vbi ſubauditur eſſe; ſic habeor doctus &c. Secundo verba neutra, veluti eundi, manendi, viuendi &c. Veluti, concedo domũ potus, paraſitus venit ad cœnam inuocatus, vade cautus &c. Tertio, plurima alia verba actiua deponentia, quorũ nõ cõſtat mihi certa regula: vt adiui hoc puer, feci inuitus &c. Vocatiuũ verbũ quid eſt? Quiddam generale, quod per rei nomen præſertim propriũ, aliquando etiam cõmune, determinatur, vt vocor Ioannes. Quot ſunt verba vocatiua? Quinq;, Nũcupor, appellor, vocor, dicor, nominor. Cuius generis ſũt uerborũ perſonaliũ. Paſsiui. Habet enim actiua in o voco, nũcupo &c. quæ regũt duos accuſatiuos, qui ſignificãtur pertinere ad eandem rem, vt voco te aſinũ. Cur hæc actiua non dicuntur vocatiua? Quia in propoſito tantũ ſcire volumus, quot ſũt vocatiua poſt ſe nominatiuũ regentia. Quæ habent vim vocatiuorũ? Cognominor, agnominor, inſcribor, ſalutor &c. vt cognominor Peliſſo, De ſpauterius, cognominor Aphricanus, ſalutor poeta, ſcribor hæres, arguor inſanus, hic liber inſcribitur Syntaxis Deſpauterii, &c.

Eſſe infinitiuum.

Eſſe pares optat caſus. Sed non male dices,
Huic licet eſſe probum. loquitur ſic Quintilianus.

Eſſe copulat ſimiles caſus, qui pro eadẽ re ſignificant accipi, vel explicite vel ĩplicite. De nominatiuo. Petrus

cupit

cupit eſſe doctus. De genitiuo, Miſereor Ioãnis cupiẽtis eſſe docti, cui deeſt ingeniũ. De datiuo, Licet mihi eſſe ſacerdoti. De accuſatiuo, Audio Ioãnem eſſe doctũ. De vocatiuo nõ datur exemplũ. De ablt̃õ, Vtor familiariter Ioãne cupiẽte ẽẽ canonico. Quare dixiſti ĩplicite? Quia aliqñ alter caſus ſubaudit: Vt huic licet eſſe probũ, &c.

Appoſitio.

Apponens coniunge pari caſu duo fixa.
Eſto res eadem: declaratumque præito.

Si duo nomina ſubſtantiua ad eandem rem pertinẽtia coniungantur ſine cõiunctiones erũt eiuſdem caſus, præcedẽte declarato per appoſitionẽ: vt fratres gemini: hic sũt duo ſubſtãtiua, fratres & gemini, pro eiſdẽ rebus accepta ſine cõiunctione, ergo ponũtur in eodẽ caſu: & declaratũ ſ. fratres præcedit. Da plura exempla. Ioãnes homo magni ĩgenij, fluuius Rhenus, vrbs Roma, arbor morus, Mons Libanus, mẽſis Auguſtus. Appoſitio quid eſt? ſine coniunctionis medio ſubſtantiuorum ad eandẽ rẽ pertinentium in eodem caſu poſitio: vt vrbs Roma. Cur dicis ſine cõiũctionis medio? Quia ĩepte dicitur fluuius & Rhenus, vrbs & Roma &c. Cur dicis in eodem caſu? Quia hoc in omni appoſitione eſt neceſſariũ. Per quot caſus fit appoſitio? Per oẽs: vt arbor ſycomorus, ris, ri: ri, ro, rem, rum: ro, re, &c. Poſſunt ne eſſe diuerſorũ generum? Etiam, vt flumẽ Rhodanus, vrbs Gandauum &c. Poſſunt ne ſubſtantiua eſſe diuerſorũ numerorum in appoſitione? Vix. Quia non dicimus vrbes Roma, ſed vrbs Roma, niſi cũ alterũ altero numero caret: vt vrbs Athenæ, piſces ſignũ: & vbi alterum eſt collectiuũ. Ouidius, Turba ruũt ĩ me luxurioſa proci. ſic ordina, proci turba luxurioſa, ruũt in me. Quot de cauſis fit appoſitio? Trib. Primo, cauſa reſtringẽdæ generalitatis: vt arbor Laurus. Secundo, cauſa remouẽdæ æquiuocationis: vt leo ſignũ

ardet,

ardet. Eſt autem æquiuocum polyſemũ, hoc eſt, dictio diuerſa ſignificatione multa ſignificans: ut canis, lupus, &c. Tertio cauſa attribuendæ proprietatis: ut Plato homo doctiſſimus. An appoſitio eſt figura? Etiam. Quare? quia appoſitio eſt arte aliqua nouata dicendi forma. Nouata.i.a trito uulgi & inueterato loquendi modo remota, & ita elegans: ut Molem magalia quondam. Quid eſt figura? Arte aliqua nouatā dicẽdi forma. Quotuplex eſt figura? Triplex. Dictionis, locutionis, conſtructionis. Quid eſt figura dictionis? Quæ in dictione fit: ut Syncopa, Apocope, &c. Quid eſt figura locutionis? Quæ circa aliquem loquendi modum, non circa congruitatis regulam uerſatur, ut ſine Cerere & Baccho friget Venus, Metonymia. Quid eſt figura conſtructionis? Quæ circa grãmaticas conſtructiones uerſatur, ut Appoſitio, euocatio, &c. Quot ſunt figuræ conſtructionis? Octo. Quæ? Appoſitio, euocatio, conceptio, vel ſyllepſis, prolepſis, zeugma, antiptoſis, ſyntheſis, & ſynecdoche. Quot harũ elegantes ſine ullo uitio? Quinque. Quæ? Appoſitio euocatio, conceptio, prolepſis, zeugma. In quibus nihil eſt uitij, tantum abeſt, ut ſint rationes excuſantes, ſed elegantiæ & ornatus plurimũ. Antiptoſis & ſyntheſis plerunque habent uitium ratione excuſatum, ſuntque ſub grammatica permiſſiua, ut ſynecdoche.

Euocatio.

Si ternam primæ des: totum ſit tibi primæ.
Siue ſecundæ des ternam, totum eſto ſecundæ.
Pauper ego canto. Luca uir maximus audi.

Quando immediate primæ, uel ſecundæ perſonæ iungitur tertia, tota oratio eſt primæ, uel ſecũdæ pſonæ per euocationẽ: ideo uerbum erit primę, uel ſecundæ perſonæ: ut, ego pauper cãto. Tu diues trepidas. Cur dicis immediate? Quia nõ poteſt intercedere coniunctio, quia per-

perſonę.hic ad eandem rem pertinēt. poſſet tamē intercedere coniunctio,ſi duæ tertiæ perſonæ connecterētur vni primę aut ſecūdæ: vt Ego pau p & idoct⁹ neſcio quo modo victū mihi cōparabo. Quid eſt euocatio? Cōtinua tertię perſonæ ad primam vel ſecundā reductio elegās: vt, Ego Ioānes ſedeo. Hic tertia perſona Ioannes, reducitur ad primā perſonam ego: quia verbum eſt primę perſonæ. Continua.i.ſine cōiunctione mediante. Quot ſunt in euocatione neceſſaria? Quatuor. Quæ? Perſona euocās, perſona euocata, abſentia coniunctionis, & verbum perſonæ euocāti conforme. Perſona euocans eſt prima, vel ſecūda pſona: vt ego, nos, tu, vos. Perſona euocata, eſt tertia perſona vt Ioānnes. Quotuplex eſt euocatio? Duplex. Quomodo? Explicita, & Implicita. Explicita, vbi perſona euocans, & euocata, exprimuntur: vt, Ego Apollonius ſcribo. Implicita, vbi perſona euocans ſubauditur: vt, Peccatores te rogamus audi nos.

Conceptionum paraſceue.

Quæ per &, aut ſocias iungo, dant rite ualorem
Pluralem: ſic cum, pro coniungente repoſtum.

Copulatum per coniunctionem copulatiuam &, atq;, & cæteras: & per præpoſitionem cū, pro &, valet dictionē pluralis numeri: vt, tu, & iſte.i.vos: ego tuq;.i.nos, Petrus & Ioānes ludunt, quos video. Vergilius & Ouidius ſunt docti. Bertha cū Catharina ſunt pulchræ. Ouidius: Ilia cum Lauſo de Numitore ſati. Conceptionum paraſceue, ideſt ad conceptiones noſcendas præparatio.

Perſonam, atq; genus, ſemper dabimus mage digno:
Prima quidem reliquis præſtat, ternæque ſecunda
Maſculeum reliquis preſtat: neutro muliebre.

Copulatum æquipollēs, vni plurali, eſt eius perſonæ, aut gn̄is, cuius eſt pars dignior p conceptionem. Exemplum

plũ de perſona:vt,ego & tu, & ego & ille eſt primę pſonæ:quia ego eſt pars dignior:nã prima perſona concipit ſecundam & tertiam per regulam.[Prima quidem reliquis prętat.]Ideo dicimus:Ego & tu diſputamus:verbũ eſt pluralis numeri:quia ego,& tu,æquipollẽt vnį plurali.Itẽ,Tu & Petrus luditis: quia ſecunda cõcipit tertiã, per regulam.[Ternęq; ſecunda.]Tertia autem ſemper vt indignior, concipitur,nunquam concipit.Tu mecũ gaudemus,aut ſine figura,tu mecum gaudes. Exemplum de genere:vt Petrus & Anna,ẽ pluralis numeri, per valorẽ maſculini generis,quia pars dignior Petrus eſt maſculini generis.Nam maſculinũ concipit fœmininũ & neutrum,& non contra.Ideo dicimus,Petrus & Anna ſunt pij.Dominus & Mancipia ſunt pugnaces.Da regulã.[Maſculeum reliquis præſtat.]Fœmininũ concipit neutrum: vt læna & ſcortum ſunt impudicæ.Dã regulam,[Neutro Muliebre.] Cõceptio quid eſt?Mediata indignioris ad dignius reductio: vt ego tuq; dam'&c.Quare dicis mediata? Quia explicite vel implicite,mediata cõiũctio vel pp̃oſitio cũ.Quotuplex eſt cõceptio? Quadruplex. Perſonarũ,generum,numerorũ,caſuũ.Quid eſt conceptio pſonarũ? Cõceptio in qua a perſona cõcipitur:vt, ego,tuque damus. Quotuplex eſt cõceptio perſonarũ; duplex directa,quæ fit ſine cũ: vt,tu Petruſq; luditis. Indirecta quæ fit per cũ:vt tu mecum gaudemus. Cõceptio generum quid eſt? Conceptio in qua vnũ genus cõcipit alterũ;vt pater materq; ſunt boni,bos & iumẽtũ ſunt ad prę ſepe ligati.Diciturne recte,calamus & papyrus ſũt mali? Vix bene dicitur. Quia in cõceptione generũ coniuncta per &,vel,cũ debent ſignificare res animatas.aliter fere ſemper adiectiuũ deberet eſſe neutri gñis,vt calamus,& papyrus ſunt mala,per regulã differẽtiæ,quæ paulo poſt ponetur. Quid eſt cõceptio caſuũ? Conceptio quæ fit p eum:vt ego tecũ ludimus.Quid eſt cõceptio numerorũ?

Vbi

vbi pluraſe concipit ſingulare; vt Petrus & iſti ludunt. Quot in quaque conceptione ſunt neceſſaria? Quinque. Quæ? Dictio concipiens, dictio concepta, copula, verbum, vel adiectiuum. concordantia cũ dictione concipiente, non cum concepta.

Regula indifferentiæ.

Sint res, abſque anima, ponetur mobile neutrum.
Demonſtratiuum, & referens, pluralia iunge.

Quotienſcunq; ſubſtãtiua rerũ inanimatarũ cuiuſcũq; generis coniũguntur ad adiectiuũ, vel demonſtratiuũ, vel relatiuũ plurale, ipſum erit neutri generis ſemper: vt calceus & ſubucula ſunt detrita, pẽna & atramentũ ſunt ſcribenti neceſſaria, mors & peſtilentia ſunt fugienda. Quare dr̃ regula indifferentiæ? Quia ſubſtantiua poſſunt eſſe ſine differentia cuiuſlibet generis. Quare dixiſti ferè ſemper? Quia quando res ſunt inanimatæ, fit adhuc aliquando conceptio generum, ſed rariſſime. Cicero in Sõnio Scipionis. Concilia cœtusq; hominum iure ſociati, quæ ciuitates appellantur. Lucanus: Menſuraque iuris Vis erat: hinc leges & plebiſcita coactæ, &c.

Conceptio generum implicita.

Implicitam uocites generum ſyllepſin; uterque
Eſt probus. At debent mas, & fœmella notari.

Quando de viro, & fœmina loquimur: non expreſſis concipiente, & concepto, per maſculinum fieri debet conceptio generũ implicita: vt vterq; eſt probus, de Petro eiuſque vxore; vter horũ eſt fœmina? hi ſunt homines &c. Semper oportet loqui de viro, & de fœmina; ſecus nulla eſſet figura. Itaq; conceptio generũ eſt duplex, implicita, & explicita. Explicita in qua genus conceptũ & concipiens explicatur; vt Ioannes, eiuſque vxor ſunt pij: & fit per omnes caſus. Implicita; in qua per maſculinũ loquimur, de viro & fœmina; non expreſſis

genere concipiente,& concepto: ut in Geneſi: Erat uterque nudus: de Adam,& Eua.

Prolepſis,

In partes totum partitur ritè prolepſis
Cum uerbo poſitum: tacitam quandoque uidebis.

Propter totũ,cũ uerbo uel adiectiuo congrue cõſtructum in partibus uerbum vel adiectiuum eleganter intelligitur per prolepſim:vt,Noluerunt uenire,ſed abierũt, unus in uillã ſuã,alter ad negociationes ſuas. hic pp totum inuitati, Latine ſubauditũ cum uerbo abieruut, in partibus verbũ ornate intelligitur;ſic, unus ſupple abiit in uillã ſuam,& alter abiit &c.Item,Hi metuunt, hic dominum,ille magiſtrum: verbum vel adiectiuũ in partib. turpiter exprimeretur. Præterea uerbũ, uel adiectiuum totius aliquando in fine pulchre ponitur:ut Saluſtius in Catil.Exercitus hoſtium duo:vnus ab vrbe, alter a Gallia obſtant. Quid eſt totum? Dictio pluralis numeri, aut dictio collectiua: ut homines, turba &c. [Tacitam &c.] Prolepſis eſt aliquando implicita. Teren. Curemus æquã uterque partem: hic totũ Nos,intelligitur,in uerbo curemus:& partes continentur in diſtributiuo, uterq;. Prolepſis quid eſt? Attributio ꝓprietatis toti diuiſo in ſuas partes ,quæ totius proprietatem uario modo continẽt, ut omnes ſtudent: hic ſcientiæ, ille pecuniæ, alius Veneri,&c.Quot neceſſaria ſunt in omni prolepſi? Quinque: Totũ,partes,determinationes,proprietas,& ordo: proprietas,verbum vel adiectiuum.

Zeugma.

Vnius eſt uerbi ad diuerſa reductio Zeugma,
Aut adiectiui, Nihil hic niſi carmina deſunt.
Iratus rex eſt, reginaq; non. ſine cauſa.

Propter uerbum, vel adiectiuum cõgruo cum aliquo caſu, aut ſubſtantiuo conſtructum, in altero verbum, vel

adiectiuum facilè ſubauditur per zeugma:ut quis fecit? ego:hic pp verbum fecit, cōgrue conſtructum cū quis, facilè ſubaudituritfeci,in ego. Sum ita magnus vt ſoror mea. hic pp adiectiuūm magnus,congrue conſtructum cū ſubaudito ego,facilè intelligitur adiectiuum magna in ſoror mea. Similiter in his orationibus, Tauri mei,& altilia mea o ccisa ſunt.Carus eſt panis & uinum.Hebræi ſūt,& ego. Hic illius arma,hic currus fuit.Zeugma quid eſt; Vnius proprietatis ad diuerſa reductio,ad unum qui dem expreſsæ,ad alterum intellectæ:ut ego ſicut fœnum arui. Quot ſunt neceſſaria in zeugmate? Quinque.Quæ? Proprietas,verbum vel adiectiuum,duo ſubſtantiua, cō iungens, & cōcordantia proprietatis cum vno expreſſe, cum altero intellecte. Cum quo debet concordare pro prietas in zeugmate? cū propinquiore,niſi fuerit aduerbium ſimilitudinis,aut cōparandi.Verg.Nec Deus hunc menſa,dea nec dignata cubili eſt. Quare dixiſti, niſi fuerit aduerbium ſimilitudinis, aut comparandi? Quia ſic proprietas concordat cum remotiori,aut principaliori: vt,Montes ſicut cera fluxerunt. Ego rectius q̄ tu ſcribo &c. Quot ſunt ſpecies zeugmatis? Tres. Zeugma a ſuperiori, in quo verbum vel adiectiuum ponitur in principio:vt Vergilius,Silet omnis ager,pecudes, pictæq; volucres. Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Zeugma a medio,in quo verbum,vel adiectiuum ponitur in medio:vt vitia erunt donec homines. Si radix ſancta,& rami.Zeugma ab inferiori, in quo verbum vel adiectiuum ponitur in fine:vt Nihil hic niſi carmina deſunt. Vtinam aut hic ſurdus,aut hæc muta facta ſit.

Antiptoſis.

Antiptoſis erit, pro caſu ponito caſum.

Antiptoſis eſt caſus pro caſu poſitio, ſub aliqua proprietate. Quod lætitias inſperatas modo mihi irrepſere

in ſinū,pro lætitię inſperatæ.hæret pede pes,ꝓ pedi &c. Sūt ne nobis licitæ orationes eiuſmodi per antiptoſin? Non,niſi eſſemus tanti quanti fuerūt hi,apud quos reperiūtur,& ęque parce vteremur.Eſt tamen antiptoſis quędam adeo ab oratoribus vſurpata,vt omnibus liceat, & elegās hī,veluti,id genus,pro eius generis,omne genus pro omnis generis:vt Ariſtotelis libri ſunt omne genus elegantiæ referti &c.Eſtne antiptoſis. Petrum ludit pro Petrus? Non, ſed ſolœciſmus: quia antiptoſis debet habere auctoritatem,pro ratione excuſantem.

Synthesis.

Synthesis haud uocem, ſed cernit ſignificatum,
Rem magis inſpiciunt quàm uocem ſæpe poetæ.

Oratio aliquando cōgrua eſt ſenſu,non uoce, per ſynthesin:vt populus clamant,turba ſtrauerūt:congrue dicimus per ſenſum;quia populus, & turba ſignificāt ſimul multos; & ita per ſignificationem ſunt pluralis numeri; ſed tales orationes ſunt incongrue ſecūdū vocem,quia populus & turba ſecūdū vocem,ſunt ſingularis numeri. An omnes orationes per ſyntheſin ſunt nobis permiſſæ? Non niſi in poematis & hiſtoriis, & tū quoq; cauendū eſt,ne quid nimis. Syntheſis qd eſt? Attributio proprietatis vni, vel plurib. copulatis, qđ fit non gratia vocis, ſed ſignificatus;vt pars in fruſta ſecant.i.aliqui.

Aduerbia, & interiectiones.

En,ecce,hem,primum,quartumq; ali quando requirunt.
Heu. petit & quintum velut o. Hei, uæque datiuum.
Proh, primum, quartum , quintumq, notatur habere.

Hęc aduerbia demonſtrandi.en,ecce,hem,petūt poſt ſe ntūm vel actūm. De ntō : vt ecce homo. En diritas fati. Hem Dauus. De actō, Ecce magiſtrum. Hem aſtutias. En Paridis hoſtem. [Heu petit &c.] Iſtæ interiectiones heu,& o,petunt poſt ſe ntūm, actūm,aut vocatiuū;

vt

vt heu dementiæ: heu me miſerũ: heu ſocij, o feſtus dies hominis: o fortunatos agricolas: o magna vis veritatis &c. [Hei, væq; datiuum.] Duæ interiectiones hei, & væ, regunt dtũm poſt ſe; vt hei mihi, væ tibi. [Proh, primum &c.] Proh, interiectio dolentis, vel indignantis, & aliquando admirantis; conſtruitur cum nominatiuo, actõ, vocatiuo: vt proh dolor: proh Deũ, atque hominum fidem: proh ſancte Iupiter.

REGIMEN NOMINATIVI, ET obiter aliorum implicitum.

Cuiuſuis tacitam do caſus ſæpe regentem,
Supprimit orator, quæ ruſticus edit inepte.

Dictio regens tam nominatiui, q̃ aliorum caſuũ: aliquando etiam dictio recta eleganter ſubauditur; vt Laus regi ſuperno. Gloria tibi Domine. Dominus vobiſcum Pax tibi &c. In quibus ntũs regitur a verbo ſubſtãtiuo, ſic implicite poſito. Homilia ſancti Gregorij, eſt ſuple, & ſequitur. Et vt vno verbo dicam, quotieſcunq; ſubaudi ditio obſcuritatem non parit, ornate multa ſubticemus; vt, Tum Venus, ſupple dixit. Quid tibi cũ illo? ſubaudi, rei eſt. Ridiculum, nugæ, apinæ, tricæ, fabulæ; ſed quid opus plura? &c. Notandum ntũm aliquando penitus abſolui a rectore. apud Pſalmographum, Diſciplina tua ipſa me docebit.

REGIMEN GENITIVI.

Si duo continue iungantur fixa, nec una
Sit res, in patrio recte caſu dabis unum.

Omne nomen ſubſtantiuũ regit alterũ ſubſtantiuũ in gtõ; ſi ipſa pro diuerſis ſignificentur accipi, coniunctione nec explicite, nec implicite intercedente; vt ager Pe-

tri, chriſta galli, facundia Ciceronis, patera vini, dies lætitię, Princeps ſacerdotum, ſcriba regis, uicinus Ioánis, oſor uxoris, epiſtola Pauli, potio ſomni, lumen Solis, uirtus Dei, quid rei, creater argenti, pater filij, diſcipulus magiſtri, cathedra lætitiæ, flos florum, homo parui pretij, puer unius diei, ager trium iugerum, iris pluuiæ Aeneas Anchiſæ, cuſtos templi, ſcire Perſij, eſſe Dei, qa infinitiuus fungitur officio nominatiui. liber illius; quia pronomen primitiuæ ſpeciei fungitur officio nominis ſubſtantiui. Cur dicis, ſi ipſa pro diuerſis ſignificentur accipi? Quia aliter ponerentur in eodem caſu: ut urbs Roma per appoſitionem. Cur dicis coniunctione nec explicite, nec implicite intercedente? Quia ſic alterum non ſtaret in genitiuo: ut chlamys & aurum.

Ex qua ui dictio aliqua regatur.

Quærenti uires, ſit pro ratione uoluntas,
Aſſiduusq; uſus magnorum grammaticorum.

Si quis, ex qua ui dictio regatur, quærat: de quocunque caſu id quæratur, reſpondebis ex ui uoluntatis, & aſſidui uſus doctiſſimorum uirorum.

Tempori, atque loci, quantiq; aduerbia quædam
Hunc optat caſum. dic, uenimus illius ergo.

Quędam aduerbia temporis, loci, & quantitatis, regunt genitiuum. Exemplum de aduerbio temporis, tūc temporis. Loci, ubiuis gentium, eo diſcordiæ. Quantitatis, ſatis eloquentiæ, parum vini &c. Ergo etiam aliquādo eſt aduerbium teſte Seruio, cum genitiuo: ut illius ergo uenimus. i. cauſa illius.

De mei, tui, ſui, noſtri, ueſtri.

Poſſeſſum ſpernit patrium, quo pſſio fertur.
Filius ergo mei, ne dixeris: at meus inque.

Nomē ſignificans rem poſſeſſam, uel habitam, non poteſt pro poſſidente, uel habente regere genitiuos paſſiue ſigni-

ſignificantes, mei,tui, ſui,noſtri,ueſtri, ut de filio quem habeo,non licet dicere,filius mei: nec de agro quem habes,ager tui. Similiter non licet dicere,ager noſtri,mos ueſtri, liber ſui; quia mei,tui,ſui,noſtri,ueſtri, non ſignificant poſſeſſorem,ſed paſſiue rem.ſ.de qua,aut in quam aliquid habetur; ut amor mei. i. amor quem quis habet in me, non quem ego habeo,niſi cum habeam erga me. Ouidius; Vror amore mei. Quomodo dicendum eſt, ergo ſi dicere non licet filius mei? Veteres dicebant filius nis,tis,ſis, noſtrum, ueſtrum: nam hi genitiui actiuè ſignificabant:nunc mis,tis,ſis, non ſunt in uſu: noſtrum, ueſtrum,fere partitiuè ponuntur. Ideo per poſſeſſiua loquemur,filius meus,tuus,ſuus,noſter,ueſter. Quot modis genitiuus capitur? Tribus. Actiue, quando propter ipſum alterum actiuè declaratur: ut prouidentia Dei. i. per quam Deus prouidet. Paſſiue,quãdo propter ipſum alterum paſſiue declaratur:vt timor Dei.i.quo timetur. Poſſeſſiue, quando propter ipſum alterum poſſideri ſignificatur: ut regnum Dei,quod Deus poſſidet.

Quot genitiui tantum actiuè ſumuntur? Quinque, mis,tis,ſis,noſtrum,ueſtrum: quorum mis,tis,ſis, exoleuerint; noſtrum,ueſtrum,partitiue ponuntur. Loco horum utimur poſſeſſiuis, meus, tuus,ſuus,noſter, ueſter, quæ actiue & poſſeſſiue tantum ſumuntur. Quot genitiui tantum paſſiue capiuntur? Quinque? Mei,tui, ſui,noſtri, ueſtri, primitiuæ ſpeciei: ut amor mei, quo ego amor. Quot genitiui poſſeſſiue capiuntur? Quotquot & actiue ſignificare poſſunt. Qui genitiui tam actiue,q̃ paſſiue ſignificant? Reliqui omnes: ut amor Petri. i. quo amat,aut quo amatur, &c. Sic charitas fratris, ſuſpicio uxoris &c.Ex dictis liquet regulam de interrogatiuis fallere:ubiſi quæratur, Cuius eſt liber? reſpondendum eſt non mei,ſed meus. Cuia eſt penna? Mea. Cuium eſt pecus? an tuum? an Meliboei? an alius cuiuſquam? &c.

Quæuis proprietas, aut pars, cui mobile iungis
Laudem ſignificans, aut uituperamen, in hoc ſit,
Vel ſexto caſu, ceu uultus fœmina pulchri.
Aut uultu pulchro. Quandoque ſynecdoche habebit,
Rite locum quarto aut ſexto: ceu candida collum.
Aut collo: miſere doleo, cordeve dices.

Nomē ſubiecti aut totius, regit dictionē proprietatis aut partis, cū adiectiuo laudis, vel vituperationis in gtō vel in ablrō. Exēpla prioris partis, vt. Vir ſummæ virtutis, vel ſumma virtute. Homo ſanæ mentis, vel ſana mēte. Rex celſi animi, vel celſo animo. Gigas proceræ ſtaturæ, vel procera ſtatura. Sic, Vir antiqui moris, miræ ſagacitatis, admirādæ induſtriæ, ingentis auctoritatis, boni nominis, labefactæ famæ; vel vir antiquo more, mira ſagacitate &c. Exempla poſterioris partis; populus duræ ceruicis, vel dura ceruice. Herba magnæ radicis, vel magna radice. Paraſitus auidiſſimæ gulæ, vel auidiſſima gula. Vir magni naſi, vel magno naſo. Nympha pſtantis corporis; puella prolixæ comæ: virgo flauorū capillorū: hiles pauidi cordis: vel Nympha præſtanti corpore, puella lōga coma &c. Quid eſt ſubiectū? Cui aliquid accidit vt hō eſt ſubiectū ſciētiæ; nam homini accidit ſciētia. Quid eſt proprietas? Res quæ alteri accidit; vt ſciētia eſt proprietas, quia accidit homini. Quid eſt totū? Quicquid ex plurib. partib. integralib. connexū eſt, vel in eas reſolui poteſt: vt hō eſt quoddam totū; quia ex capite, ceruice, collo, humeris, pectore, manibus, brachiis, ventre, tibiis pedibus, & cæteris membris illius corpus connexū eſt, & in ea tanq̃ partes integrales reſolui pōt. Quid eſt pars? Pars integralis; vt hic ſumitur, eſt ex qua & cęteris in eaſdē reſolubile totū conſtituitur, ac connexum eſt: vt anima eſt pars integralis, eadēq; principalis hoīs: cū homo ex anima & corpore conſtat. [Quandoq; ſynecdoche habebit,

bebit,&c.] Nomen adiectiuũ, aut cũ participio ſuo verbũ paſſiuũ,aut neutrum,ſignificans proprietatẽ,aut accidens in parte rei, poteſt illius partis dictionem in actõ, vel abltõ regere p ſynecdochẽ. De adiectiuis. Aethiops albus dentes, vel dentibus; eger pedes, vel pedibus: decorus faciẽ, aut facie. De verbis & participiis. Doleo caput, vel capite: tremo manus, vel manibus; frangor brachiũ, vel brachio: fractus membra, vel membris. Synecdoche quid eſt? Attributio partis ad aliqđ totũ ſub proprietate verbi, vel adiectiui; vt, nuda genu: ager depaſtus ſegetes; flores inſcripti noĩa regum. Quot ſunt neceſſariã in ſynecdoche? Tria. Totum, pars, proprietas. i. verbum vel adiectiuum. Eſt ne hic ſynecdoche, potens diuitiis, grauis pietate, præditus dignitate? Minime. Quia vt Valla docet, hæc figura tãtum ad animi & corporis qualitatẽ pertinet, nihil ad externa reſpiciens; qualia ſunt, dolet caput; doleo ilia, pulcher faciẽ: nuda genu; diſcincta ſinum, &c. Quib. licet vti ſynecdoche, tam in actõ, q̃ in abltõ? Maximè poetis, proximè deinde hiſtoricis; oratoribus vix vnq̃; neq; enim dicunt doleo caput, frigeo manus, ſed dolet mihi caput, frigent mihi manus, &c.

De opus.

Poſcit opus ſextum, tolerans quandoque ſecundum.
Vt mihi opus libro eſt. at opus dux (Tullius inquit)
Eſt nobis, ut opus, Plautus ſic utitur uſus.

Opus regit abltũm cum dtõ intercedente verbo ſubſtantiuo. habet quoq;, ſed rariſſime, genitiuũ pro abltõ; vt opus eſt mihi libro. i. indigeo libro; &, vt Barbari loquuntur, habeo ad faciẽdum de libro. Sic opus eſt mihi armis, auxilio, &c. De gtõ, mihi opus eius eſt. [At opus dux, &c.] Opus capitur pro neceſſarius, interdũ adiectiue indeclinabiliter, & ita quemuis caſum ſecum permittit; vt, Opus eſt mihi medicus. Intelligo tibi multa eſ-

ſe opus. Dux nobis & autor opus eſt, apud Ciceronem. [Vt opus Plautus, &c.] Vſus capitur aliquãdo pro opus, & regit ſimiliter ablatiuum cum datiuo, intercedẽte uerbo ſubſtantiuo, præſertim apud Plautum, & quandoque apud alios, ut, eſt mihi uſus doctrina, conſilio, ueſtibus, &c. pecunia uſus mihi eſt. Dicimus etiam, hoc nobis futurum eſt uſui. i. utile.

De adiectiuis uerbalibus.

Actiue ſignans uerbale, dabit genitiuum.
Mobile: ceu quædam, quorum uix ſcitur origo.

Adiectiuũ uerbale actiuè ſignificans, regit gtũm, ut q̃dam adiectiua, de quibus, an verbalia ſint, ambigitur; ut amãs uini, patiens frigoris, doctus pilæ, indoctus logicæ, cõſultus iuris, ſignificatiuus belli, cupidus ludi, ferax tritici, ſtudioſus uirtutis, nuncius ueri, ſcius recti, docilis praui, docilis Dei, gnarus militiæ, ignarus uiæ, prodigus pecuniæ, rudis literarũ, memor beneficij, immemor patriæ, cõpos uoti, impos mentis, particeps furti, dubius uitæ, &c. Cur dixiſti actiue ſignificans. Quia aliter nunq̃ per regulam hanc regeret gtũm: ut uapulans, percuſſus, trepidus, &c. An debent ſemper ab actiuis deſcendere? Minime. Quia ſic doctus, conſultus, &c. non pertinerent ad hanc regulam, quum deſcendant a doceor, conſulor, &c. Ideo actiue ſignificare, eſt actiue declarari: ut doctus qui ſcit, conſultus, qui aliis rectè conſulit, &c.

An omnia actiue ſignificantia uerbalia adiectiua regunt caſum huius regulæ? Non. Quia opus eſt, ut ſint ab autoribus non futilibus cum genitiuo inuenta. Ideo legens librorum, bibens uini, comedens nefrendis, &c. nõ dicemus, donec apud bonos autores inuenerimus.

Quæ regunt genitiuum, uel datiuum.

Affinis, ſimilis, communis, par, propriuſq́;,
Finitimus, fidus, conterminus, atque ſuperſtes,

Con-

Conſcius & ſocius, conformis, ſiue propinquus,
Et uicinus, amicus: habet iungi his alienus:
Hæc caſum ternum donabunt, ſiue ſecundum,
Cætera queis damnum ſignabitur utilitasue,
Cum terno ponas, armis fer, & aptus ad arma.

Quædã adiectiua regunt gtũm, uel dtũm, ut affinis ſenectutis, uel ſenectuti. Similis patris, uel patri. Cõe omnium, uel omnibus. Par tui, uel tibi. Proprius hominis, uel homini. Finitimus fluuij, uel fluuio. Fidus amici, uel amico. Conterminus fontis, uel fonti. Superſtes dignitatis paternæ vel dignitati. Conſcius ſcelerum, uel ſceleribus. Socius belli, uel bello. Cõformis imaginis, uel imagini. Propinquus vrbis, vel vrbi. Vicinus oppidi, vel oppido. Amicus ventris, vel ventri. Alienus conſilij, vel conſilio, &c. [Cætera queis damnum, &c.]

Cætera adiectiua, quibus ſignificatur quępiam utilitas, uel damnum, regunt datiuum; ut albũ eſt nigro contrarium, hyems eſt nobis grauis, moleſtus omnibus. Infeſtus hoſti.i. valde moleſtus. Infenſus diſcipulo.i. uehementer iratus. Dulcis amicis. Gratum opus agricolis. Iucũdus omnibus, & cætera. [Armis, fer, & aptus, &c.] Quædam pro datiuo poſſunt accuſatiuum habere cum ꝓpoſitione ad; ut, aptus armis, & ad arma. Idoneus huic rei, & ad hanc rem. Vtilis agris, & ad agros, &c.

De partitiuis.

Partitiua uolunt genitiuum, ut ſigna, gradusq;,
Pronomen, numerus duplex, aduerbia quædam.

Dictiones partitiuæ poſtulant gtũm pluralẽ nominis non collectiui, uel ſingularẽ collectiui. Et ſunt primo ſigna uniuerſalia, ut quiſque hoĩum, & particularia, ut aliquis diſcipulorum, quis uirorum, uter horum, &c. Secũdo, gradus comparationis. Poſitiuus quidem, ut nigræ lanarum. Comparatiuus, vt fortior manuum eſt dextera.

Superlatiuus,ut doctiſſimus poetarum,optimus plebis. Tertio,omne fere pronomen,ut hæc uolucrum, hic iuuenum,illa ſororum, &c. quarto,duplex numerus, cardinalis.i.principalis, quo vulgo numeramus, duo, tres, quatuor,&c. vt duo iſtorum. Et numerus ordinalis quo ordinem indicamus,vt primus hominũ,ſeptimus ſapientũ,&c. quinto aduerbia quædam, vt vbiq; locorum, nuſquam ſcripturarum ; &c. quid eſt dictio partitiua? Adiectiuum,vel ex eo aduerbium,multitudinis partem indicans,vt nullus,quicunq;,maior,maximus,maxime, &c. Debet ne adiectiuum partitiuum cum gtõ in aliquo accidente concordare? Etiam , quia debet eſſe eiuſdem generis,vt vnus fratrum,vna ſororum.non, vna fratrũ, &c. Da regulam.

Sic conforme genus, partitio quando notatur ,
Ni collectiuum, uel uox heteroclita detur .
Recte etiam dices, Quid agis dulciſſime rerum?

Adiectiuum partitiuum conuenit cum gtõ in genere vt quiſq; virorum,quæq; fęminarũ.[Ni collectiuũ,&c.] Ab hac regula ſunt tres exceptiones. Prima in collectiuis,vt optimus plebis, &c. Secunda in heteroclitis; vt, infimum cœlorum . Tertia vbi adiectiuum partitiuum reſpicit præcedens;vt, quid agis dulciſſime rerum? Dulciſſime,reſpicit præcedens ſubauditum, ad qđ dirigitur ſermo. Item,Leo eſt fortiſſimus animalium , &c.

De comparatiuis & Superlatiuis.

Res ſimilis generis, medius gradus, atque ſupremus
Poſcunt; ille duas, hic plures uſque duabus.
Sin minus iſta aderunt, medio gradui dato ſextum.

Cõparatiuus & ſuperlatiuus , vt regant genitiuum ꝑ regimen partitionis , requirunt cõparationem inter res eiuſdem generis vel naturæ.Comparatiuus facit comparationem inter duo ; Superlatiuus inter plura duobus ; ut

ut, dextera eſt fortior manuum, bene dr; quia fit compa ratio inter duas res.ſ. dexteram & ſiniſtram; & ſunt eiuſ dem generis, uel naturæ, quia ambæ ſunt manus. Dextera eſt fortiorum digitorum malè dicitur, qa ſunt plures q̃ duæ res; nec ſunt eiuſdem generis, quia dextera non eſt digitus. Pollex eſt fortiſſimus digitorum rectè dicitur; quia fit comparatio inter res plures duabus, quia inter pollicem & cæteros digitos, & hæ res ſunt eiuſdẽ generis uel naturæ, quia pollex eſt digitus. Ideo male dicimus, Hector eſt fortiſſimus Græcorum; quia non fit comparatio inter ea, quæ ſunt eiuſdem generis, quum Hector non ſit Græcus, ſed Troianus. Eſſe eiuſdem generis, ut hic ſumitur, eſt rem extendentem ſignificari per caſum comparatiui, uel ſuperlatiui; ut, Hector fuit Troianorum fortiſſimus. Ideo non eſt bona comparatio, Leo eſt fortiſſimus lyncum, quia Leo non eſt lynx. [Sin minus iſta, &c.] Vbi comparatio non fit inter duo eiuſdem generis, comparatiuus habebit ablatiuum, ut doctior illo, uel illis. Et per comparatiuum cum ablatiuo loquendum eſt, quoties comparatio nõ fit inter res eiuſ dem generis, uel naturæ, ut Hector fuit fortior quouis Græco. Leo eſt fortior lynce. Penelope eſt caſtior ſororibus ſuis, non tamen eſt caſtiſſima ſororum ſuarum, quia Penelope non eſt ſoror ſua, &c.

Genitiuum, uel ablatiuum regentia.

Dat patrium, aut ſextum tibi copia, ſicut egeſtas,
Plenus, inops, ſaturat, cum fratribus implet, abundat.
Atque egeo, careo, teſtes: quibus adijce ſanus,
Et miſer, & dignus, cum pluribus, & bene multa
Verba: uelut crucio, cum pendeo, lætor, & ango,
Decipio, abſtineo, potior, ſic ponis, aloque,
Indoleo, receo: quæ, pluraq; gloſſa recludet.

Adiectiua, & uerba quædã copiæ & egeſtatis cum nõnullis

nullis aliis,regunt gtũm,vel abltũm. Adiectiua quidem, plenus,locuples,ſatur,diues,abundans,refertus, fœcundus,egenus,immunis.pauper,inanis,truncus,oneratus, orbus,orbatus,dignus,indignus,viduus,vacuus,contentus,ſaucius,lapſus,miſer, ſanus,& plura, vt plenus rimarũ,plenus lacte, locuples pecuniæ,locuples metu, ſatur omniũ rerũ,& ſatur ſucco ambroſiæ,diues auri,& auro, abundans verborũ:& verbis,refertus cibi,& cibo, fœcũdus frugum,& frugibus,egenus auxilij, & auxilio, indignus opis,& ope,immunis mali,& malo,pauper prediorũ,& prædij,inanis veri,& vero,truncus manuũ, & manibus,oneratus tritici, & tritico, orbus parentis, & paréte,orbatus oculi,& oculo,dignus, indignus ſalutis,& ſalute, viduus vxoris,& vxore, vacuus rationis,vel ratione,cõtétus libertatis,& libertate,ſocius itineris,vel itinere,lapſus animi,vel animo: miſer animi, & animo: ſanus métis,& mente:& plura: vt ſuſpenſus animi, & animo:liber legũ,& legibus:nimius ſermonis,& ſermone: onuſtus auri,& auro;cumulatus ſceleris,& ſcelere; fruſtratus ſpei,& ſpe:copioſus rerũ,& rebus:tenuis opum, & opibus,&c. Verba vero,egeo,indigeo, careo,ſaturo, impleo,cũ fratribus compleo,repleo,expleo,depleo,oppleo,&c.abũdo,affluo,crucio, diſcrucio,excrucio: pendeo,lætor;ango;deſipio, abſtineo,potior, alo,indoleo, recreo;& pauca alia;vt egeo defenſionis,& defenſione: indigeo pecuniæ,& pecunia. Reliqua ſæpius abltũm habent; vt careo tui, & te:ſaturo gregem pabulo ; impleo granariũ tritici,& tritico,cõpleo te metus,& metu,&c. abundo amoris,& amore,affluo frumenti, & frumento; diſcrucior animi,& animo:pendeo animi,& animo:lætor huius rei raro,frequenter hac re; ango me animi, & animo;deſipio mentis,& mente;abſtineo iræ,& ira;potior rerum,& potior Gallia;alo te pane nunc tantũ;olim panis dixerunt ; & indoleo hac re, aliquando huius rei;

recreo me animi,& animo. De aliis,vt fallor animi, vel animo, participo te conſilij, & conſilio; ſcatet mendarum,& mendis.i.affluit,& plenus eſt.

Dat patrium, aut quartum, faſtidio, ſed mage quartum.

Faſtidio hanc rem, per accuſatiuum nunc dicimus, olim etiam faſtidio huius rei.

Regentia genitiuum, uel datiuum.

Dic ſatago rerum: patrium, aut dantem miſereri.
Sed mage uult patrium. dominor dat rite datiuum,
In ſacris etiam patrium, uelut auxiliari.
Grammaticæ leges plerunque eccleſia ſpreuit:
Tu uiuendo bonos, ſcribendo ſequare peritos.

Satago, regit gtūm rerū, ut, ſatago rerū mearum.i.anxius,& ſolicitus res meas curo. Miſereor vult gtūm, vel dtūm, ſed melius gtūm; vt Miſerere mei Deus, miſerere nobis Chriſte. Dominor, & auxilior, dtūm rite regunt apud omnes eccleſiaſticos, qui cum gtō ēt conſtruunt, ut auxilior miſeris, dominor victis. In ſacris in gtō legū tur auxiliatus ſum tui, & dominatus eſt beſtiarum, ſed non imitabimur. Cæterum, ſi rectè velimus viuere, ſanctos imitabimur etiam indoctiſſimos. Si venuſte cupiamus ſcribere aut loqui, linguæ Latinæ doctos imitari ſtu debimus, licet Nerone peiores.

Verba genitiuum, uel ablatiuum habentia.

Accuſo, damno, moneo: contraria laudo,
Criminis aut pœnæ, uel laudis habento ſecundum,
Aut ſextum. Sed Valla dedit tantummodo ſexto.
Altero, & ambobus, neutro, uel utro, uel utroque.

¶ Verba accuſandi, damnādi, monendi, laudandi, & his contraria, vt excuſandi, abſoluendi, vituperandi, regunt gtūm, vel abltūm criminis, pœnæ, admoniti, laudis, vitu perij; vt accuſo te furti, uel furto. Incuſo te negligentiæ,

vel negligentia, arguo te mendacij, vel mendacio, admoueo te debiti vel debito; laudo te virtutis, vel virtute, abſoluo te iniuriarũ, vel iniuriis, &c. Omnia pene, gtũm frequentius habent, q̃ abltũm, demotis quinq; ablatiuis, altero, ambobus, &c. Quia per gtũm hic loqui non licet, teſte Valla, vt utro accuſatus es? furti, an homicidij? nõ vtrius; neutro accuſatus ſum, non neutrius &c. Accuſandi verba ſunt, accuſo, incuſo, ago, poſtulo, arceſſo, inſimulo, arguo, noto, alligo, aſtringo, corripio, reprehẽdo, criminor, & ſi qua ſunt ſimilia. His cõtraria, excuſo, purgo, &c. Damnandi; damno, condemno, mulcto, admulcto, punio, plecto, conuinco, redarguo. His contraria, abſoluo, libero, &c. Monẽdi, moneo, admoneo, commoneo, commonefacio, commemoro, conſulo, &c. Laudãdi, laudo, miror, probo, commendo, &c.

In quo caſu poni debet pretium.

Verba uolunt ſexto pretium; ponas ſine ſixo
In patrio pluris, tanti, quanti, atque minoris;
Cum ſixo in ſexto. Raro quartum, ualeo uult.
Vilius & melius, peius, uel carius emi.
Valla negat recte dici per nomina poſſe.

1. Omne uerbũ, cuius actus aliquo pretio cõſtat, poteſt regere poſt ſe nomẽ pretij, vel valoris, in ablrõ, exceptis quatuor ſine ſubſtantiuis in gtõ ſemper ponendis, tanti, quanti cum natis, tantilibet, tantidem, quantiuis &c. & pluris atque minoris, qui cũ ſubſtantiuis in abltõ ponũtur vt cætera: vt, emi abs te equũ decem aureis, doceo diſcipulum paruo, aut vili, i. quod Barbari dicũt, pro bono foro. Triticum venditur magno, aut multo. Quanti mercatus es iſtum librum? non quanto, nec pro quanto: quia ablatiuo pretij nunquam additur præpoſitio pro. Ideo dices, quanti pranſus es? aut quanto pretio? non pro quãto, quanti cupis cœnare? quanti habitas? quanti

portat

portat nuntius epiſtolam? quanti huc aduectus es? quanti licitaris librum? quanti æſtimas uirtutem? &c. non pro quanto, nec quãto, niſi addas pretio. Bene tamen dices, quantum das pro domo? quia hic pro, non additur pretio. Pluris opinione librum emi, quanticunque comparaueris, dignus eſt. Emi Ciceronem quinque libellis, & ego tantidem. [Raro quartum &c.] Valeo huc pertinet, ut quanti ualet hæc uacca? decem florenis. minimo ualet hæreditas, quanto pluris ualet doctrina, tanto minoris æſtimatur. Aliquando hoc verbum regit pretium in accuſatiuo; ut, illud non ualet trientem nummũ. Quintilia. Idem ſignificẽt, & idem ualeant, &c. [Vilius & melius, &c. In quibuſdam ſolum aduerbialiter loqui licet, teſte Valla, ut emo uilius, & melius uendo. i. quod Gothicum uulgus ait, pro meliori foro. Latini, emo minoris. Emo peius aut carius. i. emo pluris.

De uerbis plures genitiuos regentibus.

Aeſtimo, curo, puto, facio, cum conſulo, duco,
Pendo, habeo, refert, eſt inter & eſt bene iungo:
Ante dabunt dictos patrios, cum plurimi, & æqui,
Et parui, nihili, nauci, flocciq́ue, boniq́ue,
Magni infiniti, maioris, maximi, & aſſis,
Et minimi, multi. Quædam bene ponito ſexto.

Verba æſtimãdi; vt æſtimo, exiſtimo, curo, puto, facio; cõſulo, duco, pẽdo, & habeo p̃ter gtõs tanti, quanti, pluris, minoris, regunt ẽt gtõs plurimi, æqui, parui, nihili, nauci, flocci, &c. quibus additur pili, & forſan plures. Pro quibuſdam poſſunt habere abltũm. Et ſignificant omnia hæc uerba, æſtimare: ut parui te æſtimo, uel etiam paruo: quid de me fiat, parui curat, ego hanc rem nihili duco: ſemper te plurimi feci: quod polliceris æqui boniq; facio, optimi conſule. i. æſtima, iudica, rogo ut boni conſulas, æqui boniq; conſule. i. in bonã partem accipe: flocci

nō facio,aut pédo,aut curo: ac nauci facio.i.ſperno,cō temno,nihil æſtimo.Floccus,vernacule,Vn fiocco di la na.Nauci;putamen nucis,nullius certe pretij. Item magni refert,quo loco quæq; dictio poſita ſit,parui mea ītereſt,an claris ſim natalibus,an obſcuro genere,mō ſim bonus & ſapiés:mea nihil refert,dūmodo potiar.Refert, & intereſt,in reliquis ſępius hēnt vel noīa,vel aduerbia, multū,plus,plurimū,magis,minus,parum,maxime,minime,pauxillulū,nihil,aliquid,quid,ſiquid,& ſi qua ſunt ſimilia: vt,multū intereſt vnde quis gaudeat, quod mea refert ſcire,fac ſciam &c. Pluris opes ſunt nunc quā priſco tempore,non aſſis faciunt. noli grammaticam parui putare: Infiniti virtus æſtimanda eſt.

Quæ regunt genitiuum, uel accuſatiuum.

Pauca recordandi patrium, quartumue requirunt.
Vt memini, memoror: ſic obliuiſcor habetur.

Pauca verba recordandi, vt recordor,memini,memoror, reminiſcor,& hoc verbū obliuiſcor, regūt genitiuū vel accuſatiuū.De gtō,vt recordor pueritiæ, memini nūptiarū ſororis,memoror bñficiorū,reminiſcor hiſtoriæ, obliuiſcor carminis.De actō.Recordor pueritiā. memini lectionē heſternā,memoror nouiſſima mea, reminiſcor acta mea,obliuiſcor hiſto. Memoror,hic deponēté.

De refert, intereſt, & eſt.

Refert, inter & eſt, eſt ſignans commoditatem,
Officiumue, petit quoſuis patrios, niſi ſeptem.
Refert, inter & eſt, moſtraq;, meaq; referto.
Cum reliquis, Capiet cuias, uel cuius, utrunque.
Eſt noſtrum, ueſtrumque, meumque, tuumque, ſuumque.

Hæc tria verba,refert,intereſt,& eſt,ad alicuius rei cōmoditatem vel vtilitatem, vel officium pertinétia,regūt quoſuis genitiuos,præter ſepté primitiuæ ſpeciei, mei, tui,ſui,noſtri,veſtri,vel noſtrum & veſtrum. Pro quibus

refert & intereſt,regunt ablatiuos mea,tua,ſua,noſtra, ueſtra,quibus iũgitur cuia.Eſt uero, capit nominatiuos meũ,tuũ,ſuum,noſtrum,ueſtrum.Exempla ut hæc uerba regunt genitiuum;Vxoris refert quid rerũ gerat maritus, noſſe.boni ſcholaſtici intereſt diligenter ſtudere. beni præceptoris eſt breuẽ eſſe,intereſt oĩum recte agere.i.oĩum officiũ eſt,uel ad oẽs pertinet,aut utile eſt. Iudicis eſt,in cã ſemp uerũ ſequi.Exẽpla de refert,& inteteſt,cũ mea,tua,ſua,noſtra,ueſtra,cuia:ut cuia intereſt, fures ſuſpendere?vel cuius intereſt,tua intereſt cõcionari,mea refert auſcultare,nihil tua refert,id quod tua referebat,aut noſtra aut ipſorũ intereſt. Cuius intereſt? mea,aut cuia refert?Petri,&c.Exempla de eſt,cum meũ, tuum,ſuum, &c. ut,meum eſt,te,ſi quid pecces punire, tuum eſt parenti parere.ueſtrum eſt,o tyrũculi,tpis rõnem habere. haud noſtrum eſt, gulæ operam dare, &c.

Genitiuum cum accuſatiuo habentia.

Pœnitet,& tædet,miſeret, pudet, & piget, optant.
Accuſatiuum patientem cum genitiuo.

Hæc quinque imperſonalia actiuæ uocis,pœnitet,tędet,miſeret,pudet,piget, regunt accuſatiuũ patiẽtis rei cũ genitiuo agẽtis; ut pęnitet me peccati; tędet te uitę, miſeret Chriſtum peccatoris;pudet te probi; piget illũ laboris. Sub miſeret, comprehenditur miſereſcit. Sub aliis compoſita,ut pertędet, diſpudet, &c.

De Tenus, ac obiter de aliis præpoſitionibus.

Sæpe tenus, patrium numero præeunte carentem,
Aut res ſignantem geminas, uult Valla tenere.
Vult ad, cum ſocijs, quartum: uelut abſque Latinum,
Sub, ſuper, in, ſubter caſu iunguntur utrique
In uario ſenſu, facilis docet omnia proſa.

Tenus, prępoſitio petit genitiuum pluralẽ res geminas ſignificãtem, aut numero ſingulari carẽtẽ; alioqui

vult ablatiuũ in plurali,ét qñq; genitiuũ.Exemplum vbi res ſunt geminæ:ut ſto in aquis aurium tenus,ſum armatus crurum tenus.i.vſque ad aures, vel crura:nam tenus ſignificat uſque ad,ut,non vltra &c.exemplum de ſingulari carentibus : vt, nuptiarum tenus ſoror mea colluſit pueris.Cumarum tenus caluerunt.&c.Exemplũ quando tenus habet genitiuũ pluralẽ,nec res geminas ſignificantẽ,nec ſingulari carẽtẽ:vt,Olympus attollitur nubiũ ten⁹.Temerarius miles ſolus penetrauit hoſtiũ tenus, &c. Exẽplum de tenus , cũ ablatiuo plurali:ut coſtis tenus : capillis tenus.Cum ablatiuo ſingulari:vt,ſtolide vitã egiſti ſenecture tenus,& vulneratus ſum corde tenus,docti ſunt ſophiſtæ titulo tenus,[Vult,ad &c.] Ad,apud,ante, &c. quæ ſimul ponuntur in Rudimentis, regunt accuſatiuũ caſum:vt,ad patrẽ,apud villã, ante ædes &c. [Velut abſque &c.[A,ab,abs &c. quæ cũ his ponũtur in Rudimẽtis,regunt Latinum caſum,qui eſt ablatiuus:ut,a domo:ab homine &c.[Sub,ſup &c. Quatuor ſunt præpoſitiones accuſatiuũ vel ablatiuũ regẽtes, in,ſub, ſuper, & ſubter.ſed plerũq; in diuerſo ſenſu: nã cùm motũ ſignificãt certa ratione utrunq; caſum tenent : accuſatiuum, cũ de loco in locum motum ſignificamus:vt,vado in vrbẽ,labor ĩ piſcinã.ſub vmbras ſuccedimus,Poſteſq; ſub ipſos Nitũtur gradibus:ſuper oppidum profectus, ſuper aſtra volauit,ſu p lodicẽ ĩgredior, deſiliit ſubter mænia. Si autẽ motum aut ſtatum , ſeu quietem in loco ſignificant,ablatiuum quærũt:vt,in agro curro, in vrbe deambulo,ambulo in porticu,ſum in pago,vidi te in templo. Titirus recubat ſub tegmine fagi,nos quieſcimus ſub tecto,dormimus ſuper frõde viridi, & ſuper frondẽ ſæpius dices:nocte ſu p media ſtudui,& ſuper mediã noctẽ:ſubter dẽſa teſtudine ſitus,ſubter lodice reclino.[Facilis docet omnia &c.] ex lõga autoris gloſſa hæc habes in primis ſcitu neceſſaria. Ad, & apud, differunt, quòd ad tam

motus,

motus,quàm quietis uerbũ admittit:ut, vado ad Petrũ ſto ad ignẽ.Apud,ſolum quietis verbũ deſiderat, ſignificatq; in loco,uel perſona, vt maneo apud Petrum, legi apud Virgilium. Inter apud & penes hoc intereſt,quod apud,aut locum,aut perſonam innuit,vt vidi te apud forum,fui apud patrem.Penes,poteſtatem ſignificat,ut penes te eſt ſalus mea.i.in poteſtate tua. Eſt autem penes eſſe,non apud aliquem eſſe, ſed in & quaſi in poteſtate alicuius eſſe.Ante,& poſt cõtraria ſunt, ut ante me & poſt me.Cõtra,& erga,à ſe inuicẽ diſſidẽt,quia contra,in malã partẽ capitur,vt arma inuenta ſunt contra hoſtes, niſi ſignificet e regione:ex oppoſito,vt habito contra Ioãnẽ .i.ex aduerſo Ioãnis.Erga,in bonam ſæpius, vt erga parentes pius.Extra, & intra, aduerſantur; ut Iliacos intra muros pugnatur,& extra. Infra, locũ ſignificat, ut infra tectũ, & ad dignitatẽ refertur:vt, infra dignitatem meã eſt,ideſt minus quàm dignitatem meã decet, & opponitur ſupra.Supra,& ſuper diſcrepant,nam Supra,interiectum requirit ſpatium:ut auis ſupra me volat.Super vero ſignificat contiguũ:ut ſedeo ſuper lapidem.Sic ſe habet ſubter,ſed non infra &c.A,ab,abs,hoc diſcrimine diſtant,quòd a ſolum conſonãtibus iungiť,ut a Petro. Ab, vocalibus,cõſonantibus,l,& r,liquidis;ut ab Andrea,ab lege,ab rege,ab duce &c.abs,tantum q,& t,vt abs Quinto;abs Tito.Coram,& clam;contraria ſunt.Corã;& ante differunt.Corã,proximitatem ſignificat: ut corã iudice cauſam egi.Ante;ſignificat pſonam,locum aut tẽpus: ut ante me,ante templũ,ante duos annos.Coram & Palam id vnum cõtrouerſum eſt, quòd coram ad certas perſonas pertinet,palã ad omnes: & ferè aduerbium ẽ, pro manifeſte ſiue in aperto.De & A,hãc habent inter ſe differẽtiam,ꝙ De,materiam ſignificat,ut anulus de auro factus.A,nunquã materiam innuit,ſed cauſam efficientẽ. De tamen.Aliquãdo pro A,ſumitur:Emi de petro,pro a

Petro. E, Ex, idem ſibi uolunt, ſed E, conſonantibus iungitur; utè iure, è republica. Ex, tam uocalibus, q̃ conſonantibus; ut ex arbore, & ex dignitate. Ex, A, uel ab, hoc diſcrimine ponuntur. Ex ſignificat plerumque locum, in quo quis fuit: vt ex amphitheatro uenio. A, vel ab, locũ alicui proximũ, ut a fonte, uel ab amphitheatro uenio. Sic ad, & in: ut ad tribunal uenit litigator. i. iuxta, in tribunali uenit Iudex. i. intra. In ubicunq; ſignificatur diuiſio, mutatio, aut conuerſio, accuſatiuũ habebit: ut, Vxor Lot uerſa eſt in ſtatuam ſalis. Troia uerſa eſt in cineres. Daphne mutata eſt in laurum, Lycaon in lupum. Partior in ſocios prædam. Diuiditur nomen in duo mẽbra, &c. Super ablatiuum habet pro de. ubi de re aliqua mentionem facimus; ut, Multa ſuper Priamo regitans, ſuper Hectore multa. Subtus perperam ponitur a quibuſdã: quia aduerbium eſt, non præpoſitio. Etiam inepte dicimus, de poſt fœtantes, de ſub pede, de prope fontes; licet hac parte utantur uiri doctiſſimi.

Regula ultima de genitiuo, & obiter de aliis caſibus pro aduerbiis loci, quam carentiam rectoris vocat Alexander.

Quæſtio ſi fiat per ubi, nomenque prioris
Sit numeri, & proprium ſeu primæ ſiue ſecundæ,
In patrio dabo, quando locum deſigno minorem.
Militiæ, belli, atque domi, ſic ponis humique.
Addimus interdum dictis terræque, togæque.

Propria nomina pagorum, & oppidorum (quæ minora loca dicuntur) primæ, uel ſecundæ declinationis, ſingularis numeri, cũ appellatiuis militiæ, belli, domi, humi, terræ, & togæ, cum verbo, vel participio, ubi quæſtio fieret per ubi, ponentur in genitiuo pro aduerbiis loci: ut ſi quæratur, Vbi eſt Papa? optime reſpondebis, Papa eſt Romæ. ubi ſtuduiſti? ſtudiui Gandaui, Louanij, Antuerpiæ,

piæ, Vbi eſt ſegnis? Domi. Vbi eſt temerarius? Militiæ. Sic poma iacent humi.i.ſuper terram:condo corpus terræ.i.in terra; gratus principi belli togæq;. i. in bello, & in pace. Toga ueſtis erat Romanorum,qua utebantur in pace tantum,ideo pro pace capitur. Cur dixiſti in regula propria nomina? Quia appellatiua cum in præpoſitione,in ablatiuo ponuntur;ut,Vbi oras? in templo. Herba hæc creſcit in agro, auia mea moratur in pago, auus, in oppido. Cur dixiſti in regula propria oppidorum, & pagorũ? Quia propria aliorum locorum,ut regionum,&c. ſtabũt in ablтõ cum prępoſitione in, ut, Petrus ſtudet in Francia,bellum eſt in Aegypto. Cur dixiſti primæ,uel ſecundæ declinationis? Quia ſi eſſent tertiæ declinationis, ponerẽtur in datiuo uel in ablatiuo; ut,natus Carthagini,uel Carthagine. Cur dixiſti,numeri ſingularis? Quia ſi eſſent numeri pluralis in datiuo,uel in ablatiuo ponerentur,ut natus Athenis,ſtudet Pariſiis. Cur dixiſti, ubi quæſtio fieret per ubi? Quia ſi fieret quæſtio p quo,qua, uel unde,non reſponderetur in genitiuo:ut, quo uadis? uado Romam,non Romæ,&c.

Si ternæ nomen fuerit, numeriue ſecundi.
Cum ruri, dabitur terno, aut ſexto; mage terno.

Nomina propria oppidorum aut pagorum tertiæ declinationis, aut pluralis numeri, ubi quæſtio fieret per ubi ponuntur pro aduerbiis loci in datiuo, uel ablatiuo: elegantius autem in datiuo cum appellatiuo ruri: ut,egi Auenione. Sic moratus ſum Veronæ, &c. Philoſophatus ſum Athenis. Tarquinius uixit Gabiis,&c. Ioãnes eſt ruri,& rure.

Tu ſextum caſum, ſi quando per unde, rogaris.
Aut qua, reſponde. Si per quo, ponito quartum
In proprijs; quibus uſque cupit rus, cum domus addi.

Nomina propria oppidorũ aut pagorum,ubi quæſtio

fieret per unde, aut qua, ponuntur pro aduerbiis loci in ablt͡o ſine prępoſitione, cum appellatiuis duobus rus, & domus; ut, Vnde uenis? Venio Valentia, Tybure. Lateria. Lugduno, rure, domo. Qua ibis Romam? Mediolano, ſed hic per act͡ũm, & per præpoſitionem loquimur, p p amphibologiam uitandam. [Si per quo, &c.] Nomina propria oppidorum & pagorum ac caſtrorum, ubi quæſtio fieret per quo, ponentur ſine præpontione in act͡ō, cum appellatiuis rus, & domus: ut, Quo uadis? Vado Auenionem, Valentiam, Brugas, Bergas, Rhemos, Parhiſios. Cur dixiſti propria oppidorum, pagorum, aut caſtrorũ? Quia appellatiua, aut propria regionum ponũtur iu act͡ō cum præpoſitione ad; ut, concedo in urbem, ad uillam, iter eſt mihi Ad Aſiam, &c.

Barbarus haud fies apponens præpoſituras.

Si quis contra regulas dictas doctiſſimos parce imitetur, vbi vſurpauerunt contrarium, aut præpoſitionem omittendo, ubi regula exigit regi, aut addendo, ubi regula exigit ut omittatur, non cenſebitur barbarus. Verbi gratia, regula exigit, uado domum, eſt domi, uenio domo: Aliquando tamen teſte Valla inuenimus, uado ad domum, ſum in domo & uenio de domo. Virg. Italiam uenit, dixit, pro ad Italiam, &c.

Compoſitum nomen nolunt rectore carere.
Sed tamen ut ſimplex poſitum, quandoque legetur.

Grãmatiſtæ negãt nomẽ cõpoſitæ figuræ poſſe ſine p̄poſitione poni pro aduerbio loci, quia male dici putãt, Ioãnes iuit Montẽ Peſſulanũ, Sãctũ Chamundũ, &c. Ego uero rectiſſime dici aſſero, quia ſi vera eſſet grammatiſtarij regula, non tacuiſſent de hac re Priſcianus, Donatus, Seruius, & cęteri, nec ipſe Alexãder. Præterea in Græcis manifeſte hoc falſum eſt; ut, Neapolis, Cõſtantinopolis, &c. Pręterea apud doctiſſimos inuenio nomina Latina com-

compoſitę figuræ. aut orationes carere rectore: ut ſunt Noua Carthago, Theanum Sidicinum, Nouocomum, & plura.

REGIMEN DATIVI.

Fixa dabunt ternum ſubſtantiuo, mediante
Verbo: quod per habet, contingit ſæpe reſolui.

Omne nomen ſubſtantiuum poteſt regere aliud ſubſtantiuum in datiuo mediante uerbo ſubſtantiuo: ut mihi liber eſt, tibi pecunia, & exponitur per héo: ut eſt mihi pater. i. habeo patrem: & ſunt tales orationes multo pulchriores, quàm orationes de habeo.

Ternum pro quarto, aut ſexto cum præpoſituris
Ponimus, it clamor cælo, mihi filia curæ eſt.
Cur tibi deſpicior? nunc omnibus itur ad aurum.

Datiuus ponitur ſæpe pro actō, uel abltō cum præpoſitione: vt it clamor cœlo. i. ad, uel in cœlum. Inferetq; Deos Latio. i. in Latium. Tu es mihi uiſus. i. a me. filia eſt mihi curæ. i. ad curam: curritur omnibus. i. ab omnibus. pugno tibi. i. tecum.

Acquiſitiue ſi ponas uerba, datiuum
His dato. Communis ferme omnibus eſto datiuus.

Omne uerbum acquiſitiue poſitum, poteſt regere datiuum caſum rei acquirentis, aut cuius cauſa aliquid fit; ut doce mihi prolem, ideſt, ad petitionem, aut fauorem meum. oro te mater, roga magiſtrum mihi ueniam. Hic caſus communis eſt omnium ferè uerborum, & ſignificat in honorem, uituperationem, utilitatem, damnum, lætitiam, iucunditatem, fauorem, pœnitentiam, ſimilitudinem: uelut apud Virgilium. It haſta Tago per tempus utrunque. i. in perniciem, uel necem Tagi. Idē: Centum cui templa Sabęo Thure calent. i. in cuius honorem. Idem: Cui pendere ſua parereris in arbore poma. i. cuius gratia &c.

Verba

Verba datiuum,ut proprium caſum regentia.

Tertius eſt uerbis proprius nati fore, ſum fit:
Atque manente facit: ab, ad, & con, ſæpe: quibus do,
Occurro, faueo, ſtudeo, medorq́;, & adulor,
Auxilior, famulor, noceo. Sed datiuo quartum.
Pareo, præſideo, pugno, cum parcere, grator.
Quæq; frequenter erunt imperſonalia iunge.
Contingit, reſtat. placet, euenit, accidit, & fit,
Sufficit, & conſtat, libet, & liquet, & dolet: adde.
His uacat, & conducit, & expedit, & licet, atque
Conuenit, & præſtat, ſed dicito, pertinet ad me,
Attinet, & ſpectat, rectè coniungimus iſti,
Multa regunt ternum, quibus haud eſt regula certa.

Datiuũ vt proprium caſum regentia verba ſunt unde vigecuplicia. Primo compoſita, a fore: ut ſpero hæc mihi profore. Vtinã Peliſſo adforet nobis.i.adeſſet &c. Secundo, cõpoſita a ſum: ut adſum pugnæ, præſum exercitui, deſum nuptiis, obſum tibi &c. Tertio cõpoſita a facio; ubi non mutant a, in i; vt ſatisfacio tibi: malefacio, benefacio tibi; & a fio: vt ſatisfit tibi; deſit mihi æs; ſic bene cupio uel opto tibi, & male volo tibi &c. Quarto, verba plurima cũ præpoſitione ad cõpoſita, & aliqua cũ præpoſitione con, regunt drũm; vt annuo tibi, acclamo illi. ſic aſſueſco, aſto, acquieſco &c. Condormio Petro. Cõſonat veritati &c. Quinto, verba occurrẽdi; ut occurro tibi; ſic obuio, obſto, obſiſto, occurſo, obuenio. Sexto uerba fauendi; vt faueo amico, annuo tibi. Sic arrideo, ſubſcribo, conſentio, aſſentior. Hæreo, adhæreo, adſtipulor, Concino, ſuffragor, accedo, acquieſco. Aſpiret Deus cœptis. Septimo, verba ſtudendi, & diligentiam adhibẽdi, ut ſtudeo Grammaticæ, inuigilo pecuniæ, incumbo audi Studendi uerba hæc ſunt. Studeo, incumbo, incu

bo,

bo,attẽdo,indulgeo,inſiſto,inhio,inſudo,indormio,innitor,uaco,inhæreo,operã do,impendo,nauo,adhibeo, &c. Octauo,medeor,& medicor aris,& ſi qua ſunt his ſignificatione cõformia. Verg. Senibibus medicantur anhelas,mederi vulneribus.Nono adulandi uerba; ut adulor diuiti, blandior matri,aſſentior magnatibus, palpor hero,&c.Decimo,verba auxiliandi,ut auxilior tibi,ſubuenio pauperi. Sic adminiculor, opitulor, patrocinor, ſuccurro,commodo,incommodo.i.nuceo &c. Vndecimo,famulandi verba: vt famulor diuiti,ſic auxilior,ſeruio,& inſeruio &c.Duodecimo,nocẽdi uerba;vt noceo nemini, reſiſto potenti. Sic inimicor,reluctor, obnitor, inſidior,obloquor,detraho, ſuccẽſeo,indignor,iraſcor, inſurgo,derogo,obtrecto,ĩcõmodo,officio,renitor,aduerſor,refragor,inuideo &c.Tertiodecimo, uerba parẽdi ſiue obediendi; vt pareo magiſtro, obedio patri. Sic obtempero,acquieſco,morigeror,obſequor,geniculor. i.genu flecto;ut geniculor uictori, ſupplico, audio, auſculto,pro obedio. Decimoquarto, verba præſidendi ut præſum imperio,& præſum gymnaſio &c.Decimoquinto,pugnandi verba poetice dtũm regunt,apud oratores & hiſtoricos ablatiuũ habent intercedente cũ præpoſitione; elegantiſſime vero actũm cum præpoſitione in; vt pugno tibi,vel tecum,uel in te. Sic certo, digladior, cõcurro,cõgredior. Vis ne mecũ certare literis &c.Decimoſexto,uerba parcendi,& veniam dandi;vt parce mihi domine,ignoſce mihi bone magiſter,ſtultitiæ,adoleſcentiæq; ignoſcas. Poteſt habere actũm;vt nũc hoc mihi ignoſcar,quæſo,ſicut cõdona mihi hanc culpam.Decimoſeptimo,verba gratulandi; vt gratulor amico, gratulor ſorori,Gratulor & grator.i.pp alterius,vel meam ſecundam fortunam gaudere me dico,uel oſtendo.Decimooctauo quędã uerba cum infinitiuo imperſonalia,ſine eo pſonalia,ſed raro aliter, q̃ in tertia perſona,regũt

dati.

datiuum; ut contingit, reſtat, & quæ in litera ſequuntur, veluti, contingit mihi legere: reſtat tibi potare. De perſonali, contingit mihi rurſus; neſcis quid mihi obtigit. Placet mihi inſanire; ſic perplacet, & diſplicet; euenit mihi ducere vxorem; ſic obuenit tibi vxor &c. Accidit illi viro bono eſſe. Fit mihi interdum magno dolore affici .i. contingit; & ſine infinitiuo ponitur plerunque. ſufficit homini ſcire, quod bonum eſt. Conſtat mihi te dixiſſe. i. liquet, & manifeſtum eſt. Libet vel lubet mihi ſcire quid agas. i. placet, & deſidero. Collibet idem. Libido eſt ſcire .i. libet. Liquet mihi. i. certũ eſt & manifeſtũ Dolet mihi tam inhoneſte uiuere; non uacat mihi audire fabulam. i. non eſt mihi otium vel tempus. Cõducit tibi ſtudere bonis literis. i. vtile eſt; expedit tibi vapulare; licet tibi eſſe ſacerdoti. Cõuenit tibi dicere. Præſtat mihi ridere, quã flere, ideſt, melius ẽ. [Sed dicito &c.] Pertinet, attinet ſpectat ad me, non autem mihi, dicendum eſt; vt liber pertinet ad Ioannem, non Ioanni. Decimonono multa regũt datiuum, de quibus certa non conſtat regula; ut ſto iudicio tuo; renũcio liti; cano receptui; cano progreſſui. i. vt milites a pugna redeant, uel ad pugnam progrediantur: diffido vxori, ſapio mihi, præiudicat religioni, afficior tibi non vulgariter, ideſt, te amo; erubeſcit fortunæ, deſueſcit honori. Regunt etiam datiuum obumbro, moderor, dominor, & multa alia.

ACCVSATIVI REGIMEN.

Ante uolunt quartum uerba infinitiua ſuorum:
Poſt caſum. Præ nulla ſupina, gerundia nulla
Dant caſum dabitur recte poſt caſus agentis
Ni ſit in u. Poſt nil capit hoc: vult mobile præſe,
Poſt etiam ſequitur ſua participans bene verba.
Nam regimen fit idem, ſi ſignificatio par ſit.

Omne verbum perſonale infinitiui modi regit ante ſe accu-

accuſatiuũ:poſt ſe autem caſum verbi a quo deſcẽdit:ut hominẽ parere Deo, æquum eſt: hic infinitiuus parere, ante ſe accuſatiuũ hominẽ regit: poſt ſe datiuum Deo vt pareo. Cur dixiſti ꝑſonale? Quia imperſonale ante ſe accuſatiuũ nõ habebit: vt intereſſe,ſederi &c. [Præ nulla ſupina,gerũdia &c. Nec ſupinum nec gerundium regit ante ſe vllũ caſum;ſed poſt ſe regit caſum agẽtis,hoc eſt,quẽcũque regit verbum,præter caſum patientis, videlicet ablatiuum cum præpoſitione a,uel ab. Supinum tamẽ in u,nec poſt ſe quidem vllum habet caſum;ſed ante ſe recipit adiectiuum,vt non dicimus.Scribentem habendum eſt pennam. Tempus eſt Petrum legẽdi hiſtoriã &c. ſed ſcribẽti habẽda eſt penna.Tẽpus eſt Petrũ legere hiſtoriã.Exemplũ de caſu a tergo recto;ut ſicut dicimus lego hiſtoriã,ita ueni huc cauſa legendi hiſtoriam; uado lectum hiſtoriam.Cur dixiſti caſum agentis?Quia gerũdium,& ſupinum,teſte Valla,non regunt,vbi paſſiue capiũtur,ablatiuum cum præpoſitione a,uel ab:quia male dicitur,iſte liber eſt difficilis ad intelligendum a nobis; nõ uenio uapulatum a te. Cur ſic nõ loquimur?Quia nõ eſt doctiſſimorũ uſus, quia ſemper ablatiuum talem ſubticẽt. Virgilius:Alitur uitium creſcitq; tegendo. Idem: Aegreſcitque medendo. ſic, Memoria excolendo augetur.i.dum excollitur.Itaq; ſupinum in u, quia paſſiue ſẽ ꝑ ſignificat,abſolute ponitur,nec ullũ regit caſum,adderet tamen ubicunq; adiectiuis;ut rarus inuentu,miſerabile uiſu,dignũ aud-tu,difficile dictu.i.ut inueniatur, videatur,audiatur. [Poſt etiam ſequitur &c.]Omne participiũ regit poſt ſe caſum uerbi ſui,ut ſicut dicimus amo Deum,ita amãs & amaturus.Deũ, ſicut amor a Deo.ita amatus & amãdus a Deo.ſic ſeruiẽs Deo,uapulans a magiſtro &c.Oſculans te non a te, quia a cõibus participia in ans,& in ens,&in rus,ſolum actiue ſignificant,in dus, ſolũ paſſiue,ĩ tus,utroq; modo:de qua re ſunt verſiculi:

Verbum

Verbum commune quamuis agat & patiatur,
Sola per ans, ens, rus, tamen actio ſignificatur.
Dus ſolum patitur: ſed præteritum dat utrunque.

Quæ eſt ratio cur infinita,gerūdia,ſupina,participia, regāt caſus verborum,a quibus deſcendūt? Quia eſt nobis regula. [Nam regimen fit &c.] Vbi ſignificatio eſt eadem regimē erit idem; vt àmo,regit accuſatiuum; ergo etiam ardeo pro uehementer amo, regit accuſatiuum; ut ardeo Chriſtum. Ver.Corydon ardebat Alexin. Sic rideo te,pro irrideo. Verg.Nec uox hominem ſonat. i.ſono indicat. Oles ceruiſiam.i.odorē repræſetas.Et ubicūque neutrū pro actiuo capitur; ut, Exultabit lingua mea iuſtitiam tuam. Obuiam tibi, ſimiliter illi,ut obuius,ſimilis,doctior pilæ,vt doctus &c.

Omne dat actiuum (tolle interdicere) quartum.
Hoc uerbum ſextum, pro quarto, ſæpius optat.

Omne uerbum actiuum,uel actionem ſignificans,regit poſt ſe accuſatiuum rei patientis,qui in oratione paſſiua fit nominatiuus;amo Deum,Deus amatur a me; cædo hoſtem,hoſtis cæditur a me; aro terram, terra aratur a me,puer oſculatur matrem,mater oſculatur a puero. Si actiuum paſſiuo careat,ad ſynonymum,aut ſignificatione proximum recurrendum eſt;ut loquor uerum, uerum dicitur a me; furaris aurum, aurum ſurripitur a te, &c.Dixi actiuum uel actionem ſignificans; vt comprehendam uerba actiua actiui generis.i.deſinentia in o, & habētia paſſiua in or;& uerba neutri generis pro actiuis ſumpta,ut quieſco,requieſco,pro requietū facio,coeo, duro &c. Deponentia & communia, ea quæ ſignificant actionem &c. [Tolle interdicere &c.] A regula excipietur interdico,quia pro accuſatiuo ſæpius ablatiuum habet;vt interdico tibi domo mea,domus mea īterdicitur tibi; aliquando etiam interdico tibi domum meam &c.

Cœlo,

Cælo, rogo, doceo, geminant, ut ueſtio, quartos
Diuerſos. dices ueniam bene poſcimus abs te.
Induo ueſte Petrum dic, aut ueſtem induo Petro.
Rem tibi, uel de re te cælo, dicimus apte.
Te doceo de grammatica, tu dicito parce.

Cęlo cum verbis rogãdi, docẽdi, veſtiendi, regit duos accuſatiuos ꝑ diuerſis acceptos: ut cœlo te arcana mea: doceo diſcipulos poeſin; rogo magiſtrum ueniã: ueſtio te ſubuculam, induo te tunicã. Cur dixiſti duos accuſatiuos pro diuerſis acceptos; Quia duos accuſatiuos ad eãdem rem pertinentes, aut qui ſignificantur ad eandem rem pertinere, bene regit alia verba, ut uoco te hominẽ: facio te ſacerdotẽ, voco te aſinũ, &c. Rogandi verba rogo; oro, præcor, poſco, poſtulo obſecro, flagito, exigo, peto, interrogo, percũtor; moneo, admoneo &c. quæ ꝑ altero accuſatiuo ſignificãte animal rõnale poſſunt ferè habere ablatiuũ intercedẽte præpoſitione: ut ueniã poſcimus abs te: exigo a te, uel de te pecuniã: peto a te, vel ex te, uel de te hanc rem. Item quære ab illo &c. Docẽdi verbã, doceo, dedoceo, perdoceo, erudio, ĩſtruo; inſtituo &c. Veſtiẽdi verba, veſtio, induo, cingo. Sic exuo &c. Hęc pro altero accuſatiuo rei animatæ regunt etiã datiuum: vt induo tibi tunicã, cingo mihi zonam. Et ablatiuum: ut ĩduo te tunica: exuo te caſtris. i. ſpolio &c. Cœlo, triplicem conſtructionẽ habet. Dicimus. n. cœlo te hãc rẽ, cœlo tibi hanc rẽ, & cœlo te de hac re. Doceo itidẽ pro accuſatiuo ſignificante rem, habet interdum ablatiuum cum de, apud claſſicos. Saluſt. Quia Senatum docerent de cæde fratris. Non tamen libenter dicerem, doceo te de grammatica, pro doceo te grammaticam.

Delectat, decet, atque iuuat, da quarto, & oportet.

Hæc quatuor verba, delectat, decet, iuuat, oportet accuſati-

cuſatiuum poſt ſe cupiunt: & cum infinitiuo imperſonalia dicuntur; cum nominatiuo ante ſe, perſonalia, ut delectat me ſtudere, aut delectat me ſtudiũ; decet te caſtè uiuere, aut te decet caſta uita; iuuat nos aſpicere arua; ut iuuat nos aſpectus aruorum.i.delectat. Oportet te ire. Inuenitur hoc uerbum perſonale interdum, ſed ſine ullo caſu poſt ſe. Terentius. Quæque aſſolent, quæque oportent &c.

Compoſitum quandoque dabit ſibi præpoſituræ
Caſum. Quo circa quartum, ſextumq; dat Exit.
Sæpe quidem docti repetunt bene prepoſituram.

Verbum compoſitæ figuræ regit aliquãdo caſum præpoſitionis cum qua componitur; ut, Exeo, ab extra, regit accuſatiuum. Exeo, ab ex, regit ablatiuum. Sic egredior: ut exeo, Egredior domum, vel domo: Adeo Petrũ. Circunſiſtimus magiſtrum &c. Cur dixiſti in regula, Quandoque.i.aliquando? Quia ſæpe verbum non regit caſum præpoſitionis ſuæ: ut arrideo tibi, applico litori, interſum lectioni &c. Ideo auctorum vſus magis conſiderandus eſt, q̃ regula. [Sæpe quidem &c.] Sæpe præpoſitio repetitur: ut apud Ciceronem, Extra cancellos egredi conabor. accedo ad ignem. adeo ad vrbem &c.

Quàm poſcendo diu, quartum vel ponito ſextum
Cum quouis uerbo. Secus ablatiuus adeſto.

Oẽ verbũ regere põt actũm, uel abltũm t pis ſine prępoſitione, aut actũm cum præpoſitione per, ubi fieret quæſtio per quandiu, aut quamdudum. At quæſtione facta per quando, aut quanto tempore, pro intra quãtum tempus, ſolus ablatiuus datur: ut quandiu habitaſti Lutetiæ? Tres annos, uel tribus annis, vel per tres annos. Quandudum obiit pater tuus? Ab hinc tres menſes, uel tribus menſibus: & ſæpius quidem hoc per actũm dicitur. Quãdudum & quampridem. i. quod ruſtice dicitur,

quandiu

quandiu præteriit quòd. Sed quandudum quærit de re non adeo diu præterita. Quampridem, de re ante multos etiam annos facta. Quando veniſti? Hora tertia. Quã to tempore hæc ſcripſiſti? Tribus horis.

Æquiualens geminis, harum ſi iungitur uni
Dictio, pro reliqua tantummodo debet haberi.

Quoties dictio æquiualet duabus dictionib. in ſignificando, ſi ipſi altera illarum iungatur, capietur ſolum pro reliqua; ut egredior domum; ideſt gradior extra, egredior extra domum, ideſt gradior. Cedo, ideſt do locum; cedo locum, ideſt do &c.

Quantum ſit ſpatium, quarto, uel dicito ſexto.
Aſt ubi quid factum, ſexto tantummodo prome.

Verbum eundi vel diſtandi regit accuſatiuũ, vel ablatiuum diſtantiæ aut ſpatij; vt ambulaui ſeptẽ millia, vel millibus. Lutetia abeſt hinc iter, vel itinere decem dierũ &c. [Aſt vbi quid &c.] Si vbi quid factum ſit, quæratur, reſpondetur ablatiuo, vt captus eſt latro ſexto ab vrbe lapide, non ſextum lapidem &c. Sed opus eſt vt nomen diſtantiæ ſit, alioqui præpoſitio addetur; Petrus mortuus eſt in carcere.

REGIMEN ABLATIVI.

Natura faciens regitur ſiue præpoſitura
In ſexto, a uerbis permultis, mobilibusque.
Sic dabis efficiens quodcunque: modo bene poſſit
Hoc, per, præ, propter, reſerare, pudore tacemus,
Te uirtute colo: tardus ſenio: grauis ære:
Rex dono Chriſti: diuino numine præſul.

Omne fere verbum, & plurima adiectiua regere poſſunt ablatiuum cauſę efficientis, pręcipue naturalis, ſine prępoſitione; qui ablatiuus declaratur per præpoſitionẽ o per, pię, vel ꝑpter. De verbis, vt taceo pudore, rubeſco

ignorantia:tremo metu:eiulo dolore:gaudeo uirtute.i. propter pudorem,ignorantiam &c. aut præ pudore &c. Sic expergiſcor clamore: hic ſtupet uitio: lamentor triſtitia:pingueſcit glis ſomno:ęgroto labore,fatigor itinere: amota uirtute fulges claritudine natalium: uapulas a præceptore petulãtia.Feci amore tui,cauſa efficiẽs eſt, non finalis: ſic ieiuno Dei amore: ueni gratia tui uidendi: gratia Dei ſum,quod ſum:auxilio tuo euaſi.i. p auxilium tuum:conſumor cura: dolore maceror.De adiectiuis, pallidus morte:albus frigore: tardus ſenio; grauis ære: ſuperbus honore &c.i.propter mortem,frigus &c. [Rex dono &c.Quædam ſubſtantiua dignitatum nomina,regunt ablatiuum cauſæ efficientis,ut Dei gratia rex: diuino auxilio Papa &c.Loquimur ſic Chriſtiani, ſcientes omnem poteſtatem eſſe a Deo.

Materies ex qua, raro ſine præpoſitura
Ponitur: ut, fuluo nummos cudit faber auro.

Materia ex qua aliquid fit,in ablatiuo exprimitur ſæpius cum præpoſitione de,e,uel ex;ut facit faber ex auro calicem;homo factus eſt de limo terræ.Aliquãdo prępoſitio ſubauditur; ſed fere apud poetas. Virgilius; Sectaq; intexunt abiete coſtas &c.

Materiam, circa quam proprietas habet eſſe,
Mobile cum uerbo, ſexto capit: auctus honore,
Lacteque diſtentus, ſic adiectiua dabuntur
Plurima, cum uerbis fungor, ueſcor, fruor, utor.
Victito: fraudo, beo, dono, afficio, colo, ſterno,
Cum multis iunges, quæ proſa recludet abunde.

Plurima adiectiua,& uerba regunt materiã circa quã proprietas uerſatur in ablatiuo. Exẽpla de adiectiuis: ut auctus honore,muneribus,uber diſtẽtũ lacte, locuples auro,vir duplex aĩo,fœcundus prole,fœtus armis, loca fœta furentib. Auſtris.i. plena, ac referta, dignus & indignus

dignus laude,immunis crimine,uacuus culpa,& a curis: mundus uita,orbis literis,nudus veſtibus.Sic certa adiectiua carentiæ,caſſus lumine,extorris patria,liber pecca to, exul natali ſolo &c. Exempla de uerbis, fungor magiſtratu: ueſcor carne, fruor amici aſpectu, utor nummo, uictito lacte, fraudo te iure, beo te diuitiis, dono te equo, afficio te honore, colo te modico munere,ſter no lectum tapetis, libero te curis, ſpolio te ueſte &c.ex proſa, muneror deponens, uel munero actiuum, ideſt dono; ut te muneror equo, dignor te laude, ideſt dignũ iudico:ſic indignor,ideſt indignũ iudico: exonero te faſce,expedio te ſollicitudine, impleo nauem frumento, abundo, affluo omnibus rebus, magnifico te uerbis,delibo te unguentis, ideſt ungo, potant me aceto,oblecto te carmine,communico te conſiliis meis,inſtruo te armis,infamo te opere,euacuo animam uitiis, purgo me obiectis, &c.

Forma modusue datur per caſum rite Latinum.

Nomen formæ,uel modi,regitur in ablatiuo ſine prę poſitione a uerbo,&adiectiuo nomine aliquando etiam ſubſtantiuo,quotieſcunque apte fieret interrogatio per quomodo : ut canto alta uoce, aſpicio te toruis oculis, facies miris modis pallida. Ecce ſi quis quærat. Quomodo cantas? apte reſpondebis, Submiſſa uoce; graui accẽ tu. Quomodo hic eſt magiſter?nomine,& titulo,non re; nomine Petrus,Ioannes, cognomine Pelliſſo ; ſum tibi natura pater, præceptor conſilio,Troianus origine Cæſar, ſpe diues, re pauper, more meo doceo.

Mobile uel uerbum, menſuram dat ſibi quarto,
Vel ſexto, longus treis ulnas uel tribus ulnis.

Adiectiuum uel uerbũ regit menſuræ nomen in actõ, uel in abltõ,ut hic pannus eſt lõgus tres ulnas,uel tribus ulnis,muri ducẽtos pedes alti,& quinquagenos lati. Niniue magna itinere trium dierum.

Menſuram exceſſus uerbum, uel mobile ſexto,
Optat: ut excedo digito, pede longior unó.

Dictio ſignificans exceſſum regit ablatiuum qui ſignificat quantitatem exceſſus certam, uel incertam: ut ſum te longior capite. Hoc lignum excedit illud digito: ſum te modico doctior: multo fortior &c. annoſior me es duobus annis, ſum te junior octiduo, aut nouennio, nō ultra, nec ſeptidio, ſexdio, quindio, ſed bene quatriduo, triduo, biduo.

Paſſiuis ſextum dabimus cum præpoſitura
A vel ab: Accipiens ſic do, Diſtans, Remouensque:
Sic alius ponas: & quæ conformia noris.

Omne verbum paſſiuum poteſt regere poſt ſe ablatiuum mediante præpoſitione a, vel ab: ut amor a Petro: liber legitur a magiſtro, vapulas a pręceptore, infans oſculatur a matre. Per paſſiuum, intellige id oē quod pati, vel tāquam pati ſignificat, ſiue in o, ſiue in or, deſinat: vt audior, vapulo, fio, naſcor &c. [Accipiēs ſic do &c.] Verba Accipiendi, Diſtandi, & Remouendi, regunt ablatiuū cū prępoſitione a, vel ab: accepi literas a Petro, habui a Paulo: audiui a nuncio: didici a monitore: conduxi domū a Paulo: intellexi a matre &c. Lōge diſtat a nobis India: abſum ab Italia non abhorret a veritate. i. nō alienū eſt: nō ſecus abhorres a literis, quàm Satanas a ſigno crucis: diſcedite a me: homo differt a bruto; diſcordat, diſcrepat a tuo ſermone: diffident a ſe inuicem, faceſſe a me &c. Remoue a me lapidem: aufer a me aurum: ſummouit oēs Philoſophos ab vrbe; arce felem a butyro: auerte irā tuā a nobis, a morte ꝑpetua libera nos domine: eripe me domine ab homine malo &c. [Sic alius ponas &c.] Quædā adiectiua regunt ablatiuum cum a, uel ab: ut alius ab ipſo, ſic alter, diuerſus &c. Primus a rege; ſecundus a Principe; integer a uitijs; caſtus a venereis, oriundus a Troia; uacuus a curis; immunis a peccato &c.

Inſtrumenta dabis ſextis, ſine præpoſitura.

Quoduis uerbũ poteſt regere inſtrumentum in abltõ, cui nullo modo addi põt præpoſitio, licet in uernacula lingua addatur cum; vt aro equo: ſcindo panem cultro: pugno gladio: nitor baculo: ſcribo calamo &c.

Abſque regente duos ſextos bene pone ſequelæ.
Diſcunt diſcipuli, me præceptore docente.

Quoties duæ orationes nominatiui & uerbi ſic ſe habent, ut alteri apponatur talis particula, dum, quãdo, poſtquam &c. lepide priorem mutamus in duos ablatiuos, qui non reguntur, ſed abſolute ponuntur in deſignatione ſequelæ, ut pro, dum magiſter legit diſcipuli ſcribunt, eleganter dicitur, magiſtro legente, diſcipuli ſcribunt. Sic, Magi apertis theſauris ſuis obtulerunt munera, ideſt poſtquam aperuerunt &c. lectis ſacris reuertor ad poetas; cœna facta, cantamus: magiſtro recitaturo, Petrus iuit in forum, ideſt dum magiſter paratus eſt recitare &c:

DE ORDINE DECLARATIONIS GRAMMATICAE, ET DE ſyntaxi reciprocorum.

LIBER IX.

OPtandi debent aduerbia, ſiue uocandi.
Sumere principium, uelut interiectio, ſæpe.
Ecce, agè, & eus poſt te caſum decet addere quintum,
Hinc rectum ſequitur uerbum. Tibi ſit generalis,
Regula: Quæ a tergo regitur, uult dictio cuncta
Poſtponi. Si quid declarat, iuris idem ſit.

Si quid ſit tacitè poſitum, ſupplere iubebo.

Regulę ordinis grammaticę declarationis ſunt ſeptē. Prima regula: Excitandi particulæ, ut aduerbia optandi, vocandi, demonſtrandi, hortandi, & reſpondendi, & interiectiones plerunque ſumunt principiū in ordine grāmaticæ declarationis. Secunda regula, poſt hæc ſequitur vocatiuus. Tertia, poſt vocatiuū ſequitur nominatiuus a fronte verbi rectus. Quarta regula, poſt nominatiuum ſequitur verbū perſonale finiti modi. Semper intelligo, ſi ſit in oratione: nā ſi hæc abfuerint, ab imperſonale incipiemus: ut tedet animam meam uitæ meę. Quinta, dictio recta a tergo ſequitur dictionem regentem. Itaque poſt verbum perſonale aliquādo ſequitur nominatiuus: ut ſum homo: aut genitiuus, ut miſerere mei, aut datiuus, ut ſeruio Deo: aut actūs, ut amo Deum, aut ablatiuus: ut careo nummis. Propter eandem regulam, aliquādo ante nominatiuū ponitur obliquus: ut hei mihi, amore pereo: & ante verbum obliquus: vt ſtudens virtuti laudatur. Ideo diligenter conſiderandū, quem quæq; dictio caſum regat. Sexta regula. Declarans declarato poſtponitur, vt adiectiuū ſubſtantiuo, aduerbium verbo, infinitiuus finito. Item infinitiuus, & ſupinum, & gerundium poſtponitur adiectiuo, vt certus mori, aut moriendi, turpe dictu &c. Ideo ante uerbum finiti modi aliquādo ponitur infinitiuus. Accuſatiuus præponitur infinitiuo, ſi a fronte regitur. Præpoſitio ſemper regit caſum a tergo, ideo in declaratione præcedit. Præpoſitio cum ſuo caſu, poſtponitur uerbo per hanc regulam: quia ipſa cum caſu declarat ſignificationem uerbi: ut uado ad forum. Septima, in declaratione orationis diligenter uidēdum eſt, an aliquid ſubaudiatur, quia hoc ſuppleri debet: ut miſeram me uereor. ſubauditur o, uel heu. Vnde mihi lapidem? Hebræi ſunt, & ego, &c. Quid eſt declaratio grāmaticæ? Ordo quidam, quo ſingulæ dictiones ad ſuā na-

turam,

turam, propriumq; regimen reducuntur, clarioris intel ligentiæ gratia. Hanc uocat Alexander conſtructionem non ſatis proprie: quia conſtruere propriè, eſt aliquid de bite componere. Qui autem orationem pueris declarat, non conſtruit, ſed ab alio conſtructam reſoluit, aut deſtruit, aut ordinat: vt a pueris intelligatur. Quo circa rectius dixeris ordinem, aut deſtructionem, aut reſolutionem, aut declarationem.

Exceptiones à præmiſsis regulis.

Quod rogat, atque refert, & habet quod uim referentis
(Vt quod uerba petit ſemper duo, dum, quia, donec)
Atque negans præit, ob logicam mutabitur ordo.
Præcedens ſemper præponitur & referenti.

Prima exceptio, Interrogatiuū ſp ꝑcedit: iō ab aliquo relatiuo, vel aduerbio ſæpe inchoamus ordinē. vt, Quē quæritis? Vbi audiſtis hominē? Quē tædet vitij? &c. Secūda exceptio, nomen relatiuū, & hinc aduerbiū, pręcedit dictionē, a qua regitur: ut hic eſt, quē uidere diu cupiui: uidi campū ubi Adā habitauit. Relatiuū pronomen non pręcedet: ut dedit amicus ad me carmē, ego miſi ei aurū. Cur magis ꝑcedit relatiuum nomē, q̄ relatiuum pronomen? Quia qui, qualis, quantus &c. exponuntur per con iunctionem &, quę uult pręponi: illam nunquam inclu dit pronomen, ideo etiam tantus, talis, non præcedent, quia nō includunt eam coniunctionem. Tertia exceptio eſt, dictiones uim relatiuam habentes: ut quæ ad ſenſus perfectionem plura uerba petunt, debent in declaratione grammatica præcedere. Quæ ſunt tales dictiones? Nomina uel aduerbia infinita, cum deinde, deinceps, ſic, ſicut, ſicuti; dum, quum, quando, quia, quoniam, licet, poſtquam, quam, quamuis, & ſimilia his plurima. Quarta, dictio negatiua debet præcedere; ut neutriquam faciam: neminem uideo. Aduerbium pro-

 hibendi,

hibendi,etiam negandi uim habet, ergo præcedit, ut ne feceris. Quinta exceptio, propter logicorum regulas oportet interdum cõtra dictas regulas partes orationis ordinare:ut cuiq; homini anima eſt:aliquo homine ſum doctior,&c.Sexta exceptio,Relatiuũ neceſſario poſtponitur antecedenti: ideo obliquus contra dictas regulas aliquando præponitur ntõ,aut verbo:vt Ciceronem diligit filius ſuus.Defendite Cæſarem o ſui milites.A Cicerone diligitur filius ſuus. Piget Ciceronis filium ſuum. Fratrem iam pigere incipit uxoris ſuæ.

DE RECIPROCIS.

Reciprocum eſt relatiuum reflexiuum, quod ad id, unde prodit,reuertitur:ut primitiuum ſui,& deriuatiuũ ſuus:velut,Iſte amat ſe,ecce hic amor reflectitur ad amãtem.Sic,iſte diligit filium ſuum,hic dilectio redit in rem diligentis.Sic ſpiritus reciprocatur,cum recipitur.Similiter & vnda viciſſim alluens litus reciprocatur. Euripus ẽt,fluuius,ad priſtinũ ſubinde curſum rediẽs reciprocus eſt. Vt aũt facile pateat ad reciprocorum notitiam iter, ante omnia diligenter conſiderandum eſt principale ſuppoſitũ, ad quod fieri debet reciprocatio:ut Superbus eſt ſui laudator: Ioannes amat patrem ſuum: expectat te Ioannes,ut ſe iuues:principale ſuppoſitum eſt Ioannes. Sic in omnibus orationibus de ut, & ne principale ſuppoſitum,eſt ſuppoſitũ prioris orationis: ueluti magiſter præcepit ut ad ſe ueniré. Ioannes timet,ne ſibi noceam. Ioannes diligit Petrũ & fratrem ſuũ,de fratre Ioannis intelligitur. Ioãnes diligit Petrum,& fratrem eius,de fratre Petri intelligitur:quia hic ad obliquũ,illic ad principale ſuppoſitũ fit relatio,Ideo in Euangelio bene dr̃, Iacob genuit Iudã,& fratres eius.Qui ſurgens accepit puerum,& matrem eius de nocte. Et uocabis nomẽ eius Ieſum: ipſe ſaluum faciet populũ ſuum a peccatis eorum: eorũ dixit non ſuis,ne de peccatis Ieſu,q̃ nulla fuere,loqui

qui uideatur. Miſertus eſt dominus timentibus ſe. Quæſiuit dominus ex Petro an ſe diligeret. Intercedẽte cõiũctionẽ nõ reciproco vtimur, vt dictũ eſt. Terẽtius. Pamphilus dat fidẽ, vxorem fore ſibi hanc: nã pater aliã ei deſpõderat. Antecedenti nõ erit annexum reciprocũ; quia nollem dicere filiũ ſuũ diligit pater ſuus. Quãuis autem interdũ cõiter per reciprocum, ac non reciprocũ loqui liceat, nõ tamẽ id ſemper licere putabimus. Verbi gratia, indifferenter dicere licet, oẽs optant quod ſibi utile eſt, & quod eis vel ipſis utile eſt. Non tamen dicam, Oẽs optant ꝙ eis utile putant, ſed quod ſibi, &c. Itẽ quando per reciprocũ generaretur amphibologia in alio relatiuo, ut is & ille ſine amphibologia uti licet, uitabimus dubietatem, vt apud Ciceronem in Bruto, præſertim cum ille Quintum Scæuolam ſibi minorẽ natu generum prætuliſſet. Dubium an ſibi ſocerum, an ad Fãnium referatur; & ſi dixiſſet, ei, de Fannio utique locutus intelligeretur. item nõ dicemus ſuus eſt illius ſeruus, aut doceo ſuum ſolius ſeruum, more Priſciani, quem præter eum nullus obſeruat. Neque per ſolum nominatiuum, ſed etiam ꝑ alios caſus loquemur, qñ ad poſſeſſorẽ poſſeſſio trãſitionem facit, & non ad aliũ; ut, Ciceronis ſuum filiũ piget. Præterea quoties nomen propriũ, pronomen, aut aliud, ad quod fiat reciprocatio, præponitur cum uerbo, & ſequitur aliud ſuppoſitũ cum uerbo, licet ſuppoſito addere ſuus, propter reciprocationem factam ad priorem ſermonem aut pronomen, non reciprocum propter reſpectum ad ſecundum. Quando vero tantum vnus caſus ſine verbo præcedit, ſi ad ipſum fieri poteſt reciprocatio, non ponetur aliud pronomen. Exemplum prioris: ut, ille aut Ioannes aut ſeruus tuus rogat te, vt ſuus, aut eius apud te cœnet filius. Exemplum ſecundi; vt Pythagorã uenerabantur ſui diſcipuli, non diſcipuli eius. Prætereà quando ablatiui abſolute cum reciproco præcedunt, nõ

habet

habet aliud pronomẽ locum, ut non dicam Tradito ei, ſed ſibi puero, vir dicẽdi peritus, ingeniũ eius ꝑſpiciat. Pręterea, in cõſtruendo, vbi ſuus ꝑponitur, vtemur inter dũ reſolutione in nõ reciprocũ, vt illud Senecæ, Sæpe in magiſtrũ ſcelera redierunt ſua. Sic ordinabitur, ſcelera magiſtri ſępe redierunt in ipſum, aut in eũ. Difficilis tñ eſt reſolutio, ubi ſuũ eſt ſubſtantiuũ; ut hic, Suum cuique perſoluatur, niſi dicatur, Qđ cuiuſq; eſt, id ei ꝑſoluatur: & ſilr, ubi ſuus pro proprio ponitur: ut, ſunt & ſua dona parenti: ſua. i. propria dona. Præterea bona cenſebitur re ciprocatio, quãdo pronomẽ reciprocũ ad principale ſup poſitũ refertur, quod fit quando loco reciproci poni po teſt in vero ſenſu ipſemet, aut ipſe idẽ cũ dicto ſuppoſi- to. Verbi gratia in illo Terent. Orare iuſſit, ſi ſe amas hæ ra, iam ut ad ſe uenias; ſi ſe. ſ. ipſum hæra ad ſe. i. ſemetip- ſam. Nõ tamẽ licet dicere, Petrus nõ adeſt, ſed filius ſuus, immo filius eius. bene aũt dr̃, Petrus filium ſuum miſit. Pręterea vbi principale ſuppoſitũ eſt quiſque, aut unuſ- quiſque, ferè locũ hẽt reciprocatio, ſi tamẽ ſuperior ſer uetur regula; ut, Quiſque ſui memor eſt. Vnuſquiſq; ad proximũ ſuum reſpicit: non tamen dicas. Ioannẽ nemo diligit, ſed unuſquiſq; liberos ſuos fouet, ſi de liberis Ioã nis loquare. dicendum eſt enim liberos eius. Præterea, quoties ſuus ponitur pro debito aut proprio, aut ſubſtã tiuum eſt, fere locũ habet: unc eo facile quis abutetur: ut ſuis horis id facit. Sua & ſuos conſeruat diligens pa- terfamilias. Præterea quoties gemina eſt locutio, ita ut bina complectatur ſuppoſita, licet ad prius dare recipro cum, aut ad poſterius non reciprocum; vt Quiſque uult quod ſibi aut ei expedit; iuuenis nõ petit, ut illum aut ſe miſerum puteris. Præterea, quoties ſic ante hanc prępo ſitionẽ Inter, ponitur genitiuus, datiuus, aut ablatiuus, licet non reciprocum, & reciprocum ſubdere; ut, Gram maticorũ inter ſe, vel inter ipſos: grammaticis inter ſe,

uel

uel inter ipſos;ſed grammatici inter ſe,& ſcio grammaticos inter ſe diſſentire,&c.nō inter ipſos.Ad hoc,quando uerba ſingula ſunt,ſed duplex reſpectus alter ad ſuppoſitum,alter ad obliquum;ſi pronomen reſpicit ſuppoſitum.erit reciprocum;ſin obliquum, potius nō reciprocum;reperitur tamē & reciprocum.Exemplum prioris; vt tueatur nos Deus propter bonitatem ſuam,non eius Secundi;ut Cepi columbā in nido ſuo,& eius;quia reſoluitur,columba capta eſt in nido ſuo.Si uero dixero,Ioānes cepit columbam,addam,in nido eius. Si tñ obliquo addatur uerbum, uel aduerbium, ad quod reciprocatio fieri debeat, erit ei locus; ut, inueni leonem iratum ob amiſſam prędam ſuam,nō eius. Eſt enim idem quod ira ſcebatur. Poſtremo quoties inter aliquos interuenit cōiunctio,non eſt reciprocō locus:unde non dicam, cepi leonem & catulos ſuos,ſed & catulos eius.In reciprocis multi errauerunt,aut ipſis ex induſtria abuſi ſunt, vt Valla oſtendit. ſed vt bene cum Valla dixit doctiſſimus Badius,caute videndum,ad quod ſit relatio;ne non illi,ſed nos erremus cenſura. Hactenus in genere.

ARS VERSIFICATORIA.

LIBER X.

Carminis & metri, ſeu verſus, definitio.

QVid eſt carmen? Oratio ſtrictiori pedum lege coercita,& ornàtiſſimū dicendi genus. Vnde dicitur carmen? A canendo,ꝙ ſit aptum cantibus, nō quod lenocinio vocis cantanda ſint carmina, ſed cū quadam grauitate pronuncianda. Nam autore Cæſare,Qui bene legit carmina,bene cantat,qui uero bene cantat, male legit. Quomodo aliter dicitur carmen? Metrum,ex eo quòd certa pedum menſura carmē metiri ſoleamus. Quomodo aliter? Verſus,ꝙ tandiu

uerti

uerti debeat, quo ad recte conſtituatur, vel quia vno verſu finito ad principium alterius vertamur.

DE PEDE.

Quid eſt pes? Metrica ſyllabarum conſtitutio. Dicti autem ſunt pedes, quia quemadmodum pedibus ambulamus, ſic carmina quibuſdam quaſi pedibus incedere uidentur; uel quia per eos ueluti ſcalarum gradus, carmina ſcandimus. Quid eſt ſcanſio? Legitima metri in ſingulos pedes diſtinctio. Dic aliquot ex uulgatioribus carmina. Hexametrum, Pentametrum, Sapphicum, Aſclepiadæum, Phaleucium. Habes ne his ſuper regulas? Habeo. Oſtende.

Hexametrum carmen, eiusq; compoſitio.

Hexametrum ſenis carmen pedibus ſit, & uſque
Dactylus eſt quintus, ſextam ſibi uult regionem
Spondeus, reliquisque locis ſit uterlibet horum.

Dic ſenſum. Carmen hexametrũ ſex pedibus conſtat: quorũ quatuor primi ſunt dactyli uel ſpondei, quintus tantũ dactylus, ſextus vero ſpondeus. Quid eſt dactylus? eſt pes conſtans tribus ſyllabis, quarum prima eſt longa, & duæ ultimæ breues; ut ſcribite, carmina. Quid eſt ſpõdeus? Eſt pes conſtans duabus ſyllabis longis: ut, Doces ſcribunt. Affer exemplum carminis hexametri. Arma, uirumq; cano, Troiæ qui primus ab oris. Scande. Arma ui, dactil. rum que ca, dactyl. no Tro, ſpon. ię qui, ſpon. primus ab, dactyl. oris, ſpon. Scande. i. diſtingue pedes, metire carmen, &c. Cur dicitur hexametrum? Quia ſex pedũ ictibus ipſum metimur; ab hex. i. ſex, & metrum. i. menſura. Quid in id annotari præcipit Deſpauterius? Hæc ſequenti litera contenta.

Pedes nothi, ſiue illegitimi in hexametro.

Hæc te legitimè docui: nam ſæpe poetæ
Ipſa minus ſeruant: tu quanta licentia cautus

Eſt

Eſt permiſſa, vide, ne quando turpiter erres:
Namque rei grauitas, quinta in regione locauit
Spondeum: ueluti, Magnum Iouis incrementum.
Datque pedes alios Maro: tu puer elige legem.

Explica. Heroici uerſus pedes legitimi .i. ex carminis lege debiti, ſunt dactylus & ſpōdæus. Admittũtur tamẽ nothi .i. illegitimi per poeticam licentiã, quam cauebis: quia rara occurrit; nec niſi in magnis operib. eorũ Poetarũ qui extra omnem inuidiæ aleam poſiti ſunt. Poëtæ itaque in quinta regione ſæpe ſpondeum locant, vbi reĩ grauitas & maieſtas ſignificatur, aut mœror & lãguor; tãmen id raro eſt faciendum. Virg. Chara Deũ ſoboles magnum Iouis incrementum. Idem; Tu ne ille Aeneas, quẽ Dardanio Anchiſæ. Et iterum de Sinone maximã triſtitiã languoremque ſimulante. Conſtitit, ac oculis Phrygia agmina circumſpexit. Hi uerſus ſpondaici dicuntur. Quandoq; ſexto loco eſt dactylus, ſed vix, niſi hypermeter locum habeat, Virg. At turba terribilem ſonitũ procul excitat horrida. Ob eã rem tales uerſus dactylici appellantur. Reperiuntur & alij pedes in diuerſis locis hexametri, qui ſunt Iãbus, Anapæſtus, proceleuſmaticus niſi cẽſuræ licentiã eſſe uelis. Tu licentiam cauebis, niſi tantus fueris, quanti hi apud quos ea licentia reperitur; & tũ ita cautè, & ita parce vteris, ut veteres. Qui ſunt hi pedes, quorũ modo meminiſti? Iambus, eſt pes conſtans ex duabus ſyllabis priore breui, altera longa, ut doces. Anapæſtus, pes cõſtans tribus ſyllabis, quarum duæ primæ ſunt breues, & vltima longa, vt anima. Proceleuſmaticus, pes qui conſtat quatuor ſyllabis breuibus; ut ariete, & vertitur in dactylum per ſyneresin, quaſi i. vocalis fiat conſonans. Eſt autem ſyneresis duarum ſyllabarum in unam propter uerſum contractio. Subijce reliqua.

Vltima

Vltima verſus anceps.

Vltima cuiuſque eſt communis ſyllaba uerſus.
Ne credas eſſe in ſexta regione trochæum.

Vltima ſyllaba cuiuſcunque verſus, eſt anceps.i.communis,ſiue ad placitum, quod dixit Alexander.

Penthemimeris,cum aliis cęſuris.

Per penthemimerim, breuis eſt producta licenter.

Pēthęmimeris eſt,vbi poſt duos pedes manet ſyllaba partē orationis finiens:veluti,Oīa vincit amor.hic poſt duos pedes oīa uincit à, manet ſyllabo mor,finiēs hanc orationis partē amor cuiuſmodi ſyllaba inuenit licēter produci, ſi naturaliter ſit breuis, ne dicatur tertio loco eſſe Iambus,quem nō recipit hæroicum,teſte Quintiliano, Alibi, At tibi Tymbre caput Euādrius abſtulit enſis.

Pentametrum carmen.

Pentametrum vult quinque pedes, pes tertius eſto
Semper ſpondæus. quartus, quintuſque anapæſtus,
In reliquis ſpondæus erit, uel dactylus, ut uis.

Pētameter verſus cōſtat quinq, pedibus,quorū tertius ſemper ſpōdæus eſt: quartus & quintus anapęſtus: reliq ſpondæi,aut dactili,uel hi miſti,ut uis. Sēper aūt adſit pēthemimeris,ſiue cæſura. Exemplū.Omnibus inuideas liuide, nemo tibi. Metire oībus, dactyl.inuide, dactyl.as li,ſpond.uide ne,anapæſt,mo tibi,anapæſt.Alij ſcandēdo poſt duos primos pedes faciunt cæſuram. deinde duos dactylos ſumunt cū altera cęſura, ſic, Arte leuis currus, arte regendus amor:arte le,dactyl.uis cur,ſpond.rus,cæſura,artę re,dactyl.gendus a,dactyl,mor.cęſura. Vnde dicitur pentameter? A pente. i.quinq; & metro menſura: quia quinq; habet menſuras, ſeu pedes.Pentameter uerſus,cū hexametro iunctus facit carmen elegiacum.miſeriis,aliis ēt rebus ſcribendis aptum,quale eſt,Fortunam reuęrenter habet quicunque repente Diues ab exili progre-

gredieręloco. Et dēt cū eo ſenſum cōcludere, aut ſuſpēdere, ita yt in ſequentibus duobus penitus abſoluatur.

ASCLEPIADEVM CARMEN.

Vult Aſclepiadis uerſus, ſpondeon habere
Principio, binos hinc rite capit choriambos
Pyrrhichius ſequitur, quo non uelocior alter.

Aſclepiadæus uerſus cōſtat ſpōdeo, duobus choriambis, & pyrrhychio; vt Sanctorum meritis inclyta gaudia. Diſtingue pedes. Sancto, ſpon. rum meritis, choriā. inclyta gau, choriamb. dia, pyrrhi. Quis pes choriambus? Qui conſtat quatuor ſyllabis; quarum prima eſt lōga, ſecūda breuis, tertia breuis quarta longa; ut nobilitas. Quis pyrrychius? Qui ex duabus breuibus conficitur. Vnde dicitur uerſus Aſclepiadæus? ab Aſclepiade inuentore.

Sapphicum carmen.

Quinque pedes Sapphus carmen capit, eſſe trochæus
Vult primus, quartusque & quintus, tertius autem
Dactylus, ipſe locum ſumes ſpondææ ſecundum.
Hoc carmen, poſt treis uerſus, ſibi iungit Adonis
Metrum, quod ſic fit ſpondæum dactylus anteit.

Carmen ſapphicum conſtat trocheo, ſpondeo, dactylo, duobus trochæis: ueluti, Vt queant laxis reſonare fibris, Metire. vt que, trochæus ant la ſpondæus, xis reſo, dactil. nare, trochæus, fibris, trochæus. Huic carmini, poſt tres verſus, ſubditur Adonium, ſiue Adonicū, ſic dictum ab Adone puero, uel ab Adone inuentore, dactylo & ſpondæo conſtans; vt nubibus atris. condita nullū, &c. Nomen habet a Sappho puella, primum hoc genere apud Græcos uſa. Quid eſt trochæus? Pes qui ex longa & breui conſtituitur; ut ſolue.

Phaleucium carmen.

Quum facies carmen, quod compoſuiſſe Phaleucus
Dicitur, in prima ſpondæus erit regione:

Da-

Datylus inde datur, triplicem cui iunge trochæum.

Phaleucium cõſtat ſpondeo, dactylo, & tribus troche is; vt Paſſer deliciæ meæ puellæ. Scande. Paſſer, ſpond. de lici, dact. æ me, troch. ae pu, troch. ellæ, troch. Nomen accepit a Phaleuco inuentore; & dicitur aliàs hendecaſyllabum, quod ſine ſynalœpha, & ecthlipſi undecim eſt ſyllabarum. Quæ ſunt ſcanſioni figuræ potiſſimum deſeruientes? Synalœpha, Ectlipſis, Synæreſis, Diæreſis. Profer de his regulas.

M, necat ecthlipſis, ceu uocalem ſynalœpha,
Dictio dum ſequitur, quæ a uocali incipiatur.

Ectlipſis, eſt m, literæ cum ſua vocali detractio, abſumptio, vel interemptio, quoties dictio aliqua in m, literã deſinit, & dictio ſequẽs a vocali ĩchoatur; ut hoc uerſu.

Virtutem primam eſſe puta compeſcere linguam. Scande.

Virtu, ſpond. tempri, ſpond. meſſe pu, dactyl. m, & a, abſumpta, ra com, ſpõ. peſcere, dactyl. linguam, ſpõd. Itẽ Multũ ille & terris, &c. Scãditur ſic. Multil, let ter. &c. Aliquado tamẽ nõ interimitur, Ennius; Inſignita fere tũ millia militum octo. Priſcianus, Et formã contra poſitarũ imagine coni, S, quoq; ſola aliquando interimit. Lucretius; Arboribusveteres decidere falcib. ramos. aliquãdo cũ uocali præcedenti. Virgilius; Aut ouium fœtus, aut urentes culta capellę. Sic ſcanditur, Aut oui, dactyl. um foe, ſpõ. taut u, ſpon. rentes, ſpon. culta ea, dactyl. pel lae, ſpõ. Sinalœpha eſt vocalis detractio, quoties in eã dictio deſinit, & ſequẽs a vocali exordiũ ſumit; vt ſera nimis vita eſt craſtina, uiue hodie. Scande. Sera ni, mis ui, teſt craſti na, viuo die. Quod ſi verſus finiat in m, vel ĩ vocalẽ & ſequẽs a vocali ĩcipiat nulla erit ecthlipſis, aut ſynalœpha, præterquã in paucis verſibus, qui dicuntnr hypermetri, vbi in verſu finito manet ſyllaba ĩ m, vel in vocalẽ deſinẽs, q̃ a principio alterius verſus abſumitur: Vir. Sternit ĩfelix alieno vulnere, cęlũq; Aſpicit; & terras &c.

Voca-

Vocalis non abſumpta, ſed correpta tantum.

Non perimens longam raro breuiare poeta
Conſueuit; ueluti, Sunt inſulæ ore canendæ.

Vocalis ante uocalem nõ ſemper abſumitur, ſed aliquã do longa ſolum corripitur: quod notãdum magis quàm imitandum cenſeo. Virgilius; Et longum formoſe uale, uale, inquit Iola. idem: Credimus? an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt? Priſcianus: Nunc magno nobis ſunt inſulæ ore canendæ.

Vocalis ante uocalem immutata.

Id mirare magis, uocalem nil uariatam
Interdum cernes: uelut, Ionio immenſo.

Aliqñ vocalis manet inuariata, ſed id quoque magis notandum, quàm imitandum. Ouidius; Iactari quos cernis in Ionio immenſo. verſus eſt ſpondacius. Virgilius; Et ſuccus pecori & lac ſubducitur agnis, &c.

O, ET HEV.

Heu, o, non perimes: at o interdum breuiabis.

O, & heu, ante uocales, integræ manent. Ouidius, O vtinã tunc cum Lacedæmona claſſe petebat. Virgilius; Te Corydon o Alexi, trahit ſua quenq; uoluptas. Ouidius; Heu vbi pacta fides? ubi quæ iurare ſolebas? &c.

Vocalis ante uocalem in eadem dictione abſumpta.

Vocalem perimunt plerunque in nomine eodem:
Sic Maro docte refe(r)s, aluearia uimine texta.

Synalœpha ſit nonnunquã in eadem dictione. Virg. Seu lento fuerint aluearia vimine texta. Scãde, aluaria. Propertius; Eoſdem habuit ſecum, quibus eſt relata, capillos. Scande, os dhabu, it ſe, &c.

Digitized by Google

Sinæreſis nulli uitanda.

Omnibus iſta licent, huic, cui, dij, dijs, quoque dehinc, dein,
Proin, deeſt, ſemianimis, prout, deorſum, prehendere, ſeorſum.
Sic ij, ſic ijſdem. Quædam diuiſa leguntur.

Synęreſis, eſt duarum vocalium naturaliter diuerſarum, in vnam contractio, ut Theſi, pro Theſei, Phæton, pro Phaeton: auris, pro aureis, ut, Atria dependent lichni laquearibus aureis. In ſequētibus ſolet eſſe licita in carmine, huic, cui, dij, dijs, dehinc, dein, proin, deeſt, ſemianimis, ſemiuſtus, ſemihō, prout, deorſum; ſeorſum, prehendo, ij, ijſdem: ut; Huic coniux Sichæus erat, Cui pendere ſua patereris, &c. [Quædam diuiſa, &c.] Nam huic interdum diſſyllabum eſt. Sidonius: Aſſurexit huic coxit quod torridus Auſter. Albinus: Ille cui ternis Capitolia celſa triumphis.

Diæreſis.

Scandere ſi bene vis, tu noſce diæreſin apte,
Ex vna per quam duplex fit ſyllaba ſemper:
Sic ſyluæ uates lyricus triſſyllabon effert.

Diæreſis eſt vnius ſyllabæ in duas diuiſio, vt ſyluę diſſyllabū eſt: ſed vates lyricus Horatius, per tres ſyllabas ſyluæ, dixit: ideo notitia huius figuræ ad ſcanſionem neceſſaria eſt. Diæreſis, ideſt, diuiſio διαιρέω, ideſt, diuido.

I, uocalis ubi male putatur eſſe conſonans.

Nominibus Græcis non conſonant I, uel, Hebræis:
Quapropter dices, Iacobus Iambus, Iaſpix
Profer Iulus, Iaſpis, Ioennes, & Ioſſe.
Suaueq; ab indoctis laniatum nomen IESVS.

I, litera

I, litera neque in græcis, neque in Hebræis unquã eſt cõſonans; unde Iacobus, quatuor ſyllabarum eſt, nõ triũ iambus, Iaſpie, Iulus, Iaſpis, Ieſſe, Iaſon, Ioſeph, Iacob, Ionas, & c. trium, Iob, duarum. Ieſus autem ſemper triſyllabum eſt in quo bis peccauit Alexander ibi. [Dat Ieſus um quarto, &c.] ꝙ Ieſus diſſyllabum protulerit, ut i, ſit conſonans, &c. ante s, producendum breuiauerit.

Quot ſunt regulæ generales quantitatis ſyllabariæ? Duodecim. Planum fac.

Prima, de Poſitione.

Dum poſtponuntur uocali conſona bina,
Aut duplex, longa eſt poſita. Quod ſi duo ſubſint
Finali raro poſitu producitur illa.

Vocalis naturaliter breuis, quã duæ cõſonantes continuo ſequuntur, ita, ut una conſonantiũ in eadem dictione cũ uocali ponatur; aut quã in cadẽ dictione ſequitur duplex. i. x, & r, uel i, conſonans in medio dictionis non cõpoſitæ, inter duas vocales poſita, vt Maia, producitur ea uocalis poſitione, ſiue poſitu conſonantiũ, vel duplicis. Cur dixiſti vocalis? Quia oĩs ſyllaba gratia uocalis quanta dicitur: Cur dixiſti ita ut una conſonãtium? &c. Quia nõ oportet utranque in eadem ſyllaba locari, uerbi gratia, a, in at, corripitur; eadem ſi conſonans in principio ſequentis dictionis ponatur, producetur. Vergil. At regina graui, &c. exẽpla regulæ ſunt, tempus; annus, luſtrum, dixerunt, azymus, aio, &c. Conſonans bis poſita, pro duabus habetur, ut prima in annus, &c.

Regula ſecunda, de Liqueſcentia.

Cum muta liquidam ſcribens in ſyllaba eadem,
Ancipitem ponas uocalem, quæ breuis eſſet:
Hanc tamen in proſa ſemper breuiare iubemus.
Sunt l, & r, liquida: queis raro iungimus, n, m.

Quando vocalem natura breuẽ ſequuntur muta & liquida, eandem cum ſequente vocali conſtituentes ſyllabam, ita tamen vt præcedens vocalis in eadem dictione ponatur, ipſa eſt anceps in verſu, in proſa vero ſẽper correpta. Mutæ ſunt b, c, d, f, g. K, p, q, t. Liquidæ l, & r, & aliquãdo n, & m. Ouidius: Et primo volucri ſimilis, mox vera volucris. Virgilius: Albaniq́ue patres, &c. Ouidius: Tẽpus Atla veniet. Sic ibidem: Id metuens ſolidis pomaria clauſerat Atlas &c. De n, & m; ratio ra ſunt exẽpla: vt arithmos, ideſt numerus; & cygnus, quæ corripiuntur. Cur dixiſti in regula, vocalẽ natura breuem? Quia quæ ſine poſitione producitur, nulla liqueſcẽtia poteſt corripi, vt prima in matrimonium &c. Cur dixiſti eandem cum ſequente? &c. Quia alioqui liqueſcentia locum non haberet: ut abnuo; obnuo &c.

Regula tertia de diphthongis.

Diphthongum produc in Græcis, atque Latinis:
In Græcis ſemper: uerum ſubeunte Latina
Vocali breuio, ueluti præit, atque præuſtus.

Omnis diphthongus naturaliter producitur, tam in Græcis quàm in Latinis: ut muſæ cœna, audio, euge. In Græcis quidẽ ẽt ſubeunte vocali, vt Aeacus; aeagrus; &c. In latinis uero tũ corripiẽ ſæpius; ut præeſſe, præhẽdo: tum omnia a præ compoſita ſequente vocali. Virgilius. Stipitibus duris agitur, ſudibuſue præuſtis. Ouidius. Raptaturq́; comis per uim noua nupta prehenſis. Quid eſt diphthõgus? duarum vocalium vim ſuam retinentium in eadem ſyllaba complexio. Vnde dicitur? A dis, ideſt, bis; & phthongos, ſonus, quaſi duarum vocaliũ ſonus Quot ſunt diphthongi? Sex, æ, œ, au, eu, ei, yi, ut ſæpe, fœnum, aula, Euterpe, treis, Harpyia.

Regula quarta de uocali ante uocalem.

Vocalis breuis ante aliam manet uſque Latinis.

Voca-

Vocalis ante vocalem in Latinis dictionibus corripitur: ut Marius, Maria, Lucius, Lucia.

Quinque exceptiones.

Ni capit r, fio, produc: & nomina quintæ.
E, ſeruant longum, ſi præſit i, ceu ſpeciei.
Anceps ius erit patrio: dic ſemper alius:
Alterius breuio tantum: commune ſit ohe.
Caius, & Cai produc. conformia iunge.

Exceptiones sũt quinq;. Prima, Fio, producitur, vbi abeſt, r, ut fiebã, fiam: vbi vero adeſt r, corripitur, vt fieri, fieré. Secũda nomina quintæ declinationis producũt e, ante i, ĩ genitiuis, datiuisq; ſi præcedat i, ſicut ſpeciei: ſecus corripiũt, ut fidei, rei. Tertia, Pronomina ſecũdæ declinationis, & noĩa habẽtia ſecundã declinationem pronominis, variãt i, ante us, vt vnius, illius, quæ in proſa tã tũ producuntur. Alius in genitiuo tantum producitur. Alterius ſolũ corripitur. Quarta, Ohe, interiectio exclamãtis & ſatiati, variatur. Quinta, Pompei, Cai, Vultei, ſi milesque vocatiui producuntur, & vbicunque i, conſonans in uocalem uertitur, ut fit in Caius, triſyllabo.

De uocali ante uocalem in Græcis.

Hic Græci uariant, nec certa lege tenentur.

Græcorum quædam producunt vocalem ante vocalem, ut aer, latria: quædam corripiunt, ut ſophia: de quibus non poteſt dari certa regula.

Regula quinta de Deriuatis.

Deriuata patris ſeruabit dictio normam,
Conſona ſi patris maneat: docet iſtud aratrum.
Multa tamen tolles poſt declarata, uel ante.

Syllaba, tanta eſt in deriuatiuo, quãta fuit in ea primitiui parte, vnde ĩmediate deriuabatur, ſi cõſonans primitiui maneat in deriuato: vt legi, præteritum priorẽ pro-

ducit:ergo etiam legeram,legerim, legiſſem, legero,legiſſe,quia a legi formantur. Lego autem priorem corripit,ergo etiam legebam,legam,legerem,&c.Item ſupinum aratum producitur,ideo etiam quod ab illo fit aratrum,non poſitu tantũ,ſed natura ipſa,& c.Cæterũ multa cõtra primitiuorũ regulas,aut producũtur,aut corripiũtur, quorũ nõnulla iã dicta ſunt,plura declarabũtur.

Regula ſexta, de Compoſitione.

Simplicis obſeruat menſuram compoſitiuum,
Quamuis diphthongus, vel uocalis varietur.
Hanc legem ſpernunt dicus a dico: innubus, atque
Pronubus, ambitus, nihilum cum ſemiſopitus,
Peierat a iuro,tum deierat, agnitus, & cog.
Connubium uaries: ab itum, comitia, dicas.

Compoſitum ſequitur ſimplicis regulam, & cõtra ẽt dipthongo, aut vocali mutata:ubiq; tamen ſunt regulæ obſeruandæ poſitionum & vocalium ante vocales,vt ludo,colludo:lędeo,illido:amicus,ĩimicus:tabeo,ĩtabeo, taceo reticeo:facio,reficio,&c. Per hãc regulã ꝓpoſitiones in cõpoſitione quantitatẽ priorem ſeruãt, vt abeo, adamo,ſubeo,euoco,deduco,amoueo,&c.[Hanc legẽ, &c.]Ab hac regula demũtur. A dico,nomina in dicus, vt cauſidicus maledicus,&c.A nubo,ꝓnuba,ĩnuba,Connubium,variatur. Ambitus,ta tum, participium ab ambio,ambis,producitur:Ambitus nomẽ, ſemꝑ corripit. Nihilum,à ni.i.non,& hilum,res nullius pretij, ut pote, fabæ nigrum,quod producitur:nihilum autem corripitur. Lucret. De nihilo nihil,in nihilũ nil poſſit reuerti. Sopio,primã producit:at ſemiſopitus eandem corripit. Cętera ſatis patent præter comitium, quod a ſimul itando dictum volunt,& producit primam etiam &c.

SE, & DI.

Se,produc,& di,præter dirimo: atque diſertus:

Se

Se,& Di,ꝑpoſitione Latine ĩſeparabiles ꝓducũtur;ut ſegrego,diduco &c. Corripiunt tñ Dirimo, Diſertus.

R E.

Eſt re,breue:at refert a res,producere debes:
Reijcit,& reicit. Nam quæ iacio tibi format,
I,prius interdum tollunt, ut corripiantur.
Addit uel demit metri grauitate poeta.

Re,præpoſitio inſeparabilis corripitur,ut redeo,reditus,pro annuo prouentu,rẽnuo &c.[At refert &c.] Refert a res cõpoſitũ,producitur,alioqui corripitur.Reiicio,a re,&iacio,producitur poſitu.quia ĩ eo verbo i,duplex efficitur:vbi autẽ corripitur,i,conſonãs abijcitur: quod etiam contingit in aliis compoſitis a iacio,ut adiicio,uel adicio:abiicio,uel abicio: ſubiicio,uel ſubicio, &c.Ea abiectio,in proſa barbariſmũ facit:in carmine in his cõpoſitis a iacio,omnibus licet.Poetæ profecto plerunque metri gratia aliquid addunt, aut demunt, id in proſa eſſet barbariſmus, præterquam forte in paucis iã olim in proſa admiſſis.

P R O.

Eſt pro, breue in Græcis: pro,longum ritè Latinis.

Pro, Græca præpoſitio, pro ante, ſemper corripitur, ut prolepſis,prologus,propheta &c. Pro,Latina præpoſitio producitur,ut prodo, proficio &c.

Pro, correptum.

Corripias pronepos, profugat, profugit, proficiſcor
Et procio, peto ſignificans: cui iunge procello,
Atque profana, profeſſa, profunda, profeſta, profari.
Propino, uario, procuro, iungo, profundo,
Sic bene docte locas propello, propago, Lucreti.

Dictiões literæ ĩſertæ corripiũt pro. Inter quas ꝓpino, procurro,ꝓfundo,propello,propago ꝓpagas uerbũ, ua-

riant. Propello quidem & propago apud Lucretium po tiſſimum.

I, & O, in compoſitis.

Pars ſi componens, fini prior i, uel o, donat,
Sit breue; cunctipotens, & Timotheus manifeſtant.
Quod ſi non ſemper manet i, producito ſemper.

Hēt hæc regula partes duas, quarū prior eſt. Dictiones cōpoſitæ, ſiue Latinæ, ſiue Græcæ terminātes in i, primā partē cōpoſitionis; breuiant i, bifidus, trifidus, ſeſquipes, ſemiuir, vitiſator, &c. Poſterior, dictiones Grecę terminantes in o, primam partem cōpoſitionis breuiant illud o, vt Dorothea, Samothracia. Timotheus. [Quod ſi non, &c.] Hoc ſi ex declinatione tantum proueniret, produceretur: vt tantidem, tanticunque, quanticunque, &c.

Exceptio.

A quotus, atque dies, recte uariato; at ibidem
Et tibicen erit longum, cui iungis ubique.
Protrahit Auſonius matricidam grauitate.
Lagopus, gelophus. atque Theophila produc
Cum leucopetra: Geometra iungitur apte.
Quod medius facit atque dies, producito ſemper.

A quotus, & dies fit quotidie, & hinc quotidianus, & uariari pōt utrunq;. At ibidem, tibicē, ubiq; producūt i. ſ. ſecundo loco poſitū. Auſonius metri grauitate producit matricida, in Monoſtichis Cæſarū, Matricida Nero proprij uim pertulit enſis. Lagopus, auis leporino uillo pedes habēs. Geolophus. i. terrę tumulus. Theophilus, Theophila, propria. Leucopetra, loci nomen, & interpretatur alba petra. Geometra, notæ ſignificationis, producitur o. Meridies, quaſi medius dies, producitur ſemper.

Regula ſeptima de præteritis diſſyllabis.

Præteritiua tenent primam diſſyllabam longam;

Tolle

Digitized by Google

Tolle bibit, ſcidit, & fidit, ac tulit, ortaque do, ſto.

Præterita diſſyllaba producũt priorem, ut ueni, feci, uidi &c. Tolluntur ſex, bibi, ſcidi, fidi, tuli, dedi, ſteti, quę breuiant.

Regula octaua, de geminatis præteritis.

Corripiunt binas geminantia, ceu ceciderunt.
Tolle, cæciderunt a cædo, a pedo pepedi.

Præterita geminantia principium, primam & ſecundam ſyllabas corripiunt, niſi poſitio impediat: ut tetigi, peperi, pepuli, tutudi. In cecidi uero a cedo, & pepedi, prima tantum corripitur, ideo excipiuntur.

Regula nona, de ſupino diſſyllabo.

Cuncta ſupina tenent primam diſſyllabam longam.
Præter nata ſero, cieo, lino, ſto, ſino, ſiſto,
Do, ruo, cum queo, eo, reor. At ſtaturus, atum, dat.

Supina diſſyllaba producunt priorem ſyllabam: ut uiſum, luſum &c. [Præter nata, &c.] Eximuntur, Satum a ſero, citum a cieo, litum a lino, ſtatum a ſto, & ſiſto, ſitũ a ſino, datum a do, rutum a ruo, quitum a queo, itum ab eo, ratum a reo. Staturus contra primitiui naturam primam producit.

Regula decima.

Træ, tum, uocalem de ui, reliquis dabo longam.

Oẽ ſupinũ non dictũ, mutans ui, ſyllabam in tum, producit uocalem ante tum: ut expeditum, petitum, &c.

Regula duodecima, de verborum crementis.

A incrementis uerborum.

A creſcens produc; niſi cremento dare primo.

Cremẽtũ uerbi eſt, ubi exceditur ſecũda perſona ſingularis numeri præſentis temporis, indicatiui modi, actiuæ uocis; quæ ſi defuerit, qualis foret, oſtenditur; ut amamus, creſcit; quia excedit hanc perſonã amat. Oſcularis;

creſcit;

creſcit:quia ſi ſecũda perſona actiuæ vocis foret, ipſa eſ ſet, oſculas. Vocalis in primo creméto eſt,quæ erat ſecũdæ perſonæ ultima:reliquæ in ſecũdo cremento eſſe dicuntur. A,igitur in omni creméto producit;ut amam⁹, legebamus. Excipit i primo creméto do,das,dare,cũ primę cõiugationis copoſitis,vt venũdabã,peſſundabã,&c.

E, in crementis.

Ni ſubit r,produc e,ſemper: quum ſubit r, do
Cum ſocio ternæ breue præſens: protrahe eris.
Semper e,corripitur præ ram,rim,ro, beris adde.
In reliquis produc, quamuis, ſteterunt. Maro dicat.

E,in utroq; cremento producitur,ut amemus amaremus,docemus,legebam;niſi poſtponatur r,nã tunc corripitur oẽ preſens tertiæ coniugationis;ut legor,legeris legere,legeremus,legerẽ. Cum ſocio.i.præterito imperfecto ſubiunctiui modi. Re, ante re,uel ris, producitur; ut legereris. E ante ram,rim,ro,ſemper corripitur;ut legerã,legerim,legero. Sic amaueram &c. Beris uel bere, corripitur;ut amaberis amabere. Cætera producuntur, ut ſteterunt, legerunt, qualia Virgilius, & plures licenter corripuere; nos non imitabimur.

I,o,& u,in crementis uerborum.

I,produc primo cremento, dummodo quartæ.
Eſt verbum: debet ſemper producier iui.
Corripe præteritis imus, undique, uenimus edit.
In ſubiunctiuo rimus, ritisq; licenter.
Inuenies: nolito, velito, velimus,& itis,
Et ſimus, ſitis, produc. Erit u,breue,non o.

I,in primo creméto uerbi quartæ coniugationis ſenper producitur;ut audimus auditis,audire,audirem &c. Ibã ibo &c. Itẽ præteritum in iui,producit ubiq; i, ante ui; ut petiui, petiueram. Imus,in omni præterito corripitur:

pitur:vt venimus,audiuimus,niſi in ſubiunctiuo,præterito,in quo rimus, & ritis,licenter producuntur &c.O in cremento producitur:vt amatote:V,vero corripitur, vt volumus. Cætera nota ſunt.

Regula duodecima,de nominum crementis.

Crementum nominis,pronominis,&participij,eſt exceſſus obliqui,in ſyllaba, uel ſyllabis, ſupra nominatiuũ eiuſdem numeri:vt puer pueri,qui quorũ. In cremento autem plurali,a,e,& o,producuntur:vt harum,rerũ,horũ. I,& u,corripit,vt artibus, artubus. Prima declinatio in ſingulari nõ creſcit,niſi pro æ,dicatur ai, de quo ſatis dictũ eſt. Nec quarta niſi in datiuo, vbi eſt vocalis ante vocalem, vt dictum eſt. ergo a ſecunda auſpicabimur.

Crementum ſecundæ declinationis.

Quæ ſequitur primam tantum producit Iberi.

In ſecunda declinatione vnicũ producit penul.genitiui,Iber Iberi,& eius compoſitum Celtiber Celtiberi.

Tertiæ crementum A, & O.

Dic atis,onis,ab o,fert inis, breue: protrahis enis.
On ſi vertis in o,menſus fit qui fuit ante.

A,corripitur.vt poema poematis.Ab o,producuntur onis:& enis:vt Cato Catonis, Anio,Anienis.Inis,ab o, corripitur,vt virginis &c.Si Greca in on,amittant n,ſeruat in obliquis quantitatem quam habuerũt:vt Agamemno Agamemnonis:Britõ Britonis:ſic Brito Britonis,Saxo Saxonis:Macedo Macedonis &c.quæ corripiuntur.

C.

Dices halecis: nec ſpernes Melchiſedecis.

Halec halecis:Melchiſedec Melchiſedecis,producunt penultimam genitiui.

D.

Dauid Dauidis dices. Bogudis Bogud. optat.

Producitur

Producitur etiam Dauidis, Bogud Bogudis corripitur.

L.

Maſculeum dat alis; neutrum formatur ab alis;
Elis, cum ſolis produc; reliquis breuiatis.

Al alis, maſculini generis corripit penultimam; ut ſal ſalis, Annibal Annibalis &c. Neutra producuntur; ut capital capitalis &c. Sic Michaelis, Danielis &c. Sol Solis, Reliqua corripiuntur.

On, nimis incertum eſt. En, inis dat. cætera produc.

En, inis, corripitur; vt nominis. Cætera producut, ut Peanis, Damonis &c. Delphinis. De on, non poteſt tradi certa regula; nam multa producuntur, vt Babylon Babylonis, multa corripiuntur; ut canon canonis &c.

R.

Aris, produco neutris. Nectar, iubar, aufer.
Protrahe nar naris, furis, ueris, Ricimeris,
Byzer, See, & Iber; in ter Græcum, æthere dempto.
Oris, ab or, produc, cum neutris corripe Græca.
Arboris, & nemoris, breuis, indictaque cuncta.

Aris, ab ar, neutri generos pducũtur; ut laquearis &c. Tolluntur nectaris, iubaris, & quædã propria; vt Hamilcar Hamilcaris &c. [Protrahe nar &c. Porriguntur quæ ſequunt in litera, Nar Naris, fluuij nomẽ; Fur furis, uer vris, Ricimer Ricimeris, viri pprĩũ, Byzer Byzeris, populus, Ser Seris, populus, a Sera urbe, apud quã ſunt lanigeræ arbores; unde ſerica ueſtimẽta conficiuntur. Iber Iberi, Hiſpanus. [In ter, Græcum, &c.] Græca in ter, producunt penultimã genitiui; ut crater crateris, character characteris. Excipiuntur, Aether, ætheris. [Oris, ab or, produc, &c.] Produc oris, ab or, ut amoris &c. Sed corripe neutra, ut marmoris &c. Et Græca, ut Caſtoris, He-

ctoris:

ctoris:cum memoris, arboris; & cum omnibus non dictis;ut mulieris, gutturis;martyris &c.

A S.

Atis,ab as,produc. Ab anas anatis, breuiatò :
Cætera corripies,niſi uaſis. dico,uadis, uas.

As atis, porrigit, vt pietas pietatis &c. Demũtur anas anatis;auis &c. ut mas maris;uas uadis,& Græca mittentia genitiuum in adis: ut Pallas Palladis &c.

E S.

Es,breuiat: niſi cum locuples, mercesque, quiesque :
Sic hæres, Græcum iungo, quod præbuit, etis.

Es,breuiat penultimam genitiui: vt miles,militis,interpres interpretis. Ceres Cereris &c. Producũtur vero locuples locupletis,merces mercedis,quies quietis,hęres hæredis,& Græca quæ habent in genitiuo etis : ut magnes magnetis,tapes tapetis; lebes lebetis &c.

I S.

Is breuiat. Tollo glis gliris:quodque dat itis:
Et Pſophis, Crenis, Neſis, Græcum quod in n, fit.

In is,corripiunt penultimam genitiui:ut lapidis. Iſidis,ciceris &c.Sed porrigũt glis gliris: & quæ habẽt itis ut Dis ditis.Sic Sãnis.Quiris, Lis,& Pſophis,idis, vrbs : Crenis,idis;Nymphæ nomen:Neſis;idis,inſula adiacens Campaniæ.Adde Græca in is,quæ per n,etiam finiuntur: ut Salamis Salaminis,Thracis Thracinis &c.

O S

Protrahit os,tria corripiunt,bos,compos,& impos.

Os,in obliquis penultimam producit:ut Rhinoceros Rhinocerotis,cuſtos cuſtodis,flos floris, Tros Trois;Minos Minois,Heros Herois.Tria.bos bouis, compos compotis;impos impotis corripiunt.

V S.

Digitized by Google

V S.

Vs, breuiat. Tollas prædis, vis, tis, quod habebit
V, præter pecudis Ligurgisque, inter cutis, addo.
At melius, melioris habet : conformia iunge.

Vs penultimam genitiui corripit,ut corporis, uelleris,tripodis,œdipodis &c.Producunt,quæ habent utis, udis,aut uris: uirtutis,ſubſcudis iuris: ſic, incudis. Corripiuntur pecudis,Ligoris,a Ligus:& intercus intercutis.Comparatiua producuntur , ut melioris.

B S. P S. M S.

Conſona cum præit s, patrij penultima curta eſt:
Hinc cyclops, ſeps, gryphs, conops, cecrops, remoueto.
Atque Europs, hydrops. Fuge Cyclopis atque Dolopis.

Nomen in s,præcedente conſonante: ut bs,ms,ps,penultimā genitiui corripit:ut lelaps lelapis , nomē canis &c.Producuntur cyclops cyclopis,gigas vnoculus.dolopis fuge.i.caue producere,contra Sulpit.Seps Sepis , ſerpens:gryphs gryphis animal. conops conopis, i. culex Cercops Cercopis,populus;Europs Europis, ꝓpriū regis;Hydrops Hydropis , aqua intercus. [Fuge Cyclopis,&c.]Cyclopis producitur tantum,contra ſulpitum. Dolopis vero corripitur.

Præ gis, uocalem breuio: Producito lex, rex.
Ex, icis, abbreuiat, uibex, niſi. Cætera produc.
Præter abax, ſmilax, atrax: cum dropace candax,
Fax, atax, pharnaxque;, panaxque, ſtoraxque, colaxq;
Pix, onyx, illix, hiſtrix, cum maſtiche, uarix,
Corendix & eryx. fornixque, calixque, cilixque.
Dic ſelicem, ſalicem, laticem, natricemque, niuemque,

Cappa-

Digitized by Google

Cappadocem, celocem, cum præcoce. Iungitur iſtis
Dux, trux, nux, atque uolux. Variabo Syphacem.
Et Bebricem: raro nomen producimus iſtud.

Vocalis ante g, corripitur: ut remex remigis, grex gregis, Phryx phrygis &c. Sed ꝑducunt lex legis, rex regis. Corripe item icis, ab ex: vt uertex verticis &c. Vnū producitur ubicis. Cætera producūtur in obliquis: ut myrmex myrmecis, halex halecis; pax pacis &c. Quæ ſequūtur in textu breuiātur: abax abacis, mēſula numeratorū: ſmilax ſmilacis, ſpēs ederæ: Atrax Atracis, fluuius: dropax dropacis, unguenti genus; Cādax, inſula vulgo Caudia, fax facis. Atax Atacis, fluuius: Pharnax uiri propriū: Panax panacis, herba: ſtorax ſtoracis, genus aromatis, Colax colacis, paraſiti nomen: pix picis: onyx onycis, unguis & lapillus pretioſus: illix illicis. i. fraudulētus: hiſtrix hiſtricis, herinaceus: maſtix maſticis, reſina lentiſci arboris; maſtix maſtigis: uel maſtigos, flagellum maſtigia, ideſt uerbero uerberonis: uarix uaricis, plus ęquo intumeſcens uena: coxendis coxendicis, coxa. Eryx Ericis, urbis, montiſque nomen: fornix fornicis, arcus lapideus: Calix, notum: Cilix icis populus: filix, herba: ſalix, larix icis, arbor; natrix icis, ſerpens: nix niuis: Cappadox Cappadocis, quiſpiam in Cappadocia natus: pręcox præcocis, præmaturus. dux, trux cis, crudelis: nux, crux, uolux. Syphax, proprium uiri uariatur, & Bebrix, populus, raro producitur.

Expleſ animū ſed nō omnino: nā ſuperſunt plura multo, ſine quibus diſſyllabaria quantitas non ſit futura in promptu. Gñalia percurri, ſpecialia de finalibus potiſsimū ſubiecturus. His aut illis ſi nō ſatisfecero, ubi minus ſatiaris, Deſpauterij cōmētarios legito diffuſiores: qui ſi nequibūt explere nunq̄ expleberis. Omittāt iſtud: Geneati de ſingulis diſſertis. Sit ita ſane de dictis. Quid de

primis

primis & medijs: adeo varijs & incertis generatim ne maxime ex ſequentibus Badianis verſibus depromo.

De primis, regulæ generales.

A ſolum trahit l, quodque & diſſyllaba mamnas,
E, diſſyllaba d, ſimul l, tradant, ſed & n, s:
T, que uel u, conſo. Cætera corripiunt.
I, tardant d, uel l, n, s, ceu conſonitans u,
M, uel r, in diſſyll. Cætera corripiunt.
O, bogomoſo, diſſyllaba d, modo tardant.
V, rapiunt b, l, p, polyſyllaba t, neque ſolum u.

A, in primis, corripitur ante oẽs conſonantes ſimplices: præterquã ante l, & diſſyllaba mamnas. i. ante m, n, s E, corripitur ante oẽs conſonantes ſimplices in primis, præter diſſyllaba d, & l, præterquã ante, n, s, t, & u, cõſonantem: i, quoq; corripitur, præterquam ante d, l, n, s, & u, conſonantem, & præter diſſyllaba in m, & r. O, corripitur, niſi ante b, l, p, & diſſyllaba ante d. V, vero produci tur, niſi ante b, g, m, s, & polyſyllaba in t, & ante u, cum alia litera, ut pluuia: nam ſi ſola ſit producitur: ut vua.

De medijs.

A, tardant g, uel u, medijs: ſed cætera curtant.
E, c, d, tardant l, m, n, t, uel u, mihi ſola.
I, niſi ſit ſuper u, uel q, poſcit breuiari.
O, medio tardant, s, t, cætera curtant.
V, curtant b, uel f, l, p, ceu conſonitans u,
Dum ſubſunt medijs, cætera longa dabis.
Excipienda ſuæ ponuntur in ordine normæ:
Nunc ſatis eſt primam ſignificaſſe uiam.

A, in medijs producitur ante g, & u, conſonãtem; ante cęteras corripitur. E, ꝓducitur ĩ medijs ante c, d, l, m,

n, t,

Digitized by Google

n,t,u, conſonantem ante cæteras corripitur. I,corripitur in mediis ante omnes, præterquã ante q.& u.O producitur in mediis ante s,& t. ante cæteras corripitur.Vs corripitur ante b,f,l,p,& u,conſonantem : ante cætera, producitur. exceptiones quærendæ ſunt in codice Deſpauteriano maiore: ubi omnia fuſiſſime explicantur. Hic enim ſatis eſt vel vt quoquo modo viam indicaſſe.

De ultimis, A, terminale.

A, declinatum breuia, ſed protrahe ſextum,
Et quiutum, cuius rectus producitur: & mna.
Producunt noſtri quædam muliebria Græca
In recto, ut Tegea: ſine teſte nihil uolo tale.
Non declinatum produc, ita: cum quia, demptis,
Et puta non verbo. Ginta melius loco longum.
Poſtea, & ultra, leges cum contra, curta licenter.
Eia breue eſt Flacco.

Vltima ſyllaba noſcitur poſitu:ut poſt,aſt,eſt; amant. Diphthongo:vt heu,muſæ.Regula,vt A,declinatũ corripitur,vt muſa,Anna,nominatiui & vocatiui caſus. Loquimur de declinatis per caſus, nõ per tẽpora.[Sed protrahe &c.]Ab hac regula tolluntur ablatiui,quia producũtur,vt muſa,mea,lecta,&vocatiui a nominatiuis productis,veluti Aenea.Anchiſa,Atlã.Mna monoſyllabum cuiuſcũq; caſus producitur. [Producũt &c.[A in nominatiuo Græco fœminini generis;a noſtris corripitur,licet illi producãt:ueluti Scylla,Medea,Lerna &c.Quoſdã tamen nominatiuos noſtri produxerunt ad imitationẽ Grçcorũ,ſic tamen vt aliqua cęſurarum locũ habeat: ideo nihil tale producemus ſine autoritate,idque faciemus rariſſime,qa poterũt ĩ e,terminari,vt Tegea,vel Tegeæ &c.[Nõ declinatum &c.]A,in omnibus per caſum

Digitized by Google

non declinatis producitur,vt clama,fruſtra,præterea,ſupra,&c.Corripiuntur aũt ita,quia, & puta,aduerbium. Numeralia in ginta,rectius producunt: ut triginta, quadraginta,&c.Produc quoq; præterea,interea,antea,poſtea,contra,ultra, quæ interim corripiuntur. Eia, Valerius Flaccus corripit, & alleluia, Sidonius.

E, in ultimis.

E, breuia. Prima produc, & nomina quinta.
Cum natis addes pluralia cuncta ſecundæ:
Iunge doce, & ſocias. Monoſyllaba longa repono,
Inclinatiuas præter. Male, cum bene dempto,
Omnia produces aduerbia, ſiqua ſecunda
Præſtiterit, ſummique gradus aduerbia quæuis,
Sunt ferme, atque fere producta, quibus dabis ohe.

E,corripitur,ut docere.Ganymede, Hercule, Achille, & ſimiles uocatiui,& ablatiui tertiæ.[Primæ, &c. E, in prima & quinta declinatione,in quocunque caſu reperitur, producitur,ut pareſceue, Anchiſe, &c. uocatiui,& ablatiui,ſpecie, die,re:hic hodie,pridie,poſtridie, quotidie,quare.Produc,quoque pluralia in e,ut cete,tépe[ſecundæ,&c. Producitur omnis ſecunda perſona uocis actiuæ ſingularis numeri præſentis temporis ſecundę coniugationis, imperatiui modi,ut doce, mone.Monoſyllaba producuntur:ut ne,re,ſe,de.Hinc demuntur coniunctiones encliticæ,que, ue,ne, & in compoſitis quiſque, nonnè,&c. Producuntur aduerbia in e, ab adiectiuis ſecundæ declinationis, ſiue comparantur, ſiue non, ut pie,egregie,æque, docte,&c.Corripiuutur tamen bene,& male,atque mage pro magis, Aduerbia ſuperlatiui,undecunque fiunt,producuntur: ut maxime, minime,&c.Produc fere,ferme, & ohe.

I, finale.

I, longum pono, uocitantem contraho ternę.

Sæpeque

Sæpeque Græcorum ternum, Minoidi, teſtis.
Sed niſi, ſiue quaſi,mihi,ibi, ſibi,ubi, uariabis.
Et tibi,iunge cui, tantum breue moly, locatur.

I,producitur.Corripitur vero cunctus tertiæ uocatiuus,vt Alexi,Amarylli, Philli &c. Datiuus quoque tertiæ Græcus corripi iuenitur:vt Palladi, Minoidi &c.Sed niſi &c.] Variabis in litera poſita,inter quæ, niſi & quaſi rectius corripiuntur.Cui,ſæpius eſt monoſyllabum.Moly,tantum breue.herbæ nomen.

O, in fine.

O commune datur, produc monoſyllaba, iungens
Cum terno ſextum; atque aduerbia nomine nata,
At uariabo cito, cum ſedulo, mutuo, crebro,
Seroque, ſit curtum modo, ſolum, ſed breuiari
Ergo pro cauſa non vult. produco quaterno
In caſu nomen, ſit cuius in us, genitiuus.
O,patrij produc: uariaque gerundia uerba.

O variatur, vt Cato;leo, Apollo &c.Producuntur tãtum monoſyllaba,vt do,ſto,pro &c.Producuntur tantũ datiui & ablatiui, vt domino,meo,amato &c. Producũtur tantũ & aduerbia ex nominibus ducta,vt tanto,quãto,falſo,primo,&c.Variãtur ãt,cito,ſedulo;mutuo,crebro,ſero.Ergo pro cauſa producitur. Produco Græcũ ĩ o,faciens genitiuus in us,in nominatiuo; datiuo,accuſatiuo;& ablatiuo,vt Dido;Clotho,Argo,Clio;Sappho &c.genitiuus in o;producitur tantum;vt Apollos Apollo;Androgeos Androgeo &c.Varia gerundia verba;vt, pluribus his æger moritur vigilando;ſed illum.

V, & B.

V,ſemper produc. B,contrahe. Barbara deme.

V;produc,vt Ieſu.B;corripit,vt ab:ob.Demuntur Barbara in b,qa producuntur,vt Iob;Aminadab,Iacob &c.

C, in ultimis.

C, produc. Præter nec, donec ſed uariabis.
Hic, bene pronomen, ſac, uerbum iungimus iſti.

C, producitur: vt, ſic. Corripiuntur, nec donec. Hic: ad uerbium producitur: pronomē uariatur, & fac uerbum.

D, & T.

D, breue ponatur, ceu t, niſi ſyncopa fiat.

D, corripitur, vt apud, Bogud. Sic nomina in t, ut, caput, amat, docet: niſi aliquando per ſyncopen producatur, ut fumat, pro fumauit, obit, pro obiuit.

L.

L, breue ſit, Cum ſol, ſal, nil, tolluntur Hebræa.

L, corripitur: ut Annibal, Hiempſal, mel, fel. Producuntur ſol nil, & ſal. Hebræa quoque producuntur: ut Michael, Raphael &c.

N.

N, produc. Demas an, in, & prolem, tamen atque
Forſitan, & forſan, uiden, huic conformia iunges.
Quod dat inis, curtum eſt, uelut on, quod tertia neſcit.
Corripitur quartus, quando breuis ultima recti eſt.

N, producitur, ut Himen, Titan, delphin. Et omnia nomina tertię in on, ut Agamemnon. tollūtur à regula an, in, cū prole, dein, exin, ſubin, proin, tamen, attamen, forſan, forſitan, uiden, & quæcunq; per apocopen n, habēt, ut men' pro mè ne? ten', te ne, egon' ego ne &c. Quod dat &c. Corripe en, hīs inis, in genitiuo, ut pecten, crimen, &c. Corripitur quoque in on, ſecundæ declinationis, quod Latini in im, uertere ſolēt, vt Ilion, Pelion, &c. Corripitur ſimiliter accuſatiuus, cuius nominatiui vltima corripiť, ut Medeā Maian, &c. Accuſatiui a lōgis nominatiuis producuntur tantum, ut Aenean, Anchiſen.

R.

R, breuies. Produc cuius dat patrius eris

Additio

Digitized by Google

Addito iber, aer, æther, Sit Celtiber anceps.
Vt cor, non longum melius. Producito tantum
Cur, far, Lar, fur, nar, par: uix prolem breuiabo.

R, corripitur: vt mulier, pater, mater, &c. Producũtur noĩa in er, habẽtia eris pen. longa in gtõ, ut crater, charaĉter, clyſter, &c. Ver, iber, aer, æther, adduntur. Celtiber uariatur, & cor, qđ tamen melius corripitur. Producunt tantum cur, far, &c. par cum cõpoſitis, impar, &c. quæ non omnino recte breuiantur quandoque.

A S.

As, produc. Sed adis. quæ dant patrio, breuiantur.
Et ternæ quarto: uates, bonus Helias, inquit.

As, producitur, ut foras, &c. Corripiuntur tamen omnia nomina tertiæ, quorum genitiuus in adis, uel ados, definit, ut Arcas, &c. Corripe quoque accuſatiuum pluralem tertiæ in as, ut rhetoras, &c.

E S.

Ponitur es, longum. Pluralia corripe Græca,
Quæ creſcunt uelut es de ſum, penes, inquies adde
Cum neutris: & ſi patrio eſt penultima curta
Ternæ. Tolle Ceres, Aries, paries, abies, pes.

Es, producitur, ut Anchiſes, Dares, &c. Corripiuntur autẽ oĩa Græca pluralis numeri tertiæ declinationis creſcentia in ſingulari; uelut, Dæmones, Vaſcones, Britones, Pæanes, Delphines, crateres, caſtores, gigantes, pixides, & quãplurima alia. Es, a ſum corripitur, ab edo, producitur. Penes itẽ præpoſitio, & inquies nomen, corripiuntur: quemadmodũ & noĩa neutri generis, vt Hippomanes, cacoethes, &c. Corripiuntur & nomina tertiæ in es, penultimam genitiui breuiantia: ut pote quæ itis, etis aut idis, penul. breui obtinent: vt miles, teres, deſes, &c. Producuntur ſolum Ceres, aries, paries, &c.

I S.

Is,breuio: uerum plurales protrabo caſus:
Iſque quod in patrio mutatur ih itis, & inis,
Aut entis. Tethis uario. Glis,Vis, quoque nomen,
Cum uerbo, longum eſt, ueluti perſona ſecunda
Protrahit, is,quoties itis, plurale reponit.

Is corripitur, ut inquis,quis,bis,&c. Producito omnem caſum pluralē in is, ut quis,plurale, dominis, &c. Item treis,omneis,&c. Produc etiam nomina in is,quæ penultima longa, faciunt genitiuum creſcentem in itis, vel in inis,ut lis,Dis,Samnis,Salamis;aut in entis, ut Simois, Pirois, &c. Thetis, uariatur. Produc ad hæc glis, uis,ſiue nomen,ſiue uerbum,cum ſuis, ut ſis, pro ſi uis: quamuis,uteruis, &c. Producuntur etiam ſecundæ perſonæ ſingulares, quando plurales habent itis, penultima longa;ut uelis,neſcis,&c.

O S.

Os produc: patrius breuis eſt, & compos, & impos,
Oſque oſſis, præbens: rectis breuiato ſecundæ.
Es, recti produc, quoties tibi patrius o, dat.

Os,producitur;ut flos,nepos,&c. Corripitur quicunque genitiuus in os, ut Pallados, Tydeos,&c. Et cōpos, & impos, & os,oſſis,breuiantur; Os, oris, producitur. Omne nomen in os, ſecundæ declinationis; ut Samos, ſynodos,&c. corripitur. Producuntur & nomina, quæ per tertiam declinationem Atticam faciunt genitiuum in o, ut Athos, Androgeos,&c.

V S.

Vs, correpta datur. Monoſyllaba, cum genitiuis.
Ternæ uel quartæ produc, numerique ſecundi.
In quarta primum, quartum, quintumque, & in uris.

Dumque

Dumque utis pat ri us, uel in udis, & untis, odisue,
Aut quintus ſit in u, longus tum rectus habetur,
Ergo produces uenerabile nomen Ieſus.

Vs, corripitur, ut tempus, pecus, &c. Producuntur uerò monoſyllaba, ut rus, thus, ius, &c. & genitiui tertiæ, ut Clius, Didus, &c. & genitiui quartæ, & in pluralí eiuſdem declinationis nominatiui, accuſatiui, & uocatiui; ut uiſus, manus, &c. [Et in uris, &c.] Producuntur us, in nominatiuo ſingulari, ubi genitiuus terminatur in uis, in urtis, uel in udis; tellus, uirtus, palus. Simile eſt ubi genitiuus deſinit i untis; ut Ceraſus, Ceraſuntis, Opus, &c. Græca quoque a πῦς, producuntur; ut, Sciopus, Melampus, &c. Produc quoque ubi uocatiuus in u, deſinit: ut Panthus, quia uocatiuus eſt Panthu. Sic quia per diphthongon ſcribitur, doctiſſimi produci teſtantur dulciſſimum Domini & Dei noſtri nomen Ieſus.

DE DECEM VITIIS IN CARMINE VITANDIS.

Barbara nulla inerit uox, aut incongrua metro.
Nulla redundabit: nulla integritate carebit:
Nihil tranſponetur, nil confundet male ſenſum.
Nec rapies longam: nec produces breuiandam.
Nec poſt uocalem, nec poſt m, uerſu in eodem,
Partibus a uarijs uocalis rite ſequetur,
Syllaba pereat in præcedens, ut modo dixi,
Nec ſuccuſſantes, nec pones mole crepantes.
Nec paucis numeris tibi multa licere putabis.
Nec tibi propones niſi ſummos quoſque imitandos.

Monemur vulgata decē uitia in carminib. cōtexendis vitare. Primo, ne barbarū, aut incongruū quicquā admiſceamus. Secundo ne quid redundās, aut deficiens ſit, ut quicque, quoque, aut alias particulas, pp metrū duntaxat, ingeramus. Qui pedū nimis, aut nō ſatis ponūt, qui ſenſum non explent aut fruſtra repetunt. Tertio, ne qd male tranſponatur. Quarto, ne ſenſus cōfundatur. Quinto, ſyllabarum quantitas non uiolabitur. Sexto, nec poſt uocalem, nec poſt m, ponetur in eodem uerſu dictio incœpta a uocali, niſi fiat ellipſis, aut ſynalępha. Septimo, non ponemus ſuccuſſantes literas, ſyllabas, aut pedes: ut O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti. Octauo, ne quid ſit affectati nimis, turgide aut molliter ſonans. Nono, uitabitur in paruo poemate magna licentia. Et decimo cauebimus, ne non probati autoris carmina imitemur. Sed finem facio. Si præceptores hæc diligenter declarabunt, multum iuuerit rudes adoleſcentulos.

IOANNIS PELLISSONIS CONDRIEN. APPENDIX ad quantitates ſyllabarum de Accentibus.

ACcentus eſt certa & legitima pronunciandi ratio. Eſtque triplex, Acutus, circunflexus, Grauis. Acutus eſt, quo ſyllaba attollitur, ut prima a genitiuo carminis, & inſignitur hac nota Circunflexus, quo ſyllaba & attollitur pariter, & demittitur: ut. prior a ire & notatur hoc inſigni. Grauis, quo ſyllaba deprimitur, duæ poſtremæ a dominus, & figuratur hoc ſigno, ut falsò hic. Sororem falsò creditam, &c. Nam propter conſequentiam partium orationis, ideſt, quod in contextu orationis partes aliæ alias conſequuntur, acutus tranſit in grauem.

Nota-

Notarum accentuum uſus.

Hmôi notulis Græci paſſim vtûtur,raro Latini, niſi ſicubi hęrere poſſit,vtri accentuû principalis ſit locus,vel quia anceps ſit dictio,ut una nomê, unà aduerbiû;plane nomê,planè aduerbiû:a,e,uocales literæ,à,è,præpoſitiones: quod,extra notam accentus nomen, cum accentus nota cõiunctio,&c. vel quia ſit ita, tu tametſi in prõptu ſit uidere germanû accentum,tamen cum plerunq; non niſi exercitatus ſtatim videat,ut ſcripſerunt, nõ ſcripſerunt.Rurſum ſcripſere non ſcripſere,cum prolatione nihil hæc intereſſe uideantur, certè ut hodie proferimus.

Quomodo fiant accentus.

Accentus ita fiunt. Nam proferenda dictione qualibet, in ea attollimus certam quandam ſyllabam,atq; ita fit accentus aut acutus,aut circunflexus:&reliqua deprimimus.i.ęquabili ſono,ac uelut uno uocis tenore proferimus. Atq; hoc ipſum eſt grauis accentus. Differunt quidem ipſa re acutus, & circũflexus,ac diuerſæ ſunt naturę,ſed hoc nos quidê ſono & uoce nõ internoſcimus: utrobiq; enim ſyllabam pronunciando attollimus. Porrò acutus & circunflexus ſunt principes accentus, ut de illis tantum laborandum ſit:nam grauis uel non quærentibus obuius eſt.Quod nunc ita interpretari libet.Quotquot ſyllabæ ſunt in dictione, una tantum attollitur, id eſt (ut nunc accipimus) acuto aut circunflexo accentu effertur:reliquæ omnes ſyllabę grauantur ſeu demittuntur, etiam ſi mille eſſent, ut grauis accẽtus iure dicatur ſyllabicus,quod ſit in omni ſyllaba dictionis,præterquã in illa una,quæ attollitur, ut Gratianopolitanorum. Itaque quum de accentu cuiuſpiam dictionis loquimur, tantum de horũ altero,qui ſunt eximii,hoc eſt,de acuto aut circunflexo intelligimus,unde de his tantum præcipi ſolet.Nã grauis nihil habet,quod regulis egere poſſit.

Accen-

Accentuum ſedes.

Ante tres ſyllabas nulla in dictione ſyllaba pōt attolli: ergo acutus accentus in antepenultima tantum.i. tertia à fine,aut in penultima,aut in ultima ponendus eſt. Nā circunflexus apud Latinos in penultima tantum cadit. Neque enim ſi qua monoſyllaba circunflexum habent, ideo in ultima habere cenſeri poſſunt. Exempla de acuto,ut omnia,facit,recte. De circunflexo, ut mater ſpes.

Accentuum regulæ.

Accentuum autem huiuſmodi; ut tibi ratio conſtet, prius noſcenda penitus, ac memoriter complectenda eſt ſyllabaria quantitas; nam apud Latinos pendet accentus præſertim ex penultimæ ſyllabæ ſeu tempore, ſed quantitate.i.quod è ſequētibus regulis colligas facile licebit.

Omnis dictio monoſyllaba, natura breuis,licet poſitione producatur,acuitur,ut ſum,es,eſt,nux,nix, fax.

Monoſyllaba dictio natura producta, circunflectitur; ut dos, ros, ſpes, res. Vbi eam natura produci non conſtiterit ad acutum confugito: nunquam enim circunflexus ponitur ſuper ſyllabam natura breuem, aut tantum poſitione productam, id eſt, quæ niſi obſtaret poſitio, breuis eſſet.

Diſſyllaba dictio priorem natura producens, & poſteriorem corripiens illam circunflectit; ut mater, Roma. alias acuit; ut pater,nepos.

Polyſyllaba dictio penultimam producēs,& vltimam corripiens circunflectit penultimam,ut Romanus,equitare: ultimam uerò producens acuit pennltimam,ut potentes amauerunt: nunquam enim longa ante longam circunflectitur.

Dictio polyſyllaba penultimam corripiens, acuit ante-

tepe-

tepenultimam, vt dominus, affatim, mulieris, ſcatebra, uolucres, ſophia, philoſophia, quanquam in his duobus poſtremis ſeruari poterit, autore Quintiliano, Græcanicus; accentus, philoſophia, ſophia; non Latine id quidē, ſed tamen citra reprehenſionem.

Exceptiones.

Ab his omnibus exceptiones ſunt numero ſex. Prima, Interrogatio accentum mutat: quia vltima interrogationis ſemper acuitur, ut egone? Quis furor ô ciues? Secunda, Diſtinctionis & differentię gratia mutatur accentus, ut una aduerbiū ultimam acuit, ne uideatur eſſe nomen. Sic pone præpoſitio uel aduerbiū; ſic eo, aliquo, illo, falſo, ſedulo, repente, palam, forte, ea, aliqua, &c. ultimam acuunt, dum aduerbia ſunt, ne putentur eſſe nomina, uel uerba, uel pronomina, uel participia. Tertia, Conciſio accentum mutat, ideo nomina tertiæ in as, quæ in atis olim deſinebant, ultimam circunflectunt; ut olim penultimam. Aquinas. Arpinas, noſtras, cuias. Olim dicebant cuiatis pro cuias, &c. Conciſa ſunt quoq; donec, pro donecum, ꝙ in Plauto legitur, adhuc, illuc, iſthuc, hic, &c. dic, duc, fac, &c. pro adhucce, illhucce, &c. dice, duce, face, &c. item petit pro petiuit, fumat, pro fumauit. Quarta, Accentū tranſpoſitio mutat, ueluti oēs prępoſitionū, coniunctionumq; ſyllabæ, dum pręponuntur, grauātur, ut de qua re. Poſtpoſitę autem acuūtur, ut qua de re, &c. Cum præpoſitio, que, ne, ue, encliticæ coniunctiones, præcedentem ſyllabā acuunt; ut quicum, mecū, &c. Cæſar Papaque: hominesne, feræne, &c. Quinta, cōpoſitio quandoq; accētum uariat: ut compoſitio noſcatur eſſe, non oratio. Itaq; hæc exceptio particula eſt ſecundæ exceptionis; unde tertio è fine acuitur in ſequentibus, Subinde, exinde, deinde, proinde: perinde, aliquando, nequando,

quando,hucuſque,a longe,delonge,deinceps,duntaxat, ſiniſtrorſum,deorſum,quapropter,enimuero,quinimo, nimirum;nihilominus pro tamen;paulominus pro fere, quomodo pro qualiter,inſuper,deſuper,interea,poſtea, ueruntamē,hactenus,quatenus diuerſæ eſſent dictiones, diuerſos haberent accentus. Sexta,Idioma.i.linguæ proprietas, accentum mutat, cum unaquæq; lingua habeat accentum ſibi peculiarem, ac proprium. Nam ſecundū Latinorum regulas ἄνθρωπος,& ἥπειρος.penultimā acuerent;quia producitur. hanc tamē apud Græcos grauem habent.E diuerſo Simois,quia penultimā corripit apud Græcos grauem habet,acuta antepenultima. Item & paracletus cōtra uſum linguæ noſtræ in antepenultima habet accentum,cum penultima eius ſit longa,ut ſit in agapetus,& eleeſon,quæ Græce per ω ſcribuntur. Ex his patet in Græcis accentum quantitati plerunque eſſe contrarium. Sed hactenus.

DE FIGVRIS.

LIBER XI.

Figuræ definitio.

ARTE *nouata aliqua dicendi forma, Figura eſt.*
Sūt eius ſpēs, Metaplaſmus, Schema, Tropusq;
Quas manifeſtatis uitijs, reſerabimus amplè.

Figura eſt arte aliqua nouata forma dicendi. Figurarū notitia eſt poetis, oratoribusq; neceſſaria. Figuræ ſpecies ſunt tres, Metaplaſmus, Schema, & Tropus. Cæterum fuerit operæpretium uitiorum naturam ante manifeſtare, ut ea a figuris ſeparare ſciamus.

De uitijs.

Vitia orationis generalia, ſunt tria:obſcurū,inordinatum,barbarū. Obſcuritatis ſpecies, ſunt octo:Acyrologia,

gia, Pleonaſmos, Periſſologia, Amphibologia. Tautologia. Eccliplis cũ Apoſiopeſi, Aenigma, Macrologia. Inordinatæ orõnis ſpecies ſunt quinq;: Tapinoſis, Cacophatõ, Cacoſynthetõ, Aeſcrologia, Cacozelia. Barbare orõnis ſpecies ſunt duę. Barbariſmus, & Soleciſmus. Eiuſmodi vitia vt pote in primis vitanda declarabuntur.

Barbarus eſt quiſquis ſcribendo, ſiue loquendo.
Verbum corrumpit: peregrinum eſt barbara lexis.

Barbariſmus, eſt vnius dictionis corruptio, ſcribendo aut loquẽdo cõmiſſa: ut tollero, cum duobus ll. Buſiris; penultima correpta. Barbara lexis; ẽ dictio peregrina, vt guerra, bladum; ſtuffa, fardellus, charreria &c. Barbariſmus, dicitur a barbarus, ideſt, diſſonans: quia a uera Latinitate diſſonat, & diſſidet. Barbariſmus, in proſa nomen ſuum retinet: apud poetas Metaplaſmus, & Pathos, nuncupatur. Ideo licet ex poetis depromãtur Barbariſmi exẽpla, ne credas ipſos locutos eẽ barbarè, ſiue (vt veteres ſæpius dicebant) ruſticè, ſed intelligas barbariſmum fore ſi quis ita loqueretur in proſa. Itidem cenſendum eſt de ſolœciſmo, cui Schemati apud poetas nomen eſt.

Eſto Solœciſmus, uitioſa oratio quæuis.

Solœciſmus, eſt impar, & inconueniens compoſitura partium orationis: vt Acuta gladius: ſaluete reuerende magiſter. Veteres ſolœcum dixerunt potius, a quo ſolœciſſo ſolœciſſas, id eſt, incongruè loquor.

Obſcuræ ignobiliſque orationis ſpecies.

Improprie ſumptum uerbum dicatur Acyron.

Acyrologia eſt impropria dictionis vſurpatio, ut ſpero, pro timeo: accede ad hunc ignem, ideſt, ad hanc meretricem. Acyrologia, interpretatur impropria loquutio, ab ἄκυρος, ideſt, improprius, & λογία, id eſt loquutio.

Omne ſuperuacuum Pleonaſmos rite vocatur.

Pleonaſmos, ẽ adiectio ſuperuacua ad plenã ſignificationem

tionem:vt ſic ore loquuta eſt,vidi his oculis.Et interpretatur ſuperabundãtia,a πλεονάζω, id eſt,pluſquam oportet facio, aut dico.

Eſto periſſologus tibi ſermo ſuperfluus omnis.

Periſſologia, eſt adiectio verborum ſuperflua ſine vlla ui rerum, ut ibant,quà poterant:quà non poterant, non ibant. Viuat rex,& non moriatur. Transfertur autem Periſſologia, ſuperflua locutio,a περιασσος ideſt,ſuperfluus:& pene eadem quæ Pleonaſmos.

Amphibolon,dubius Romanis ſermo feretur.

Amphibologia, eſt uitio compoſitionis ambiguæ poſita ſententia:ut Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe.& fit ab,ταυτότης,id eſt,dubius.

Tautologos,uerbis varijs rem ſignat eandem.

Tautologia, eſt diuerſorum uerborum aut orationũ eandem rem ſignificantium inculcatio:ut, Ipſe egomet uenio,exultãs redeo,gaudenſque reuertor.Tautologia dicitur a ταυτότης,ideſt,identitas,& λογία,loquutio.Eſt enim eadem loquutio.

Macrologos, ſermo nimium prolixus habetur.

Macrologia, eſt longa ſententia, res non neceſſarias comprehendens. Virg. Poſtera lux ſummo ſpargebat lumine terras,Orta dies, cùm primum alto ſe gurgite tollunt Solis equi, lucemque elatis naribus efflant. Satis fuerat dixiſſe,orta dies. Macrologia,traducitur longus ſermo ſine neceſſitate,a μακρός, ideſt, longus.

Eclipſis uerbum, Reticentia uerba ſubaudit.

Eclipſis,unicum uerbum,id eſt,dictioné ſubaudit;Reticẽtia uerò,id eſt, apoſiopeſis, plures dictiones ſupprimit.

mit. Eclipſis, id eſt defectus, ſeu defectio, Apoſiopeſis, Latinè dicitur reticentia.

Eſt ænigma, grauis nimium tibi ſermo ſolutus.

Aenigma eſt obſcura ſententia per obſcuram ſimilitudinem rerum: ut Mater me genuit, eadem mox gigni tur ex me. Significatur enim aquam in niuem conuerti, & ex eadem rurſus effluere. Aenigma, dicitur ab αἰνίττομαι, id eſt obſcurè loquor.

Inordinatæ orationis ſpecies.

Inordinatæ orationis ſpecies ſunt quinque, Tapinoſis, Aeſchrologia, Cacephaton, Cacocelia, Cacoſyntheton.

Magna Tapinoſis tenui ſermone recludit.

Tapinoſis eſt humilitas magnæ rei, non id agente ſententia, quod demonſtrat, ut apud Virgilium: Dulichias uexaſſe rates, pro atrociſsimè raptaſſe, ac laniaſſe. Tapinoſis, a ταπεινὸς, id eſt, humilis.

Aeſchrologos, nobis obſcæna oratio fertur.

Aeſchrologia, eſt uitio compoſitionis inuerecunda oratio, ut compoſitio uerborum obſcœnæ ſignificationis: quale eſt futuo, cunnus, &c. aut obſcœna pronunciatio, ab αἰσχρὸς, id eſt, turpis, & λόγος, id eſt, ſermo.

Eſt caco rite phaton, quicquid ſonat haud bene nobis.

Cacophaton, aut cacephaton, eſt obſcœna pronunciatio, uel in compoſitione, uel in uno uerbo, ut, arrige aures Pamphile. κακὸν, id eſt, malum: φατὸν, dictum, hoc eſt male ſonans dictum.

Eſto Cacozelon praua affectatio nobis.

Cacozelia, eſt per affectationē decori corrupta ſententia, cùm eo ipſo dedecoretur oratio, quo illam uoluit ornare: ut, aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ, Curua-

Curuatura rotæ radiorum argenteus ordo &c.Cacozelon,ideſt mala affectatio.

Haud bene compoſitum Cacoſyntheton eſto Latini,

Cacoſyntheton, eſt vitioſa dictionum compoſitio, uel indecens ſcriptura: ut terga fatigamus haſta. Cacoſyntheton,transfertur male compoſitum.

DE METAPLASMO.

Dictio transformata poetæ fit Metaplaſmus.

Metaplaſmus, eſt transformatio quædã recti ſolitiq; ſermonis, in alteram ſpeciẽ metri,ornatus neceſſitatis ve cauſa,ut cœlicolum induperator,diciera μετά id eſt; trans, & πλάσμα, id eſt; figmentum. Metaplaſmi ſpecies ſunt quatuordecim.Proteſis,epenteſis,paragoge,aphæreſis,ſyncope,ectaſis;ſyſtole;apocope, diæreſis;ſynæreſis;ſynalœphe;ecthlipſis,antitheſis, metatheſis.

Adijce principio quicquam, ſic protheſin edes.

Protheſis, eſt appoſitio quædam ad principium dictionis literę vel ſyllabę:vt, Gnate;pro nate:retulit pro tulit:aſtat,pro ſtat.Dicitur a πρὸς,ideſt;ad,θέσις,poſitio, hoc eſt appoſitio.

Adijce quid medio, ſic fiet Epentheſis aptè.

Epentheſis, eſt appoſitio quædam ad mediam dictionem literæ vel ſyllabæ: ut relliquias gemino ll, pro reliquias:allitum pro alitum. Epenteſis dicitur ab ἐπί, & ἐν, quæ coniuncta ſignificant inter, θέσις, poſitio, ut ſit interpoſitio. Eandem ſignificationem habet Parentheſis.

Adijce quid fini pulchram facies Paragogen.

Paragoge,eſt appoſitio quędam ad finem dictionis vt poteſtur,pro poteſt;a παρά,id eſt,ad:& ἀγωγή,id eſt,ductio, hoc eſt adductio.

Aufert

Aufert quid capiti uates, ut Aphæreſin edat.

Aphæreſis eſt ablatio de principio dictionis literę vel ſyllabæ: contraria Protheſi: vt, Pone metum, pro depone, ab ἀφαιρέομαι id eſt, aufero.

E medio quicquam tollas, ita Syncopa fiet.

Syncopa, eſt ablatio de media dictione literæ vel ſyllabæ: contraria Epenteſi, ut audacter, pro audaciter, à σὺν, id eſt, con, & κόπτω, incido. Eſt enim conciſio: ut dixti, commorat, pro dixiſti, & commouerat, &c.

Eſt Apo nempe cope, quicquam de fine recidens.

Apocope, eſt ablatio de fine dictionis literæ, uel ſyllabę, contraria Paragoge: vt, Achilli, pro Achillis, ex ἀπὸ, id eſt, ab, & κόπτω, ſcindo.

Ectaſis extendit tibi, iure puer breuiandum.

Ectaſis, eſt extenſio ſyllabæ contra naturam uerbi, ut naufragia media lóga, quæ breuis eſt, & Italia prima producta, quæ natura alioqui corripitur. Dicitur ab ἐκτείνω idest produco. Eadem Diaſtole uocatur.

Producenda fore, quàm Syſtola corripit ipſa.

Syſtole, eſt correptio ſyllabæ contra naturam uerbi facta, contraria Ectaſi; vt, aquoſus orion, pro orion producta: a συςέλλω, ideſt, corripio.

Syllaba per binas diuiſa, Diæreſis eſto.

Diæreſis, eſt diuiſio unius ſyllabæ in duas, ut aulai, pro aulæ: a διαιρέω, id eſt, diuido.

Syllaba de binis eſt facta Synæreſis una.

Synæreſis, eſt conglutinatio duarũ ſyllabarũ in unam, cõtraria Diæreſi: ut, Phæton diſſyllabum, pro triſyllabo:

P a συν,

σὺν, id eſt, con, & αἵρεσι, diuiſio, quaſi diuiſorum coniunctio.

M, necat Ellipſis ceu uocalem Synalœpha.

Ellipſis uel Ecthlipſis, eſt m, literæ cum ſua uocali ante uocalem eliſio. Synalœpha, eſt uocalis ante uocalem interemptio in diuerſis dictionibus: ut, O curuæ in terras animæ, & cæleſtiũ inanes. Ellipſis Ab ἐκ, & λείπω, id eſt deficio: & interpretatur eliſio. Synalœpha, id eſt, colliſio: a συναλοίφω, id eſt coniungo.

Antitheſis fiet tibi, litera ſi uarietur.

Antitheſis, eſt literæ pro litera poſitio, ut olli, pro illi, ab ἀντὶ, id eſt, pro, & θέσις, poſitio, quaſi alterius pro alia poſitio.

Eſt meta nempe theſis, ſi tranſponas elementum.

Metatheſis, eſt literarum in alium locum transformatio, nulla litera è dictione ſublata: ut, Euandre Tymbre, pro Euander, Tymber: a μετὰ, id eſt, trans & θέσις poſitio, quaſi tranſpoſitio.

Præpoſitura quidem mutata, Paragalla fiet,

Protheſeωn parallaga, aut parallage, eſt præpoſitionum mutatio, cùm altera pro altera ponitur: ut, Cui de te tantum licuit, pro in te. Protheſeωn parallage trãsfertur præpoſitionum mutatio: πρὸ, id eſt, præ & ante: & θέσις, poſitio.

DE SCHEMATE.

Schemata, dant ſpecies Lexeos, & Dianœas.

Schema, eſt quicquid a ſimplici atque in prõptu poſido dicendi mõ uel poeticè uel oratoriè mutat. Schematis ſpẽs ſunt duę. Dianœas, i. mẽtis, uel ſenſus, uel ſententiarum. Lexeos, id eſt dictionis uerborum, ſermonis, ora-

orationum. Schematis autem Lexeos ſpecies multæ ſunt, ſed neceſſariæ traduntur, per quas ſimiles colligentur: Prolepſis, Zeugma, Hypozeuxis, Syllepſis, Aſyntheton ſeu Dyaliton, Polyſyntheton, Anadiploſis, Anaphora, Epanalepſis, Epizeuxis, Paronomaſia, Scheſiſonomaton, Paromœon, Homœoteleuton, Homœoptoton, Polyptoton, Hyrmos, Climax. Schema transfertur cultus, figura, habitus. Diœnas, id eſt, ſentẽtia. Lexis dictio.

Per partes totum, aut referat poſt facta Prolepſis.

Prolepſis, eſt præſumptio rerum ordine ſecutarũ, uel quum numerus ante uerbo redditur, quam perſonæ defi uiantur; ut Interea Reges (ingẽti mole Latinus, Quadri iugo uehitur curru: bigis it Turnus in albis. Tum pater Aeneas Romanæ ſtirpis origo. Et iuxta Aſcanius magnæ ſpes altera Romæ) procedunt caſtris, &c. Et dicitur prolepſis, a πρὸ, ideſt, ante, λῆψις, ſumptio.

Verbo uno plures ſenſus per Zeugma recludo.

Zeugma, eſt vnius uerbi cõcluſio, diuerſis clauſuris aptè cõiuncta, ut aduerſat libidini caſtitas, auaritiæ liberalitas, mediocritati luxuria, modeſtiæ ſupbia, ſtrenuitati accidia. Zeugma interpretatur adiunctio ζευγνύω.

Iungit Hypozeuxis ſua rebus uerba quibuſque.

Hypozeuxis. eſt figura zeugmati contraria; ubi ſuum cuiq; clauſulæ redditur uerbum Virg. Regẽ adit, & regi memorat nomenq́; , genſq́ue, Quid ve petat, quidue ipſe ferat, &c. ab ὑπὸ, i. ſub, & ζεῦξις, coniunctio.

Verbo uno uaria eſt Syllepſis clauſula uexa.

Syllepſis, eſt diuerſarum clauſularũ per unũ uerbum cõglutinata cõceptio: veluti, Hic illius arma, Hic currus fuit σὺν, eſt, con, & λῆψις, capti, ut ſit conceptio.

Copula ſupprimitur, quò fiat Aſyntheton, aptè.

Aſyntheton, eſt oratio ſine coniunctionibus neceſſariò ſubauditis: ut, Dum ætas, metus, magiſter prohibebant. ab α priuatiua particula, & σύν, id eſt, con, & θετὸν, id eſt, poſitum; quaſi incompoſitum.

Copula multiplicata facit Polyſyntheton uſque.

Polyſyntheton, eſt oratio multis nexa coniunctionibus. Virgilius, Athamasq;, Thoasque, Pelidesque, Neoptolemus, primusq;, Machaon, a πολύ, id eſt, multum, & σύνθετον, id eſt, cõpoſitũ. quaſi multipliciter compoſitũ.

Finem principio repetens Anadiploſin edes.

Anadiploſis, eſt uerſus finis in principio alterius repetitio: ut ſequitur pulcherrimus Aſtur; Aſtur equo fidens, &c. ab ἀνά, id eſt, re, & δίπλωσις, duplicatio.

Principium fit idem nonnunquam uerſibus aptè.

Anaphora, eſt relatio verbi eiuſdem, aut ſimilis per principia complurium uerſuum: ut, Nate meæ uires, mea magna potentia ſolus, Nate patris ſummi; &c. ab ἀνά, id eſt, re, & φορα, latio.

Principio & fini repetitur uerſus eodem.

Epanalepſis eſt cũ eadem dictio & principiũ verſus, & clauſulã tenet: vt Multa ſup Priamo rogitans, ſuper Hectore multa: & interpretatur reacceptio ſiue replicatio, ab ἐπὶ, & ἀνα, quæ cõiuncta ſignificãt re, & λῆψις, acceptio.

Dictio format Epizeuxin cum ui geminata.

Epizeuxis, eſt eiuſdẽ dictionis ſine medio geminatio cum impetu pronunciationis: ut, Me me ad ſum, qui feci, in me conuertite ferrum, O Rutuli, &c. Interpretatur coniunctio aut combinatio.

In

In ſimili uerbo ludit quandoque poeta.

Paranomaſia, eſt ueluti quædã denominatio, uel quoties aliud nomen efficitur de alio: ut, Nam iſthæc incœptio eſt amentium, aut amantium. παρά, id eſt, iuxta, & ὀνομασία, nominatio.

Mobile cuique ſuum fixo connectitur apte.

Cheſiſonomaton, eſt cum ſingulis nominibus epitheta connectuntur: ut, Marſa manus, Peligna cohors, feſtina uirum uis componitur ex nominatiuo χέσις, id eſt, habitus, & genitiuo ὀνομάτων, id eſt nominum, quaſi habitus, uel habitudo nominum.

Principijs eadem eſt Paromœon, litera multis.

Paromœon, eſt quando ab eiſdem literis diuerſæ dictiones ſumunt initium: ut, Machina multa minax minatur maxima muris. Paromœon, id eſt, ſimile à παρά, id eſt iuxta, & ὅμοιος, id eſt ſimilis.

Verborum ſimilis ſit finis Homœoteleuton.

Homœoteleuton, eſt quum ſimili modo plurimæ dictiones finiuntur: ut, bella horrida bella. ab ὅμοιος, id eſt ſimilis, & τελευτὸν, id eſt, finitum.

Caſus Homœoptoton, erit ſimilis tibi multus.

Homœoptoton, eſt oratio uno ſimiliq; caſu cõpacta, & excurrẽs in eoſdẽ ſiñes caſus. Ennius, Merentes, fluentes, lacrymantes, ac̃ miſerẽtes: ab ὅμοιος. id eſt, ſimilis.

Bella Polyptoton, uarij ſit clauſula caſus.

Polyptoton, eſt oratio caſuum uarietate diſtincta, aut clauſula uarios caſus retinens: ut, Littora littoribus contraria, fluctibus undas: & dicitur a πολὺ, id eſt multus, & πτῶσις, caſus.

Digitized by Google

Sermonis ſeries prælonga uocabitur Hyrmos.

Hyrmos, eſt ſeries aut conſtructio orationis cõtinuæ tenorem ſuum in multos verſus protendens. Vir. Principio cælum ac terras, campoſq; liquentes, Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque aſtra, &c. Et dicitur Hyrmos quaſi, ſyrmos, id eſt tractus, à σύρω id eſt, traho.

E uerbo in uerbum Climax, it pulchra figura.

Climax, eſt de uerbo in uerbum gradatio, quæ dicta repetit: & prius q̃ ad aliud deſcendat, in prioribus reſiſtit; ut, Aphricano uirtutẽ induſtria, uirtus gloriam, gloria æmulos comparauit. Interpretatur ſcala vel gradatio

DE TROPIS.

Vertit ad improprium Tropus omnia ſignificatum.

Tropus, eſt uerbi uel ſermonis a propria ſignificatione in aliam cum uirtute mutatio, ut uulpes pro aſtuto. Bacchus pro uiuo. Dicitur a τροπή, id eſt, uerſio uel mutatio, Tropi ſpecies ſunt tredecim: Metaphora, Catachreſis, Metalepſis, Metonymia, Antonomaſia, Epitheton, Sinecdoche, Onomatopœia, periphraſis, Hyperbaton, Hyperbole, Allegoria, Homœoſis. Cæteri omnes, huius ſpeciei uidentur.

Propter rem ſimilem pro uerbis uerba repones,

Metaphora, eſt rerum uerborumq; per ſimilitudinem translatio: vt rident prata, à μεταφέρειν, ideſt transfert.

Eſto Catachreſis: bona uocis abuſio nobis.

Catachreſis, eſt vſurpatio nominis alieni; vt parricidã matris quoq;, aut fratris interfectorem dicimus à κατὰ, ideſt, contra, & χρῆσις, ideſt, uſus: quaſi contra uſum.

At Metalepſis, erit tranſumptio facta gradatim.

Meta-

Metalepſis, eſt tranſumptio gradatim facta, quum dictio aliud a ſua propria ſignificatione ex his quæ præceſſerunt, denotat: ut, Poſt aliquot, mea regna uidens mirabor ariſtas. Poſt aliquot ariſtas, ergo poſt ſegetes, & ſic poſt æſtates, & proinde poſt aliquot annos, a μετα id eſt, trans, & λῆψις, id eſt ſumptio uel acceptio.

Dico metonymiam Bacchum bibo, uina coronant.

Metonymia, eſt nominis trāſmutatio, quoties pro inuentore inuentum, pro continente contentum, pro efficiente effectum, pro poſſeſſo poſſeſſor, aut contra, capimus. Metonymia trāſfertur nominis tranſmutatio: a μετὰ, id eſt, trans, & ὄνομα, id eſt, nomen.

Appellatiuum proprij uice ſæpe locatur.

Antonomaſia, eſt uocabulū, quod ſine nomine poſitū ꝓprio, eius loco fungitur, ut magnanimus Anchiſiades, pro Aenea, Saturnia pro Iunone. Trāſfertur pronominatio, aut ꝓnomē, ab ἀντὶ, id eſt, pro, & ὄνομα, id eſt, nomē.

Exornat carmen fixo bene mobile quadrans.

Epitheton, eſt appoſitum nomini adiectiuum perpetuum fermè naturam rei indicans: ut, Alma Ceres, pulchra Venus, triſtia bella. ab ἐπὶ, id eſt, ad, & θέτον, poſitum quaſi appoſitum.

Pro naui puppis, contra ue, Sinecdoche habetur.

Synecdoche, eſt figura, cū a parte totum intelligitur, aut contra, numerusue pro numero ſumitur; ut, Da requiem puppi, ueniet cum frigidus annus; pro naui, & hyeme. Interpretatur comprehenſio. . . .

Sæpe ſonus cauſam fingendi nomina præſtat.

Onomatopœia, eſt dictionis ex ſono confictio, ut mu

Ordo inuerſus, erit tibi Anaſtropha, præpoſituræ.

Anaſtrophe, eſt uerborum tantum ordo præpoſterus: ut, Italiam contra, Maria omnia circum. Anaſtrophe, eſt reuerſio uel inuerſio, ab ἀναρέφω.

Interiecta, Parentheſis eſt, ſententia quæuis.

Parentheſis, eſt interpoſita formatio diuerſæ ſententię: ut, Aeneas (neque enim patrius conſiſtere mentem paſſus amor) rapidum ad naues præmittit Achaten. Interpretatur interpoſitio.

Syncheſis, eſt prorſum uocum, aut confuſio ſenſus.

Syncheſis, eſt hyperbaton oſcurum, & omni parte cõfuſum: ut Treis Notus abreptas in ſaxa latentia torquet. Saxa uocant Itali mediis quæ in fluctibus aras, &c. Syncheſis, id eſt, confuſio, à σύν, id eſt, con, & χέσις, fuſio.

Quoquam interpoſito per Tmeſim, uerbula ſcindo.

Tmeſis, eſt unius cõpoſiti uel ſimplicis ſectio, una dictione uel pluribus interiectis: ueluti, Eſt Boreæ regio ſeptem ſubiecta trioni. Tmeſis diſſyllaba dictio eſt, idẽ ſignificans quod ſectio, a τέμνω, id eſt, ſcindo eadem uocatur Diacope, id eſt, interciſio.

Exceſſus fidei manifeſtus Hyperbola fertur.

Hyperbole, eſt oratio excedẽs fidem augendi uel minuendi cauſa: Augendi, ut niue candidior: minuendi, ut uix oſſibus hærent. ab ὑπὲρ, i. ſuper, & βολὴ, uel βόλως. i. iactus.

Dic Allegoriam, ſenſu ſi uerba repugnent.

Allegoria eſt tropus, quo aliud ſignificatur, aliud dr̃: & ita uerba ſenſu. i. ſenſui repugnant. Virg. Sed nos immẽ-

ſum

ſum ſpatio cõfecimus æquor: Et iã tempus æquum fumãtia ſoluere colla. ideſt, quæ tractanda fuerant, affatim explicuimus. Dr̃ ab, ἄλλο, & ἀγορεῖν, ideſt ab aliud dicẽdo.

Illudens ſermo' rectè Ironia feretur.

Ironia, eſt diſſimulatio aut illuſio, qua contraria oſtenduntur ſenſui, quam uerba præ ſe ferunt; ut, Egregiam uerò laudem, & ſpolia ampla refertis. Tuq; puerque tuus &c. Et dicitur ab εἰρωνεύομαι, quod eſt diſſimulo, & cauillatorie decipio.

Antiphraſis, uerbum ſit per contraria dictum.

Antiphraſis, eſt unius verbi ironia; ut bellũ, ꝙ minimè bellum ſit, & lucus, ꝙ minimè luceat. Antiphraſis eſt ꝑ cõtrariũ locutio, ab ἀντὶ, ideſt, contra, φράσι: locutio.

At Charientiſſimos tibi, molliet aſpera dictu.

Charientiſmos, eſt tropus, quo dura dictu gratius proferuntur, ut ſi interroganti, Num me quæſiuit quiſpiam? reſponderes, bona fortuna, ideſt nemo. Charientiſmos, id eſt, gratificatio, & vrbanitas.

Sermo procul notus feſtiua Parœmia fertur.

Parœmia, eſt accommodatum rebus, & temporibus prouerbiũ, ut Lupus eſt in fabula, ideſt, adeſt is, cuius prę ſentia loqui uetamur. a παρὰ, ideſt, iuxta. & οἴμη, id eſt, cantus uel cantilena, quaſi iuxta olim cantilenam.

Hoſticus irriſus nobis Sarcaſmos habetur.

Sarcaſmos, eſt plena odio, atque hoſtilis deriſio; ut, Pirrhus ad Priamum, Referes ergo hæc, & nuncius ibis Pelidæ genitori, illi mea triſtia facta, Degeneremq; Neoptolemum narrare memento.

Simplicitas, Aſteiſmos erit, ſi ruſtica deſit.

Aſt

Aſteiſmos, eſt tropus multiplex, numeroſæque uirtutis. Nam eſt quicquid ruſtica ſimplicitate caret,& faceta ſalis urbanitate exprimitur: apud Virgil.in Bucol. Qui Bauium non odit,amet tua carmina Meui, atque idem iungat vulpes,& mulgeat hircos.Dicit ab ἀςεῖος.i. urbanus.

Nota parum demonſtrat Homœoſis, mage notis.

Homœoſis, eſt minus notæ rei per ſimilitudinẽ eius, quæ magis nota eſt, demonſtratio:ab ὁμοίως.i.ſimilis, ꝙ ſit ſimilitudo.

Eſt Icon, quoties forma bene confero formam.

Icon,eſt perſonarum inter ſe, uel eorum quæ perſonis accidunt,comparatio;ut,Os,humeroſq; Deo ſimilis. Icon,iconos,imago uel ſimilitudo.

Iure diſertus erit quiſquis rem comparat apte.

Parabola, eſt rerum genere diſſimilium comparatio: ut,Qualis mugitus, fugit cum ſaucius aram Taurus, & incertam excuſſit ceruice ſecurim.Parabola dicitur adiectio:a παρά, ideſt,iuxta,& βολή, iactus: βάλλω, iacio; ut ſit adiecta cuique rei comparatio.

Exemplum facti uel dicti ſit Paradigma.

Paradigma, eſt exempli hortantis, uel dehortantis enarratio. Hortantis, Antenor potuit mediis elapſus Achiuis, Illyricos penetrare ſinus, &c. Dehortantis, At non ſic Phrygius penetrat Lacedemona paſtor, Ledeãque Helenam Troianas uexit ad urbes, &c. paradigma eſt exemplum. παραδεικνύω, ideſt, exemplifico, à παρά, id eſt, iuxta, & δεῖγμα, ideſt, ſignum.

Miſcellanea reliquarum figurarũ declaratio.

ulta Menſurarum deſcriptio nomina ſumit.

Figu-

Figurarũ deſcriptiones uariis rebus uaria ſortiuntur nomina, ut deſcriptio temporis, Chronographia. Loci, Topographia. Natalis, Genethliacō. Pugnæ, vt Monomachia, duorũ ſingulare certũ. Naomachia, pugna naualis.

Inuenies uerſum repetitum ſæpe decenter.

Epimone, eſt eiuſdem uerſus frequens repetitio, ut in ludicro. Virgilius, Incipe Mænalios mecum mea tibia uerſus, &c. Interpretatur perſeuerantia, & inſiſtentia, ab ἐπιμόνος, id eſt, conſtanter.

Reſpondere ſolent ſcriptores obijciendis.

Antypophora, eſt ad obiicienda reſponſio · ut, Sum pius, heu doleo: nam mihi ſæpe nocet. Poſſet quæri, cur doles te pium eſſe? huic tacitę quæſtioni ſic occurritur, nam mihi ſæpe nocet. Antypophora eſt ſolutio. Hypophora namque, obiectio dicitur, ab ἀντὶ, id eſt, contra.

Quas tibi declarat Syntaxis, non repetemus.

De appoſitione, euocatione, conceptione, prolepſi, zeugmate, antiptoſi, ſyntheſi, & ſynecdoche, &c. quæ in ſyntaxi dicta ſunt, haud operæpretium fuerit hic repetère: itaque illis ſuperſedendum cenſeo.

Rem minus ut totam ferimus nos ſæpe tacere.

Paraſiopeſis, eſt quum aliquid nos reticere dicimus: ut pote omnibus notum, aut cum ſuſpicionem excitare maiorem reticendo poſſumus: quale eſt illud. In præſentia iudices, iniuſſu populi, quæ improbiſſime geſſerit, reticebo. Dicitur a παρὰ, id eſt, apud, ab præter, & σιωπή, id eſt ſilentium.

Fingere perſonam res eſt percrebra poetæ.

Proſopopęia, ē pſonę fictio quoties inanimatũ ad animatũ loquitur, aut cōtra, animatum ad inaminatum: ut

Ouid.

Ouid.Parue,nec inuidio, ſine me liber ibis in vrbem. Et apud eundem Metamorph. vbi terra loquitur. Dicitur a προσωπον,ideſt,perſona,& ποιέω, id eſt,facio vel fingo.

Laudatur uerbi repetitio facta decenter.

Epanodos,eſt cum decore dictionis repetitio,ſiue regreſſio: plerunq; cum negatione, & interdū ſine ea: ut, Principatus bonus eſt &c.nō bonus aūt,qui in tyrānidē cōuertitur.Fit ex ἐπὶ, & ἀνὰ, quæ cōiuncta,iterū uel retro indicant, & ὁδὸς,uia,quaſi in priorem uiā regreſſio.

Virtutum uitijs interdum nomina dantur.

Paradiaſtole, eſt cum rem noſtram dilatamus per interpretationes: ut cum aſtutum, ſapientem uocamus: prodigum, liberalem: temerarium,fortem. Componitur ex παρὰ,id eſt, iuxta, & διαςολὴ, id eſt, dilatatio.

Hendiadym,facies ſoluens in mobile fixum.

Hendiadis, figura ex quum reſoluitur ſubſtantiuum in adiectiuum:ut,Chalybem frænoque momordit, pro Chalybæos frænos,ab ἐν, id eſt,unum,& διὰ,id eſt,per: & δύο,id eſt, duo, quando unum per duo dicitur.

Quando pati quod agit: fero, contra ue: Hypallage, habetur.

Hypallage, eſt figura quum uerba per aduerſum intelliguntur, quum quod patimur,agere dicimur aut cōtrà; ut trade rati uentos, pro trade ratem uentis, ex ὑπὸ,id eſt,ſub,& ἀλλαγὴ,id eſt mutatio.

Liptote, erit, quoties plus ſignificans minus aio.

Liptote,figura eſt, qua minus dicimus, quàm ſignificamus: ut Haud parum doctus, id eſt,multū.a λείπομαι, id eſt,deficio.

Anti-

Antitheton fiet, quoties contraria nectes.

Antitheton, eſt figura, qua contraria contrarijs opponuntur: vt, Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis, Mollia cum duris, &c. Antitheton, id eſt, contra poſitum, ab ἀντί, id eſt, contra, & θετον, poſitum.

Quæſtio Erotema, eſt inter numerata figuras.

Erotema, eſt interrogatio: ut, Quis furor, o ciues? quæ tanta licentia ferri? ab ἐρωτάω, id eſt interrogo.

Dicta prius declarat Epexegeſis apertè.

Epexegeſis, eſt ante dictorum expoſitio uel declaratio: ut Tolle fuga Turnum, atque inſtantibus eripe fatis. Dicitur ab ἐπὶ ſupra, & ἐξήγησις, ideſt, expoſitio.

Emphaſis eſt ſenſus maior quàm uerba recludant.

Emphaſis eſt figura altiorem præbens intellectũ quã quem uerba per ſeipſa declarant: ut, Semper ego auditor tm. in ego, eſt emphſis apud Iuuenalem. Emphaſis interpretatur ſignificatio, ab ἐμφαίνω, ideſt demonſtro.

Quod nihil ad ſenſum facit, eſto Parelcon ubique.

Parelcon, eſt dictionis aut ſyllabæ nihil ad ſenſum facientis adiectio: ut, Adeſdũ, paucis te uolo. dũ, Parelcon eſt, ſyllabica adiectio. Dicitur a παρέκλω, ideſt produco.

Ob pulchram uocem quid factam Euphonia fertur.

Euphonia, eſt mutatio quædam uenuſtioris gratia ſoni: ut redeo, pro reeo, ab εὖ; id eſt, bene, & φωνὴ, uox, quaſi bona uox.

Verſus ad abſentem, dicetur Apoſtropha, ſermo.

Apoſtrophe, eſt ad abſentẽ ſermonis cõuerſio: ut, Te

nunc

nunc appello Aphricane,&c. ἀποςρέφω, ideſt, auerto.

Dic Allœothetam, contra artem quid uariatum.

Allœotheta, eſt accidentium contra artem mutatio: vt, Pars in fruſta ſecant, &c. Continet enim ſub ſe antiptoſin, ſyntheſin, & plures alias figuras. Et interpretatur aliter poſita, ab ἀλλοίως. ideſt, alius, & uarius, & θετὸν, id eſt, poſitum, Theſis, poſitio.

FINIS.

Digitized by Google

RVDIMENTA

PRIMA LATINAE GRAMMATICES,

IO. PELLISSONE CONDRIENSI AVCTORE.

Modus examinandæ Conſtructionis in oratione per eundem.

Quæ omnia vulgari Italicò ſermone, vbicunque neceſſe viſum eſt, explicauimus.

Venetijs, ex Typographia Guerræa.

M D LXXXII.

Digitized by Google

IO. PELLISSO CONDRIENSIS

CLAVDIO A TVRNONE bonæ indolis puero S. P. D.

QVANDO res ita tulit, Claudi generoſiſſime, vt primis in Grammaticis exercitamentis tibi & æqualibus tuis re concinnandis, denuo nobis repueraſcendum fuerit: tua non dubie magnopere re tulerit, te in hęc ipſa omnibus neruis intendere. Præſertim quum hoc literularum genus ad ætatulam tuam ita prorſus attemperauimus, ut in eo prætermiſiſſe nihil uideamur, quod (ſi modò velis) & aſſequi, & fideliter retinere non poſſis. Adiecimus quæ ad pietatis elementa percipienda aliquantulum collatura nobis viſa ſunt. Ab eo enim exordiendum putauimus, quod Chriſtianæ inſtitutioni eſſe aptiſsimum, & bonis mentibus vtiliſsimũ: non aliò ſanè ſpectantes, quàm vt tu, cæteriq; adoleſcentuli, iam inde à rudibus annis literarum ſimul & pietatis velut ſuccos imbiberetis primos. Libellum tibi dicaui, quo tum induſtriam in te meam non per-

functoriè conferri declararem, qui meæ traditus es curæ ab ornatiſsimo Præſule, & nullo laudũ genere non adficiendo Domino Viuarienſi, abs quo ipſo mea hic ſtudia tecum aluntur: tum uero tibi uelut ſtudij faces incenderem, ad rudimenta Chriſtiano digna, qui tua potiſsimum cauſa me ad infima interim demittere grauatus non fuerim. Non dubium eſt, quin in te culpa omnis hæſura ſit, ſi cum nullius non mouerim lapidem, quo & in literis, & in ſyncera pietate proficeres, tu non pariter adnixus fueris, & huic ſtudio in te meo & præterea expectationi reſpondere, quam non concitaſti paruam, imitandæ Turnoniorum Principum inclytæ nobilitatis. Erudiris Lutetiæ, nihil non ſuppeditat tibi ad iſtud otiũ beneficentiſsimus antiſtes Dominus Viuarienſis: nec tibi deeſt præceptor, quem docti & boni, non indoctum, nec malum, nec indiligentem cenſent. Quot igitur nominibus pudendum fuerit, ſi uacuus, & inanis in patriam redieris? Non enim cauſam tu unquam dices, quo minus potueris officium facere: atque ad id inutile erit omne prætextum. Quare, mi Claudi, etiam atque etiam uide, ne cum ad optimam frugem abundè tibi ſuppetant omnia, ipſe tibi ſolus defuiſſe uidearis. Dominum Deum noſtrum Ieſum precor, vt ſpiritum ſanctum ſuum animo tuo inſtillet, qui te prouehat ſemper ad meliora proficientem, & purum ſeruet ab omnibus inquinamentis. E Coqueretio, Pridie Calend. Ianuar. Anno. M. D. XXIX.

AD

AD CANDIDISSIMVM QVEMQVE LVDI MAGISTRVM

Ioannis Pelliſſonis Condrienſis epiſtola.

NAm veriſſimum illud eſt, optime iuuentutis Moderator, quod Terentianus ille Demea ſignificat: Si quid eſt quod quomodo fiat, & adminiſtretur, plurimùm referat, nunquam ad id curãdum quenquam ita bene ſubducta ratione eſſe, quin res, ætas, vſus, ſemper aliquid apportet noui, aliquid moneat, vt illa quæ ſcire credas, neſcias, & quæ tu putaris prima, in experiendo repudies. Hoc adeo ex hac re venit in mentem mihi. Nam quæ Progymnaſmata in Grammaticen, ante ſeptem plus minus annos nomine meo ſum paſſus edi, horum omnino me quidem pœnitet: & peccaſſe fateor, qui tam multa non in loco congeſſerim. Nam cur hoc diſſimulem? Non (ſi me Deus amet) ita ſum, vt culpam meam prætexere hac parte velim, etiam ſi maximè queam. Præſtitiſſem autem qualemcunque emendatorem, & ſuperflua illa ac redundantia, aut planè reſecuiſſem, aut utcunque cohibuiſſem: niſi fore ſperaſſem, vt breui perirent, vti digna erant. Hæc enim ſola cogitatio uſque obſtitit, quò minus in id operam darem. Sed nunc tandem cum viderim latius in dies

euulgari, impreſſis toties exemplis Lugduni, ac demum Piclauis & Rhotomagi, iamq; Lutetiæ accingentibus ſe ad id typographis, non amplius ceſſandum ratus, opus de integro reconcinnaui; quando eò iam id euaſerat, ut in totum abolere non quirem. Bonas horas ferè perdidi, niſi quoad licuit, puerorum ſtudijs inſeruiui. Hoc.n eo feci libentius, quòd ne apud Pariſiorum quidem Gymnaſia, quorum eſt tanta per uniuerſum orbem autoritas, inter erudiendum formandumq; adoleſcentulos ad bonas literas, ab eo uitio cauetur ubique, in quod imprudens emittendus Progymnaſmatis illis incurreram. Vt taceam interim quòd in multis ordinem & rectam doctẽdirationem deſideres, alicubi inepta pleraque deprehendas. Nam proferuntur quædam & Gallicè & Latinè & ſcripta Principia (ſic enim uocant) quibus, mea certè ſententia inſulſius, illepidiusq; nihil excogitari poteſt. Tum Introductiones Grammaticales de conſtructione partium orationis, ſcilicet ex eadem fidelia. Vtraque indigna, quibus os tenerum pueri balbumque figuret præceptor probus, & diſcipulorum profectus cupiens. Adaggeruntur alijs alij Grammatici, & ſubinde mutantur: ut prope neſciant pueri, quid potiſſimum ſequi & tenere debeant. Imò ut clauus clauo truditur, ita memoria excidit, quod ex uno aliquo autore traditum eſt, ſimulatque diuerſum, aut etiam idem, dum diuerſo modo, ex altero inſtillatur. Proinde qui fiat obſecro, ut hac ratione ſolida pueris iaciantur fundamenta? Diceres unum hoc conſilium eſſe magiſtris quibuſdam, ut uagentur per omnes ſcriptores Grammaticos, uel in puerilibus regulis, nec citò emergere queat ætatula illa ad autorum acromata, unde certior petitur &

melior

melior dicendi facultas. magno id quidem temporis diſpendio, & ingeniorum onere ac fatigatione. Meo iudicio (ſi quod tamen eſt) nihil æquè adoleſcentulos turbat, & eorum captum impedit, quàm multiplicia, & uaria, ceu tenebras illis offundere. Ergo Progymnaſmata, ſeu potius Rudimenta in hanc nunc poſtremum formam redegi.

Primò, Quando puerilis inſtitutio ſtatim à pietate proficiſci debet, complexus ſum uerſiculis paraphraſim in Precationem Dominicam, Salutationem Angelicam ad Virginem matrem, Duodecim fidei quos uocant artciulos, paraphraſi etiam explicatos, Decalogi præcepta, Paræneſin ad ueram pietatem. hæc ceu prima ad Chriſtianiſmum exercitamenta.

Secundò, quàm ſimpliciſsimè, & breuiſsimè potui, præſcripſi, quæ pueros oportet in numerato habere, & in promptu tanquam digitos. Et quaſi iam muniui ad inſtitutiones Grammaticas Ioannis Deſpauterij. Sunt nudæ orationis partes cum ſuis accidentijs principalibus, omiſſo quicquid in Deſpauterianis libris continetur, ijs, quos in Enchiridium contraxi: ne uſquam remoraremur diſcendi cupidos, quo minus ſtatim accederent ad primam illam partem Grammatices. Quorſum enim in nomine (ut reliqua omittam) adieciſsem ſpecies deriuatorum (nam cæteras propriorum appellatiuorum ſatis erit, ni fallor, ſi uiderint prouectiores ubilibet) quorſum, inquam, de differentijs illis deriuatorum mentionem attuliſſem, cum libro ſecundo Deſpauterius fusè tractarit de patronymicis, quarto de comparatione: præter quæ non uideo, quid negotij ſit in alijs, ſi adſit bonus præceptor. Tum non eſt illic inſiſtendum. Adſunt Laurentij Vallæ Elegantiarum

præcepta. In quibus multum operæ ponendum, interim dum puerum aſſuefacis ad optimorum auctorum lectionem, & in primis, Terentij & Ciceronis. Eodem iudicio vſus in verbo, & cæteris orationis membris.

Tertium locum ſortitæ ſunt præceptiunculæ illæ generales ad ſtructuram Latini ſermonis, quibus Syntaxim delineauimus, quo & ſine negotio ad illam maiorem diſcendam literarum candidati adducerentur, & iam poſſent reſpondere de toto orationis corpore, quid cum quo, & cur ſic, vel ſic cohæreat: animaduerterentq; quot, & quæ voces ſententiam abſoluant, & quo pacto ſingula ſingulis reſpondeant in ſerie orationis. In hoc quoque feci, vt examen ſeu diatribe accederet, vbi exigo à diſcipulo, vt totam periodum diſtinguat in membra, tum ordine prouocabula enumeret, que ſententiam perficiant, pariter & rationem reddat de re quaque, vt diximus. Quod dum facimus, ſimul & viam indicamus, quam placuiſſe video Priſciano Grammaticorum facilè principi, & abs qua ne nunc quidem abhorrent exercitatiſſimi pædotribæ. De his omnibus, quiſquis es candidus puerilium ſtudiorum formator, uteris iudicio tuo: & ſi non diſplicuerint, pueros, quibus hoc operæ dedimus, ſines frui. Omnino enim in tua humanitate, & candore poſitum eſt, vt illi amplectantur, quod ipſis elaborauimus. Vale æternum, & te totum ſtudioſæ pubis vſui impende. Pariſiis, e Coqueretio, Calend. Ianua. Anno M. D. XXIX.

RVDIMENTA

AD PIETATEM.

PARAPHRASIS DOMINICAE PRECATIONIS.

O Pater omnipotens, totius conditor orbis,
 Summum quod petimus nocte, dieq; bonum:
Perdiderat quondam miſeri nos culpa parentis
 Atque ſibi ſeruos fecerat arte Satan:
Sed tamen vnius meritis & munere Chriſti
 Nos tua iam ſoboles, progeniesq; ſumus.
Ad tua (nec temerè) cœleſtia regna vocamur,
 Nec temerè noſter diceris eſſe parens.
Diceris in cœlis habitare, quò l omnia quamuis
 Plena tui, fæcis nil tamen huius habes.
Immò terrenis nos ſubuehis vndique rebus,
 Cordaque noſtra tuus ſpiritus intus alit.
Vnde animis aſpiramus flagrantibus iſtuc,
 Et deſiderio ducimur vſque tui.
Si rurſum geniti cœlo tibi filimus vni,
 Noſtra precor clemens accipe vota pater.
Reddito nos tales, ut quiſquis nouerit, inde
 Cogatur nomen glorificare tuum.
Scilicet immaculata tuo ſit uita fauore
 Noſtra: ſit in rebus mensque animusque pijs.

Atque

Atque tuam toto, quæramus pectore laudem:
Si tua ſit noſter gloria ſola ſcopus.
Adueniatque illud florens, & amabile regnum,
Quo tremat ad uerbum uir, mulierq; tuum.
Nos rege, nos in te transforma: quæſo, tuo ſit
Spiritui noſter ſpiritus unanimis.
Ac tua quod dictat, uel mandat ſancta uoluntas,
Vt faciat, quiſque id curet amore tui.
Largire in terra tibi mos pater alme geratur,
Non ſecus ac ſummi ſit regione poli.
Inde ſalutiferis ac ſpiritualibus eſcis,
Quotidieque ſacro nos ale pane tuo.
Panis hic eſt ſermo tuus, eſt & ſacra ſyntaxis:
Hinc fac paſcamur, poſt dato quicquid opus.
Noſtraque clementer nobis peccata remitte, ut
Qui nos offendunt ſponte damus ueniam.
Da cum fratre meo mihi ſit concordia ſemper:
Nec quenquam offendam, condoleamque alijs.
Tota hæc innumeris agitatur uita periclis,
Nuſquam tentator non ſtruit inſidias:
Aut ne tentari, aut certè nos ne ſine uinci:
Hoſtilis nobis impetus eſto bono.
Ni tua nos fœdo clementia ſeruet ab hoſte,
Cernis, in æternum qui trahet exitium.
Nos ergo à technis illius tolle maligni:
Aſſeritoque tua pro bonitate pater.

SALVTATIO ANGELICA ad Virginem Matrem.

VIRGO *mater aue, diuino numine plena,*
Cœlica quam totam gratia delibuit.
Eſt Dominus tecum, cui ſic te uirgo dediſti,
Vt ſit dignatus filius eſſe tuus.
O felix una ante alias puriſſima virgo:
Supra fœmineos tu benedicta choros:
Atque tui fructus uentris benedictus Ieſus:
Felix virgo tui mater es alma patris.
O felix uenter, felicia uiſcera prorſum,
Queis ſummi templum contigit eſſe Dei.
O Maria æternam nobis orato ſalutem:
Cara Deo, miſeris tempus in omne faue.

SYMBOLI APOSTOLORVM Paraphraſis.

IN *te credo Pater, rerum cui ſumma poteſtas,*
Qui ſine principio, qui ſine fine Deus.
Omnium es & Deus, & Dominus, moderator & auctor,
In quo uno ipſe meam ſpemque fidemque loco.
Conditor eſt uaſtæ, parientiſq; omnia terræ,
Atque tuæ cæli ſunt bonitatis opus.
Iuſſiſti, pelagus ſpatioſum cingeret orbem,
Ac paſſim dulces exorirentur aquæ:
Aera feciſti, & flammis uelocibus ignem:
Omnia quæ noſtro ſunt elementa ſolo.

Digitized by Google

Tu ſolo nutu propter nos cuncta creaſti :
Sic nos ex omni tempore ſemper amas.
Vnum te colimus, nam te pendemus ab vno:
Ac tibi quicunque eſt, omnia debet homo.
Tu pater es noſter, requies tu certa laborum:
Te penes eſt, quicquid maximus orbis habet.
Si tu nos pateris deſertos eſſe, perimus.
Tu virtus vnus, vita, ſalusq; hominum.
Nulla eſt humanis prorſum fiducia rebus:
In te vno noſtram ponimus ergo fidem.
Hæc ſincera fides, pater optime, maxime, ſi quis
Se tibi committat credulitate pia.
In te igitur credo, & confido, certior eius
Omnis, quòd famulis pollicitare tuis.
Inque tuum natum credo conſtanter Ieſum,
Aeternum, æqualem, conſimilemque tibi.
Hunc hominem factum ſeruandis omnibus, atque
Hunc ego credo Deum de genitore Deo.
Confiteor Chriſtum, mundiq; agnoſco monarcham,
Omnia qui teneat ſub ditione ſua:
Qui ſit diuino conceptus numine, natus
Intacta è Maria Virgine verus homo:
Quò nos æterno cœli donaret honore,
Purgatos vitijs, lethiferisque malis.
Quis memoret, quantos voluit perferre labores
Quàm noſtra cauſa, dura & acerba pati?
Noſtra lubens in ſe commiſſa recepit, & inſons
Tanquam agnus, nobis cuncta ferenda tulit.
Heu toties cæſus, toties ſua membra ferinis.

Iudæis

Iudæis vltro dilaceranda dedit.
Paſſus inauditam, Pilato iudice, mortem,
Adfixus ſæuæ, probriferæque cruci:
Vnde ſalutiferum per vulnera quinque cruorem
Fudit, eo pacto crimina noſtra luens.
Mortuus eſt nobis; etenim nos morte redemit:
Inque nouo nobis conditus eſt tumulo.
Interea vt premeret Stygium virtute tyrannum,
Iuit in infernas, Tartareasq; domos.
Inde triumphator ſuperas emerſit ad auras,
Tertius vt primum cœpit adeſſe dies:
Coram diſcipulis tandem ſuper æthera vectus,
Aſcendit patriam, cœlica regna, domum.
Et ſedet ad patris dexteram, & dominatur Olympo:
Cunctaq; iure ſuo celſa, vel ima regit.
Idem olim veniet rurſum, quo iudicet omnes,
Siue erimus, ſeu nos fata fuiſſe volent.
Credo in Spiritum item ſanctum, qui recreat aura
Vitali firma pectora ſepta fide.
Et te ſancta Dei credens Eccleſia, quicquid
Adſtruis, ore lubens, cordeque confiteor.
In te Chriſtigenæ coeunt ceu corpus in vnum,
Cuius Ieſum vnum credimus eſſe caput.
Hinc eſt ſanctorum vnanimis coniunctio, qua nos
Vt fratres vnit ſpiritualis amor.
In te tum fateor, tum credo piacula ſolui,
Quicunque vt par eſt, ad tua ſacra venit.
Poſtremo, vt vitæ reddatur mortuus omnis,
Spero fore, inque ſua carne reſurgat homo.

Ac

Digitized by Google

Ac deinceps vitam ducat ſine fine perennem.
Et capiat factis præmia digna ſuis.

DECALOGI
præcepta.

VNVM *agnoſce Deum, dominumq; & amando verere,*
Inque vno tua ſpes hæreat, atque fides.
Nec temere iures: Domini irreuerenter habere
Nomen adorandum ſit tibi relligio.
Sabbata ſanctifica: Chriſti ſine ſpiritus in te
Regnet, & impurum deſine carnis opus.
Ex animo patrem & matrem cole: qui tibi præſunt,
Subditus eſto libens, iusq; ſuum tribue.
Ne ſis occiſor: cuiquam male velle caueto,
Neve nocens vllo ſit tua lingua modo.
Ne mœchare, voluptates fuge, caſtus eſto: atque
Ex omni ſerua parte pudicitiam.
Viue labore tuo, fur ne ſis, uſque caueto.
Frater eget, facito, qua potes, ipſe iuues.
Candidus & dexter ſis, virtus maxima candor.
Mentire, aut falſum teſtificare nihil.
Munditiam corde ſummam Deus ecce requirit:
Affectus diſcas vt reſecare malos.
Nec captes nuptam: nec rem quam ſcis alienam,
Alterius quicquam concupiſſe nefas.
Hæc meditanda decem ſummi præcepta Tonantis,
Sunt nobis omni, frater amice, loco:
Vt piè & ex animo ſeruemus, ubique ſtudentes
Tota immortali mente placere Deo.

AD

Digitized by Google

AD CHRISTIANVM tyrunculum.

Qva ſit iter virtutis, habe puer, idq; teneto,
Si tibi conſultum rectius eſſe velis.
Deſudas multum, quandoque beatulus ut ſis:
Sed tamen in totum proficis ipſe nihil.
Danda opera in primis, ſimul hoc ardenter agendum:
Grata ſit in cunctis ut tua uita Deo.
Huc enitentes Deus optimus adiuuat ultro:
Conſequiturq; hominum non ſine laude fauor.
Nil ſi quidem uel amabilius, uel pulchrius ipſa
Virtute, hæc pueros prouehit una bonos.
Ipſe autem Domino placeas (mihi crede) licebit,
Atque inter magnos connumerere uiros.
Semper Alexicacum ſi tum conabere Chriſtum.
Omni ope, ſynceris moribus exprimere.
Huc igitur mellite puer contendito, quæſo:
Vt Chriſtum ſpires, ut ſapias, referas:
Hoc eſt, ut caſtus ſis, purus, & integer omni
Ex parte, interius mundus & exterius.
Ad communem uſum factus, tractabilis, expers
Et fuci atque doli, neſcius inuidiæ.
Et mitis patienſq; malorum, ſis quoque ſimplex:
In primis gaudet ſimplicitate Deus.
Semper morigerere parentibus atque magiſtris.
Semper & his præſtes, quod potes obſequium.
Mundi contemptor, diuinis rebus inhærens,

Sed

Digitized by Google

Sed curis animo ſordidulis vacuo.
Vt breuiter cælo, mundoque probere, ita demum
Diuino expreſſus munere Chriſtus erit.
Optima quæque ſtatim ac primo diſcenda: ſed vt nil
Quàm Chriſtum ſtudio ſit didiciſſe prius.
Quem noſſe, eſt æterna beataque vita. Tuum ergo
Omne fac vt ſemper ſpectet in hoc ſtudium.
Literulis incumbe bonis, amplectere linguas:
Peruius ut tandem ſit tibi ſermo Dei.
Præq; oculis Chriſtum conſueſcito ſemper habere,
Sitaq;, ſeruari queis ſine nemo queat.
Infelix, in quo redibus grandeſcit ab annis
Chriſtus, & vſque ſuo nomine cuncta regit.
Hæc puer in ſumma, eſt ſanctæ ratio optima vitæ,
Quam ſeruando, Deo proximus eſſe potes,
Allectabit bonos famæ diffuſus honeſtæ,
Hincque Deo multi nomina ſponte dabunt.

RVDI-

RVDIMENTA
AD DECLINATIONES.

QVOT ſunt partes orationis? Octo. Quæ? Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Præpoſitio, Aduerbium, Interiectio, & Coniunctio.

Nomen, eſt quod declinatur per caſus, & ſignificat rem, non agere aliquid, *Il nome Latino è quello, che ſignifica qualche coſa voglia quale ſe ſia, viſibile ò inuiſibile, & non ſignifica fare alcuna coſa, ma ſignifica la coſa quale è, & come ſi nomina*. Nomen enim rerum nomen claturam continet. *Il nome ritiene la nominatione di tutte le coſe*.

Pronomina ſunt quindecim illa indubitata, adeoque cognitu facilia, quoniam certo numero conſtent.

Verbum eſt, quod declinatur per modos, & tempora, ſine caſu, & ſignificat agere aliquid. *Il verbo latino, è quello, che ſignifica fare qualche coſa. Com' è amare, inſegnare, legere, dire.* Ex actiuis facile cognoſcuntur paſsiua.

Participium eſt quod deſinens in ans, ens, tus, ſus, xus, rus, dus, declinatione per omnia nomen, ſignificatione uerbum a quo deſcendit, imitatur. *Il participio è quello, che ſignifica il nome adiettiuo, & è terminato* in ans, ens, tus, ſus, xus, rus, dus, *et è biſogno, che ſempre vegna dal verbo, et ſignifica come il verbo.*

Præpoſitiones extra compoſitionem uſu receptæ, non plures fere ſunt quinquaginta.

Aduerbium eſt, quod ſignificationẽ verbi explanat, atq; implet. *L'aduerbio è quello, che dichiara come, & quando, & quante volte, &c. La coſa ſi fa, & egli ſcriue molto bene.* Scribit admodum bene: *queſte due parole* admodum & bene, *moſtrano come, & in quale manera è ſcritto, perciothe ſono aduerbij*.

Interiectio, uox incondita, qua ſignificatur animi adfe-

b ctus,

ctus, *hoime*, & heu.

Coniunctiones etiam breui gyro ſepiri queunt, ſcilicet ad quinque ſolum poteſtates redactæ.

Declinantur per numeros, caſus, genera, partes orationis caſuales, Nomen, Pronomen, participium.

Numeri ſunt duo, Singularis & pluralis.

Caſus ſex; nominatiuus, genitiuus, datiuus, accuſatiuus, uocatiuus, ablatiuus.

Quot ſunt notæ generũ apud Latinos? Tres. Quæ? Hic hæc hoc. Hic cuius generis? Maſculini. Hæc? fœminini. Hoc? Neutri. Hic & hæc? Communis. Hic, & hæc, & hoc? Omnis. Hic, uel hæc? Incerti.

Cur non dixiſti articulos nominum? Quia Latini deficiũt in uniuerſum articulis præpoſitiuis.

Quis uſus, quæ uis articuli præpoſitiui? Arguit, & diſcernit genera, & caſus, atque in ſermone rem certam demonſtrat.

In qua lingua hoc licet uidere? Græca præſertim, & Italica. Oſtende in Italica *il, & lo*, Maſculini, & Neutri generis, *la*, fœminini generis. Vt *il poeta, lo animale, la fœmina*.

Declina omnes ordine.

Maſculino, & neutro genere. Singulariter nominatiuo *il, & lo*. Genitiuo, *del, & dello*. Datiuo *al, & allo*. Accuſatiuo *il, & lo*. Vocatiuo *o*. Ablatiuo *dal, & dallo*. Pluraliter nominatiuo *i, li, & gli*. Genitiuo *delli, & degli*. Datiuo *alli, & agli*. Accuſatiuo *i li, & gli*. Vocatiuo *o*. Ablatiuo *dalli, & dagli*.

Fœminino genere, Singulariter nominatiuo *la*. Genitiuo *della*, Datiuo *alla*. Accuſatiuo *la*. Vocatiuo *o*. Ablatiuo *dalla*, Pluraliter nominatiuo *le*. Genitiuo *delle*. Datiuo *alle*. Accuſatiuo *le*. Vocatiuo *o*. Ablatiuo *dalle*.

Neutro genere, Singulariter nominatiuo *il*. Genitiuo *del*. Datiuo *al* Accuſatiuo *il*. Vocatiuo *o*, Ablatiuo *dal*. Pluraliter nominatiuo *i, & li*. Genitiuo *de i*. Datiuo *agli*. Accuſatiuo *i, & li*. Vocatiuo *o*: Ablatiuo *da gli*, &c.

Declina poeta Italicè. Singulariter nominatiuo *li poeta*. Genitiuo

nitiuo *del poeta*.Datiuo *al poeta*. Accuſatiuo *il poeta*.Vocatiuo *o poeta*.Ablatiuo *dal poeta*.Pluraliter nominatiuo *i.& li poeti* Genitiuo *delli poeti*.Datiuo *alli poeti*. Accuſatiuo *i, & li poeti*. Vocatiuo *o poeti*. Ablatiuo *dalli poeti*.

Cuius generis?Maſculini.Quare? Quia ei præponitur articulus declinando,*il*. Ita de alijs.Sed iam ad formulas declinationum Latinarum.

PRIMA NOMINIS DECLINATIO.

PRima declinatio habet quinque terminationes in nominatiuo ſingulari a,as,e,es,& am.

A Singulariter nominatiuo hic poeta, genitiuo poetæ,datiuo poetæ, accuſatiuo poetam, uocatiuo o poeta, ablatiuo à poeta.Et pluraliter nominatiuo hi poetæ, genitiuo poetarũ, datiuo poetis,accuſatiuo poetas, uocatiuo o poetæ, ablatiuo a poetis.

As Singulariter nominatiuo hic Aeneas,genitiuo æneę,datiuo æneæ,accuſatiuo æneã,uel æneam,uocatiuo o ænea,ablatiuo ab ænea. Et pluraliter hi æneæ,genitiuo ænearum,&c.

E Singulariter nominatiuo hæc Calliope, genitiuo calliopes, datiuo calliope, accuſatiuo calliopen, uocatiuo o calliope,&c.Et pluraliter nominatiuo hæ calliopæ, genitiuo callioparum, &c.Vna ex nouem muſis.

Es Singulariter nominatiuo hic Anchiſes, genitiuo anchiſæ,datiuo Anchiſæ,accuſatiuo anchiſen, uocatiuo o anchiſe ablatiuo ab anchiſe. Et pluraliter nominatiuo hi anchiſæ genitiuo anchiſarum,&c.Pater Aeneæ.

Am. Singulariter nominatiuo hic Adam,genitiuo adæ,datiuo adę,accuſatiuo adam,vocatiuo o adam,ablatiuo ab adã Et pluraliter nominatiuo hi Adæ,geuitiuo adarum, &c.

SECVNDA.

SEcunda declinatio octo nominatiui deſinentias complectitur er,ir,ur,um,us,eus,on, & os.

Er Singulariter nominatiuo hic aper,genitiuo apri, datiuo

apro,accuſatiuo aprum,uocatiuo aper, ablatiuo ab apro. Et pluraliter nominatiuo hi apri,genitiuo aprorum, uel aprũ, datiuo apris, accuſatiuo apros, uocatiuo o apri,ablatiuo ab apris. *Il porco cingiale.*

Ir Singulariter nominatiuo hic vir,genitiuo viri, datiuo uiro,accuſatiuo virum,vocatiuo o vir,ablatiuo a uiro. Et pluraliter nominatiuo hi viri,genitiuo uirorum, uel uirum, datiuo uiris,accuſatiuo uiros,uocatiuo o uiri,ablatiuo a uiris.

Vr Singulariter nominatiuo ſatur,ſatuta, ſaturum, genitiuo ſaturi,ſaturæ,ſaturi,datiuo ſaturo,ſaturæ,ſaturo,accuſatiuo ſaturum,ſaturam,ſaturum,uocatiuo o ſatur,ſatura,ſaturum,ablatiuo a ſaturo,ſatura,ſaturo. Et pluraliter nominatiuo ſaturi,ſaturæ,ſatura,genitiuo ſaturorum,ſaturarum,ſaturorum,datiuo ſaturis,accuſatiuo ſatnros, ſaturas,ſatura,uocatiuo o ſaturi,ſaturæ,ſatura,ablatiuo a ſaturis. *Il ſatiato.*

Vm Singulariter nominatiuo hoc templum, genitiuo tẽpli, datiuo templo,accuſatiuo templum,vocatiuo o templũ,ablatiuo à templo. Et pluraliter nominatiuo hæc templa, genitiuo templorum,datiuo templis,accuſatiuo templa, uocatiuo o templa,ablatiuo a templis. *La Chieſa.*

Vs Singulariter nominatiuo hic dominus, genitiuo domini,datiuo domino,accuſatiuo dominum,uocatiuo o domine,ablatiuo a domino. Et plutaliter nominatiuo hi domini, genitiuo dominorum,datiuo dominis,accuſatiuo dominos, uocatiuo o domini,ablatiuo à dominis. *Il Signore.*

Evs Singulariter nominatiuo hic Orpheus, genitiuo Orphei,uel Orpheos, datiuo Orpheo, accuſatiuo Orpheum, & Orpheon, & Orphea, uocatiuo o Orpheu, ablatiuo ab Orpheo. Et pluraliter nominatiuo hi Orphei, genitiuo Orpheorum,&c. Poetæ nomen.

On Singulariter nominatiuo hoc Ilion, genitiuo Ilii,datiuo Ilio, accuſatiuo Ilion,uocatiuo ò ilion, ablatiuo ab ilio. Regis Troiæ Priami regia.

Os Singulariter nominatiuo hic logos,genitiuo logi, datiuo logo,accuſatiuo logon,uocatiuo o loge, & logos,ablatiuo à logo. Et pluraliter nominatiuo hi logi, genitiuo logorum, uel logon,&c. Ideſt, ſermo.

TERTIA

TERTIA.

Tertia declinatio innumeros ferè nominatiui ſingularis fines amabit.

A Singulariter nominatiuo hoc poema, genitiuo poematis, uel poematos, datiuo poemati, accuſatiuo poema, uocatiuo o poema, ablatiuo a poemate. Et pluraliter nominatiuo hæc poemata, genitiuo poematum, uel poematon, datiuo poematis, uel poematibus, accuſatiuo poemata, uocatiuo o poemata, ablatiuo a poematis, uel poematibus. *La poeſia.*

E Singulariter nominatiuo hoc cubile, genitiuo cubilis, datiuo cubili, accuſatiuo cubile, uocatiuo o cubile, ablatiuo a cubili. Et pluraliter nominatiuo hæc cubilia, genitiuo cubiliū, datiuo cubilibus, accuſatiuo cubilia, uocatiuo o cubilia, ablatiuo à cubilibus. *Il letto.*

O Singulariter nominatiuo hic aquilo, genitiuo aquilonis, datiuo aquiloni, accuſatiuo aquilonē, vocatiuo o aquilo, ablatiuo ab aquilone. Et pluraliter nominatiuo hi aquilones, genitiuo aquilonum, datiuo aquilonibus, &c. Ventus ſeptentrionalis.

Singulariter nominatiuo hic ordo, genitiuo ordinis, datiuo ordini, accuſatiuo ordinem, vocatiuo o ordo, ablatiuo ab ordine. Et pluraliter nominatiuo hi ordines, genitiuo ordinum, datiuo ordinibus, &c. *L'ordine.*

Singulariter nominatiuo hęc caro, genitiuo carnis, datiuo carni, &c. Et pluraliter nominatiuo hæ carnes, genitiuo carnium, &c. *La carne.*

Singulariter nominatiuo hæc Clio, genitiuo Clius, datiuo Clio, accuſatiuo Clio, uocatiuo o Clio, ablatiuo a Clio. Nomen Muſæ.

Singulariter nominatiuo hic Anio, genitiuo anionis, datiuo anioni, accuſatiuo anionem, uocatiuo o anio, ablatiuo ab anione, aut hic anien, anienis. Fluuius.

Singulariter nominatiuo hoc lac, genitiuo lactis, datiuo lacti, accuſatiuo lac, uocatiuo o lac, ablatiuo a lacte, ſine plurari. *Il latte.*

Singulariter nominatiuo hoc halec, genitiuo halecis, dati-

uo ha'eci,accuſatino halec, uocatiuo o halec,ablatiuo ab halece ſine plurali:aut hæc halece,halecis, halecem.

A L Singulariter nominatiuo hic ſal, genitiuo ſalis, datiuo ſali,accuſatiuo ſalem,uocatiuo o ſal,ablatiuo a ſale. Et pluraliter ſales,ſalibus tantùm. Ideſt, condimentum, *Il ſale*,& dictum mordax.

Singulariter nominatiuo hoc animal, genitiuo animalis, datiuo animali,accuſatiuo animal, uocatiuo o animal,ablatiuo ab animali. Et pluraliter nominatiuo hæc animalia, genitiuo animalium,datiuo animalibus,accuſatiuo animalia, &c.*L'animale*.

E L Singulariter nominatiuo hic Daniel, danielis, danieli, danielem.

Singulariter nominatiuo hoc fel,mel, genitiuo fellis, mellis,datiuo felli,melli,&c. ſine plurali. ſed mel habet mella.nota ſunt.

I L Singulariter nominatiuo hic mugil, genitiuo mugilis, datiuo mugili,accuſatiuo mugilem,uocatiuo o mugil, ablatiuo a mugile. Et pluraliter nominatiuo hi mugiles, genitiuo mugilum,datiuo mugilibus, accuſatiuo mugiles,&c. Genus piſcis.

Singulariter nominatiuo hic,& hæc uigil,genitiuo vigilis, datiuo uigili,accuſatiuo uigilem, uocatiuo o uigil, ablatiuo a uigile uel vigili. Et pluraliter nominatiuo hi, & hæ vigiles, genitiuo vigilum,datiuo vigilibus &c. *Il uigilante*.

O L Singulariter nominatiuo hic ſol,ſolis, ſoli,ſolem,ſol,ſole.Et pluraliter hi ſoles,& ſolibus tantùm.

V L Singulariter nominatiuo hic conſul, genitiuo conſulis, datiuo conſuli,accuſatiuo conſulem,vocatiuo o conſul, ablatiuo a conſule. Et pluraliter nominatiuo hi conſules, genitiuo conſulum,datiuo conſulibus,&c.*Il Conſigliero*.

A N Singulariter nominatiuo hic Titan,genitiuo titanis,vel titanos,datiuo titani,accuſatiuo titanem,uel titana, uocatiuo titan, ablatiuo a titane.Et pluraliter nominatiuo hi Titanes,genitiuo titanum, datiuo titanibus, accuſatiuo titanes. vel titanas, uocatiuo titanes, ablatiuo a titanibus. Ideſt ſol.

EN Singulariter nominatiuo hic ren,genitiuo renis, datiuo reni,accuſatiuo renem,vocatiuo o ren,ablatiuo a rene.Et pluraliter nominatiuo hi renes,genitiuo renum,datiuo renibus, accuſatiuo renes,&c. *Il rognone*.

Singulariter nominatiuo hic pecten, genitiuo pectinis,datiuo pectini,accuſatiuo pectinem, uocatiuo o pecten, ablatiuo a pectine. Et pluraliter nominatino hi pectines, genitiuo pectinum,datiuo pectinibus, &c.*Il pettine*.

IN Singulariter nominatiuo hic delphin,genitiuo delphinis, uel delphinos,datiuo delphini, accuſatiuo delphinem,uel delphina,vocatiuo o delphin, ablatiuo a delphine. Et pluraliter nominatiuo hi delphines, genitiuo delphinum, datiuo delphinibus, accuſatiuo delphines, vel delphinas,uocatiuo o delphines,ablatiuo a delphinibus.

ON Singulariter nominatiuo hic Helicon, genitiuo heliconis,datiuo heliconi, accuſatiuo heliconem, uel helicona,uocatiuo o helicon, ablatiuo ab helicone. Et pluraliter nominatiuo hi helicones, genitiuo heliconum, datiuo heliconibus, accuſatiuo helicones, uel heliconas,&c.Mons Beotiæ.

Singulariter nominatiuo hic Phaeton, genitiuo phaetontis,datiuo phaetonti,accuſatiuo phaetontem,uel phaetonta, uocatiuo o phaeton, ablaatiuo a phaetonte. Et pluraliter nominatiuo hi phaetontes,genitiuo phaetontum,&c.*Il figliuolo del Sole*.

AR Singulariter nominatiuo hic Cæſar,genitiuo Cæſaris datiuo Cæſari,accuſatiuo Cæſarem,uocatiuo o Cæſar,ablatiuo a Cæſare. Et pluraliter nominatiuo hi Cæſares,genitiuo Cæſarum, datiuo Cæſaribus,&c. *L'Imperatore*.

Singulariter nominatiuo hoc calcar, genitiuo calcaris, datiuo calcari,accuſatiuo calcar, vocatiuo o calcar, ablatiuo a calcari. Et pluraliter nominatiuo hæc calcaria,genitiuo calcarium,datiuo calcaribus,accuſatiuo calcaria, vocatiuo o calcaria,ablatiuo a calcaribus,*Il ſperone*.

ER Singulariter nominatiuo hic anſer, genitiuo anſeris, datiuo anſeri,accuſatiuo anſerem,uocatiuo o anſer,ablatiuo ab anſere. Et pluraliter nominatiuo hi anſeres genitiuo anſerũ datiuo anſeribus,&c. *Oca*.

As Singulariter nominatiuo hic mas, genitiuo maris, datiuo mari, accuſatiuo marem, uocatiuo o mas, ablatiuo a mare. Et pluraliter nominatiuo hi mares, genitiuo marium, &c.

Singulariter nominatiuo hic adamas, genitiuo adamãtis, uel adamantos, datiuo adamanti, accuſatiuo adamantem, uel adamanta, uocatiuo o adamas, ablatiuo ab adamante. Et pluraliter nominatiuo hi adamantes, genitiuo adamantum, datiuo adamantibus, accuſatiuo adamantes uel adamantas, &c. *Diamante.*

Singulariter nominatiuo hæc ciuitas, genitiuo ciuitatis, &c. Et pluraliter nominatiuo hæ ciuitates, genitiuo ciuitatium, uel ciuitatum &c. *La città.*

Singulariter nominatiuo hæc lampas, genitiuo lampadis vel lampados, datiuo lampadi, accuſatiuo lampadem vel lampada, vocatiuo o lampas, vel lampada, ablatiuo a lampade. Et pluraliter nominatiuo hæ lampades, genitiuo lampadum, datiuo lampadibus, accuſatiuo lãpades, uel lãpadas. *La lampada.*

Singulariter nominatiuo hic & hæc & hoc Arpinas, genitiuo Arpinatis, datiuo Arpinati, accuſatiuo Arpinatem & Arpinas, vocatiuo o Arpinas, ablatiuo ab Arpinate, vel arpinati. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ Arpinates & hæc arpinatia, genitiuo Arpinatium, vel Arpinatũ, datiuo Arpinatibus, accuſatiuo Arpinates vel Arpinateis & Arpinatia, &c. *Laquale è una città d'Italia nominato Arpino.*

Es Singulariter nominatiuo hæc clades, genitiuo cladis, datiuo cladi, accuſatiuo cladẽ, uocatiuo o clades, ablatiuo a clade. Et pluraliter nominatiuo hæ clades, genitiuo cladium, datiuo cladibus, accuſatiuo clades uel cladeis, &c. *L'occiſione.*

Singulariter nominatiuo hic aries, genitiuo arietis, datiuo arieti, accuſatiuo arietẽ, uocatiuo o aries, ablatiuo ab ariete. Et pluraliter nominatiuo hi arietes, genitiuo arietum, datiuo arietibus, &c. *Il Montone.*

Singulariter nominatiuo hic lebes, genitiuo lebetis, uel lebetos, datiuo lebeti, accuſatiuo lebetem uel lebeta, uocatiuo o lebes, ablatiuo a lebete. Et pluraliter nominatiuo hi lebetes, genitiuo lebetum, datiuo lebetibus, accuſatiuo lebetes, uel lebetas, &c. *Il lauezo.*

Singu

Singulariter nominatiuo hic Chremes, genitiuo chremis, chremetis, uel chremetos, datiuo chremi, uel chremeti, accuſatiuo chremen, chremetem, uel chremeta, uocatiuo o chremes, uel chreme, ablatiuo a chreme, uel chremete. Et pluraliter nominatiuo hi chremes, uel chremetes, genitiuo chremũ, uel chremetum &c.

Singulariter nominatiuo hic gurges, gurgitis &c. Et pluraliter hi gurgites, gurgitum &c. *Loco profondo nel fiume.*

Singulariter nominatiuo hic & hæc præſes, genitiuo præſidis, datiuo præſidi, accuſatiuo præſidem, uocatiuo o præſes, ablatiuo a præſide. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ præſides, genitiuo præſidum, datiuo præſidibus &c. *Il Preſidente.*

Singulariter hæc apes, uel apis, apis, api, apem, o apes, uel apis, ab ape. Et pluraliter hæ apes, apium, apibus &c. *L'ape che fa il miele.*

Singulariter nominatiuo hic orbis, genitiuo orbis, datiuo orbi, accuſatiuo orbem, uocatiuo o orbis, ablatiuo ab orbe. Et pluraliter nominatiuo hi orbes, genitiuo orbium, datiuo orbibus, accuſatiuo orbes, uel orbeis &c. *La coſa rotonda.*

Singulariter nominatiuo hic panis, genitiuo panis, datiuo pani, accuſatiuo panem, vocatiuo o panis, ablatiuo a pane. Et pluraliter nominatiuo hi panes, genitiuo panum, datiuo panibus &c. *Il pane.*

Singulariter hic molaris, genitiuo molaris, datiuo molari, accuſatiuo molarem, vocatiuo o molaris, ablatiuo a molari. Et pluraliter nominatiuo hi molares, genitiuo molarium, datiuo molaribus, accuſatiuo molares &c. *Il dente maſcellare.*

Singulariter nominatiuo hic amnis, genitiuo amnis, datiuo amni, accuſatiuo amnem, vocatiuo o amnis, ablatiuo ab amne, uel amni. Et pluraliter nominatiuo hi amnes, genitiuo amnium, datiuo amnibus, accuſatiuo amnes, uel amneis &c. *Il fiume.*

Singulariter nominatiuo hic Araris, genitiuo araris, datiuo arari, accuſatiuo ararim, uocatiuo o araris, ablatiuo ab arari. *Il fiume Sonna.*

Singulariter nominatiuo hic Tybris, genitiuo tybridis, vel tybridos, datiuo tybridi, accuſatiuo tybrim, vel tybrin, vocatiuo

catiuo o tybri,ablatiuo a tybri.*Il fiume Teuere*.

Singulariter nominatiuo hic Alexis, genitiuo alexidis,uel alexidos,datiuo alexidi.accuſatiuo alexim, vel alexin,uocatiuo o alexi, ablatiuo ab alexi, uel alexide. Et pluraliter nominatiuo hi Alexides,genitiuo alexidum, datiuo alexibus,accuſatiuo alexides,uel alexidas &c. Nomen viri.

Singulariter nominatiuo hic Paris,genitiuo paris, paridis vel paridos,datiuo pari, vel paridi, accuſatiuo parim, uel parin,paridem,uel parida,vocatiuo o paris, vel pari,ablatiuo a pari,vel paride.

Singulariter nominatiuo hic Symois,genitiuo ſymoentis, vel ſymoentos, datiuo ſymoenti, accuſatiuo ſymoentem, vel ſymoenta,vocatiuo o ſymois, ablatiuo, a ſymoente.*Il fiume di Troia*.

Singulariter nominatiuo hæc febris, genitiuo febris,datiuo febri,accuſatiuo ſebrem,vel febrim,vocatiuo o febris,ablatiuo a febre,vel febri. Et pluraliter hæ febres,genitiuo febriũ, datiuo febribus, accuſatiuo febres,vel febreis, &c.

Singulariter nominatiuo hæc Syrtis, genitiuo ſyrtidis, vel ſyrtidos,datiuo ſyrtidi,accuſatiuo ſyrtim, vel ſyrtin,vocatiuo o ſyrti,ablatiuo a ſyrti. Et pluraliter nominatiuo hæ ſyrtes, genitiuo ſyrtium, datiuo ſyrtibus, accuſatiuo ſyrtes, uel ſyrteis &c *Luoco nel mare pericoloſo*.

Singulariter nominatiuo hæc Tigris,genitiuo tigridis,uel tigridos,datiuo tigri,vel tigridi,accuſatiuo tigrim, vocatiuo o tigris,ablatiuo a tigri,uel tigride. Et pluraliter nominatiuo hæ tigres, vel tigrides, genitiuo tigrum, uel tigridum &c. *Animal*.

Singulariter nominatiuo hic ſyntaxis, genitiuo ſyntaxis, vel ſyntaxeos, datiuo ſyntaxi,accuſatiuo ſyntaxim,uel ſyntaxin,uocatiuo o ſyntaxis, uel ſyntaxi, ablatiuo a ſyntaxi. Et pluraliter nominatiuo hæ ſyntaxes, genitiuo ſyntaxium, uel ſyntaxeon &c. Ideſt conſtructio.

Os Singulariter nominatiuo hic flos, genitiuo floris. datiuo flori,accuſatiuo florem;uocatiuo o flos, ablatiuo a flore. Et pluraliter nominatiuo hi flores, genitiuo florum, datiuo floribus &c. *Il fiore*.

Sing

Singulariter nominatiuo hic & hæc Sacerdos, genitiuo ſa cerdotis, datiuo ſacerdoti, accuſatiuo ſacerdotem, vocatiuo o ſacerdos, ablatiuo a ſacerdote. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ ſacerdotes, genitiuo ſacerdotum, datiuo ſacerdotibus, &c.

Singulariter nominatiuo hic heros, genitiuo herois uel he roos, datiuo heroi, accuſatiuo heroē uel heroa, vocatiuo o he ros: ablatiuo ab heroe. Et pluraliter nominatiuo hi heroes, genitiuo heroum, datiuo heroibus, accuſatiuo heroes, uel he roas, &c. *L'huomo ualente & degno di lodare.*

Singulariter nominatiuo hoc ós, genitiuo oris, uel oſsis, da tiuo ori, vel oſsi, accuſatiuo os, vocatiuo o os, ablatiuo ab ore uel oſſe. Et pluraliter nominatiuo hæc ora, uel oſſa, genitiuo orium, uel osſium, datiuo oſsibus, &c. Os, oris. *La bocca.* Os, oſsis. *l'oſſo.*

Singulariter nominatiuo hic & hæc bos, genitiuo bouis, datiuo boui, accuſatiuo bouem, uocatiuo o bos, ablatiuo a boue. Et pluraliter nominatiuo boues, genitiuo boum, dati uo bobus uel bubus, &c.

Vs Singulariter nominatiuo hic mus, genitiuo muris, dati uo muri, accuſatiuo murem, uocatiuo o mus, ablatiuo a mu re. Et pluraliter nominatiuo hi mures, genitiuo murium, da tiuo muribus, accuſatiuo mures, uel mureis. *Il ſorze.*

Singulariter nominatiuo hic Oedipus, genitiuo œdipodis, vel œdipodos, datiuo œdipodi, accuſatiuo œdipodem, vel œdi poda, uocatiuo o ędipus, ablatiuo ab œdipode. Et pluraliter nominatiuo hi œdipodes, genitiuo œdipodum, datiuo œdi podibus, accuſatiuo œdipodes, uel œdipodas, &c.

Singulariter nominatiuo hęc palus, genitiuo paludis, dati uo paludi, accuſatiuo paludem, uocatiuo o palus, ablatiuo a palude. Et pluraliter nominatiuo hæ paludes, genitiuo palu dum, &c. *La palude, & fango.*

Singulariter nominatiuo hæc uirtus, genitiuo uirtutis, da tiuo uirtuti, accuſatiuo uirtutem, uocatiuo o uirtus, ablati uo a uirtute. Et pluraliter nominatiuo hæ uirtutes, genitiuo uirtutum &c.

Singulariter nominatiuo hæc Venus, genitiuo Veneris, da tiuo Veneri, accuſatiuo Venerem, uocatiuo o Venus, ablati

uo a

uo a Venere. Et pluraliter nominatiuo hæ, Veneres, genitiuo Venerum &c.

Hic & hæc ſus ſuis: hi & hæ ſues ſuum, &c.

Singulariter nominatiuo hæc Amathus, genitiuo amathū tis, & amathuntos, datiuo amathunti, accuſatiuo amathuntem, vel amathunta, uocatiuo o amathus, ablatiuo ab āmathunte *Città di Cipro*.

Singulariter nominatiuo hoc crus, genitiuo cruris, datiuo cruri, accuſatiuo crus, uocatiuo o crus ablatiuo a crure. Et pluraliter nominatiuo hæc crura, genitiuo crurum, &c.

Hoc ius, iuris, hæc iura iurium, &c.

Singulariter nominatiuo hoc tempus, genitiuo temporis, datiuo tempori, accuſatiuo tempus, uocatiuo tempus, ablatiuo a tempore. Et pluraliter nominatiuo hæc tempora, genitiuo temporum, datiuo temporibus, &c.

AES Singulariter nominatiuo hic præs, genitiuo prædis, datiuo prędi, accuſatiuo prædē, vocatiuo o præs, ablatiuo a prędе. Et pluraliter hi prædes, genitiuo prædum, datiuo prædibus &c. *La ſecurtà & piegio*.

Hoc æs, eris, æri, æs, ab ære, æra tantum.

AVS Singulariter nominatiuo hæc laus, genitiuo laudis, datiuo laudi, accuſatiuo laudem, uocatiuo o laus, ablatiuo a laude. Et pluraliter nominatiuo hæ laudes, genitiuo laudum, &c.

ABS Singulariter nominatiuo hic Arabs, genitiuo arabis, datiuo arabi, accuſatiuo arabem, uocatiuo arabs, ablatiuo ab Arabe. Et pluraliter nominatiuo hi Arabes, genitiuo arabum, datiuo arabibus &c. *L'huomo d'Arabia*.

EBS Singu. nominatiuo hęc plebs, genitiuo plebis, datiuo plebi, accuſatiuo plebem, uocatiuo o plebs, ablatiuo a plebe, ſine plurali. Vilior pars populi.

IBS Singu. nominatiuo hic libs genitiuo libis, datiuo libi, accuſatiuo libem, uocatiuo o libs, ablatiuo a libe. Et pluraliter nominatiuo libes, genitiuo libium, datiuo libibus &c. *Il uento d'Africa*.

OBS Sing. nominatiuo hæc ſcobs, genitiuo ſcobis, datiuo ſcobi, accuſatiuo ſcobē &c. Et pluraliter nominatino hæ ſcobes, genitiuo ſcobium &c. Minutiſsimum quiddā cadens forando,

Digitized by Google

rando uel ſecando. *La limatura di pietra cotta.*

VRBS Singulariter nominatiuo hæc urbs, genitiuo urbis, datiuo urbi &c. Et pluraliter nominatiuo hæ urbes, genitiuo vrbium, datiuo vrbibus, accuſatiuo urbes, vel vrbeis &c. *La terra cinta di muro.*

VLS Singulariter nominatiuo hæc puls, genitiuo pultis, datiuo pulti, accuſatiuo pultem &c. Et pluraliter nominatiuo hæ pultes, genitiuo pultium, datiuo pultibus, accuſatiuo pultes, uel pulteis &c. Cibus quidam.

EMS Singulariter nominatiuo hæc hyems, genitiuo hyemis, datiuo hyemi &c. Et pluraliter nominatiuo hæ hyemes, genitiuo hyemum, datiuo hyemibus, accuſatiuo hyemes &c. *L'inuerno.*

ANS Singulariter nominatiuo hic quadrans, genitiuo quadrantis, datiuo quadranti, accuſatiuo quadrantem, uocatiuo o quadrans, ablatiuo a quadrante. Et pluraliter nominatiuo hi quadrantes, genitiuo quadrantium, uel quadrantum, datiuo quadrantibus, accuſatiuo quadrantes, vel quadranteis &c. *Il peſo d'onze tre.*

ENS Singulariter nominatiuo hic & hęc parens, genitiuo parentis, datiuo parenti, accuſatiuo parentem, uocatiuo o parens, ablatiuo a parente. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ parentes, genitiuo parentum, datiuo parentibus, accuſatiuo parentes &c. *Padre & madre.*

YNS Singulariter nominatiuo hic Tiryns, genitiuo tyrintis, vel tiryntos, datiuo tirynti, accuſatiuo tiryntem, vel tirynta, vocatiuo o tiryns, ablatiuo a tirynte. Sic pro fluuio; ſed pro urbe eſt fœmininum.

ONS Singulariter nominatiuo hic fons, genitiuo fontis &c. Et pluraliter nominatiuo hi fontes, genitiuo fontium &c. *La fontana.*

VNS Singulariter nominatiuo hic Aruns, genitiuo aruntis, datiuo arunti, accuſatiuo aruntem &c. Proprium hominis.

APS Singulariter nominatiuo lelaps, genitiuo lelapis, datiuo lelapi, accuſatiuo lelapem, uel lelapa, vocatiuo o lelaps, ablatiuo a lelape. Et pluraliter nominatiuo hi lelapes, genitiuo lelapum, datiuo lelapibus, accuſatiuo lelapes vel lelapas.

Nome di un cane apud Ouidium.

Eps Singulariter nominatiuo hic & hæc municeps, genitiuo municipis, datiuo municipi &c. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ municipes, genitiuo municipum &c. *Il cittadino.*

Ips Singulariter nominatiuo hæc ſtips, genitiuo ſtipis, datiuo ſtipi, accuſatiuo ſtipem &c. Et pluraliter nominatiuo hæ ſtipes, genitiuo ſtipium. *Il danaro.*

Ops Singulariter nominatiuo hic Cyclops, genitiuo cyclopis, datiuo cyclopi, accuſatiuo cyclopem, vel cyclopa &c. Et pluraliter nominatiuo hi Cyclopes, genitiuo cyclopum, datiuo cyclopibus, accuſatiuo cyclopes, uel cyclopas. *Il gigante mo noculo.*

Irps Stirps, ſtirpis &c. Stirpes, ſtirpium, ſtirpibus &c. Progenies. Pro trunco, incerti generis eſt.

Ars Singulariter nominatiuo hæc pars, genitiuo partis, datiuo parti, accuſatiuo partem, uocatiuo o pars, ablatiuo a parte. Et pluraliter nominatiuo hæ partes, geniuo partium, datiuo partibus &c. *La parte.*

Ers Singulariter nominatiuo hic & hæc & hoc ſolers, genitiuo ſolertis &c. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ ſolertes, & hæc ſolertia, genitiuo ſolertium. *L'ingenioſo.*

Ors Singulariter nominatiuo hic & hæc & hoc cōcors, genitiuo concordis, datino concordi, accuſatiuo cōcordē & concors, uocatiuo o concors; ablatiuo a concorde, uel concordi. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ concordes & hæc concordia, genitiuo concordium &c. *Il concordante.*

Ax Singulariter nominatiuo hic thorax, genitiuo thoracis, datiuo thoraci, accuſatiuo thoracem vel thoraca, uocatiuo o thorax, ablatiuo à thorace. Et pluralitar nominatiuo hi thoraces, genitiuo thoracum, datiuo thoracibus, accuſatiuo thoraces, uel thoracas &c *Il petto & la coraza.*

Ex Singulariter nominatiuo hic ueruex; genitiuo ueruecis. Et pluraliter nominatiuo hi verueces, genitiuo uerueců &c. *Il monton caſtrado.*

Singulariter noīatiuo hic apex, genitiuo apicis, datiuo apici, accuſatiuo apicē &c. Et pluraliter noīatiuo hi apices, genitiuo apicū, datiuo apicibus &c. *La ſommità di qualche coſa.*

Ix Singulariter nominatiuo hic fornix, genitiuo fornicis, datiuo fornici &c. Et pluraliter nominatiuo hi fornices, genitiuo fornicum, datiuo fornicibus &c. *L'arco della porta della volta.*

Ox Singulariter nominatiuo hæc uox, genitiuo uocis, datiuo uoci, &c. Et pluraliter nominatiuo hæ uoces, genitiuo uocum &c. *La uoce.*

Vx Singu. nominatiuo hęc nux, genitiuo nucis, datiuo nuci &c. Et pluraliter nominatiuo hæ nuces, genitiuo nucũ &c. *Tutti i frutti che hanno le ſcorze dure.*

Alx Singulariter nominatiuo hæc falx, genitiuo falcis &c. Et pluraliter nominatiuo hæ falces, genitiuo falcium &c. *La falce.*

Anx Singulariter nominatiuo hæc lanx, genitiuo lancis &c. Et pluraliter nominatiuo hæ lances, genitiuo lancium &c. *Il cadino.*

Hæc phalanx, phalangis, uel phalangos. *Vna compagnia di gente d'arme.*

Inx Singulariter nominatiuo hæc ſphinx, genitiuo ſphingis, vel ſphingos, datiuo ſphingi, accuſatiuo ſphingē uel ſphinga &c. Et pluraliter nominatiuo hæ ſphinges, genitiuo ſphingum, datiuo ſphingibus, accuſatiuo ſphinges, uel ſphingas. Eſt quoddam monſtrum.

Vnx Singulariter nominatiuo hic quicunx, genitiuo quicuncis &c. Et pluraliter nominatiuo hi quicunces, genitiuo quicuncium &c. *Il peſo di onze cinque.*

Iux Singulariter nominatiuo hic & hæc coniux, genitiuo coniugis &c. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ coniuges, genitiuo coniugum &c. *Il marito, & la moglie.*

Arx Singulariter nominatiuo hæc arx, genitiuo arcis &c. Et pluraliter nominatiuo hæ arces, uel arceis &c. *La Rocca.*

Erx Singulariter nominatiuo hæc merx, genitiuo mercis &c. Et pluraliter nominatiuo hæ merces, genitiuo mercium &c. *La mercantia.*

ADIE-

ADIECTIVORVM INFLEXVS.

ADiectiua nomina aut ſunt primę & ſecundæ declinationis: aut ſunt tertiæ, quia per quartam & quintam nullũ adiectiuum declinatur. Quæ ſunt primæ & ſecundæ declinationis, declinantur per tres diuerſas voces abſque notis generum, & primam poſitionem mittunt, in vs, vel in er. vt,

Singulariter nominatiuo bonus bona bonum, genitiuo boni bonæ boni, datiuo bono bonæ bono, accuſatiuo bonum bonam bonum, vocatiuo o bone bona bonum, ablatiuo a bono bona bono. Et pluraliter nominatiuo boni bonæ bona, genitiuo bonorum bonarum bonorum, datiuo bonis, accuſatiuo bonos bonas bona, vocatiuo o boni bonæ bona, ablatiuo a bonis.

Singulariter nominatiuo tener tenera tenerum, genitiuo teneri teneræ teneri, datiuo tenero teneræ tenero, accuſatiuo tenerum tenerã tenerum, vocatiuo o tener tenera tenerũm, ablatiuo a tenero tenera tenero. Et pluraliter nominatiuo teneri teneræ tenera, genitiuo tenerorum tenerarum tenerorũ, datiuo teneris, accuſatiuo teneros, teneras tenera, vocatiuo o teneri teneræ tenera, ablatiuo a teneris.

Adiectiua tertiæ declinationis tribus modis variãtur. Primo per tres notas generis, & vnam terminationem, vt hic & hæc & hoc prudens. Secundo per tres notas generis & duas deſinentias, vt hic & hæc breuis & hoc breue. Tertio per tres notas generis, & tres poſitiones, ut hic acer, hæc acris, & hoc acre.

Singulariter nominatiuo hic & hæc & hoc elegans, genitiuo elegantis, datiuo eleganti, accuſatiuo elegantē & elegãs, uocatiuo o elegans, ablatiuo ab elegante, uel eleganti. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ elegantes & hæc elegantia, genitiuo elegantium, vel elegantum, datiuo elegantibus, accuſatiuo elegantes, uel eleganteis & elegantia, uocatiuo o elegantes & elegantia, ablatiuo ab elegantibus. *L'elegante.*

Singulariter nominatiuo hic & hæc & hoc felix, genitiuo felicis, datiuo felici, accuſatiuo felicē & felix, uocatiuo o felix, ablatiuo a felice uel felici. Et pluraliter nominatiuo hi &

hæ felices & hæc felicia, genetiuo felicium, datiuo felicibus, accuſatiuo felices, uel feliceis & felicia, vocatiuo o felices & felicia, ablatiuo a felicibus. *Il fortunato, & il ricco.*

Singulariter nominatiuo hic & hæc breuis & hoc breue, genitiuo breuis, datiuo breui, accuſatiuo breuẽ & breue, uocatiuo o breuis & breue, ablatiuo a breui. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ breues & hæc breuia, genitiuo breuium, datiuo breuibus, accuſatiuo breues, uel breueis & breuia, uocatiuo o breues, & breuia, ablatiuo a breuibus. *Il breue.*

Singulariter nominatiuo hic & hæc breuior & hoc breuius, genitiuo breuioris, datiuo breuiori, accuſatiuo breuiorem, & breuius, uocatiuo o breuior & breuius, ablatiuo a breuiore & breuiori. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ breuiores & hæc breuiora, genitiuo breuiorum, datiuo breuioribus, accuſatiuo breuiores, & breuiora, vocatiuo o breuiores & breuiora, ablatiuo a breuioribus.

Breuis breuior breuiſsimus, breuis breuior breuiſsima, breue breuius breuiſsimum, breuis breuioris breuiſsimi &c. Bonus melior optimus, bona melior optima, bonũ melius optimum. Et in aduerbio, benè melius optimè. Malus peior peſsimus, mala peior peſsima, malum peius peſsimum. Et in aduerbio, malè peius peſsimè. Pius, magis pius, piiſsimus; pia, magis pia, piiſsima: pium, magis pium, piiſsimum. Et in aduerbio, pie, magis pie, piiſsimè.

Singulariter nominatiuo hic acer, hæc acris, & hoc acre, genitiuo acris, datiuo acri, accuſatiuo acrẽ, & acre, uocatiuo o acer, acris, & acre, ablatiuo ab acri. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ acres, & hæc acria, genitiuo acrium, datiuo acribus, accuſatiuo acres, vel acreis & acria, vocatiuo o acres, & acria, ablatiuo ab acribus. *Il forte & valente.*

QVARTA DECLINATIO NOMINIS.

QVarta declinatio nominis duos ſingularis nominatiui poſitus habet: us, & v.

Vs Singulariter nominatiuo hic ſenſus, genitiuo ſenſus, da-

tiuo

tiuo ſenſui, accuſatiuo ſenſum, vocatiuo o ſenſus, ablatiuo a ſenſu. Et pluraliter nominatiuo hi ſenſus, genitiuo ſenſuum, datiuo ſenſibus, accuſatiuo o ſenſus, uocatiuo o ſenſus, ablatiuo a ſenſibus. *Il ſentire.*

Singulariter nominatiuo hic artus, genitiuo artus, datiuo artui, accuſatiuo artum &c. Et pluraliter nominatiuo hi artus, genitiuo artuum, datiuo artubus, accuſatiuo artus, uocatiuo o artus, ablatiuo ab artubus. Ideſt membrum.

Singulariter nōiatiuo hic IESVS, genitiuo IESV, datiuo IESV, accuſatiuo IESVM, uocatiuo ō IESV, ablati. ab IESV.

V Singulariter nominatiuo hoc cornu, genitiuo cornu, datiuo cornu, accuſatiuo cornu. uocatiuo o cornu, ablatiuo a cornu. Et pluraliter nominatiuo hæc cornua, genitiuo cornuum, datiuo cornibus, accuſatiuo cornua, vocatiuo o cornua, ablatiuo a cornibus. *Il corno.*

QVINTA DECLINATIO.

QVinta declinatio unius tantum exitus eſt in nominatiuo ſingulari, quæ eſt Es.

Es Singulariter nominatiuo hæc acies, genitiuo aciei, datiuo aciei, accuſatiuo aciem, uocatiuo o acies, ablatiuo ab acie. Et pluraliter nominatiuo hæ acies, genitiuo acierum, datiuo aciebus, accuſatiuo acies, uocatiuo o acies, ablatiuo ab aciebus. *Il fil della falce, o la ſquadra di homini armati, o il lume dell'occhio.*

Singulariter nominatiuo hic uel hæc dies, genitiuo diei, datiuo diei, accuſatiuo diem, uocatiuo o dies, ablatiuo a die. Et pluraliter nominatiuo hi dies, genitiuo dierũ, datiuo diebus, accuſatiuo dies, uocatiuo o dies, ablatiuo a diebus. Sic, hic meridies.

DECLINATVS ALIQVOT nominum irregularium.

Singulariter nominatiuo hæc domus, genitiuo domi uel domus, datiuo domui, accuſatiuo domũ, uocatiuo o domus, abla-

ablatiuo a domo. Et pluraliter nominatiuo hæ domus, genituo domorum, vel domuum, datiuo domibus, accuſatiuo domos, vocatiuo o domus, ablatiuo a domibus.

Singulariter nominatiuo hæc ficus, genitiuo fici vel ficus &c. Pro arbore. Pro fructu, hæc ficus, fici, vel ficus. Pro morbo autem hic ficus, fici, fico &c.

Pluraliter nominatiuo duo duæ duo, genitiuo duorū vel duum, duarum, duorū vel duum, datiuo duobus duabus duobus, accuſatiuo duos, vel duo, vocatiuo o duo duæ duo, ablatiuo a duobus duabus duobus. Sic ambo: ſed ſine ſyncopa in genitiuo.

Pluraliter nominatiuo hi & hæ tres & hæc tria, genitiuo trium, datiuo tribus, accuſatiuo tres & tria, vocatiuo o tres & tria, ablatiuo a tribus.

Pluraliter nominatiuo hi & hæ & hæc quatuor, genitiuo quatuor, datiuo quatuor &c. aptotum eſt. Item a quatuor vſque ad centum numeralia omnia, omnis generis ſunt, & pluralis numeri, & indeclinabilia.

Singulariter nominatiuo hoc plus, genitiuo pluris, datiuo caret, accuſatiuo plus, vocatiuo o plus, ablatiuo a pluri. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ plures & hæc plura, vel pluria, genitiuo plurium, datiuo pluribus, accuſatiuo plures, vel pluries & plura vel pluria, vocatiuo o plures & plura vel pluria ablatiuo a pluribus.

PRIMA INFLEXIO pronominis.

PRimæ inflexionis, tria tantum ſunt pronomina, ego, tu, ſui.

Singulariter nominatiuo ego, genitiuo mei, uel mis, datiuo mihi, accuſatiuo me, ablatiuo a me. Et pluraliter nominatiuo nos, genitiuo noſtrum, uel noſtri, datiuo nobis, accuſatiuo nos, uocatiuo o nos, ablatiuo a nobis.

Singulariter nominatiuo tu, genitiuo tui uel tis, datiuo tibi, accuſatiuo te, uocatiuo tu, ablatiuo a te. Et pluraliter nomi-

nominatiuo vos, genitiuo veſtrū vel veſtri, datiuo uobis, accuſatiuo uos, uocatiuo o uos, ablatiuo a uobis.

Singulariter genitiuo ſui, uel ſis, datiuo ſibi, accuſatiuo ſe, ablatiuo a ſe. Et pluraliter ſimiliter.

SECVNDA PRONOMInis uariatio.

SEcundæ declinationis quinque ſunt pronomina: ille, ipſe, iſte, hic, & is.

Singulariter nominatiuo ille illa illud, genitiuo illius, datiuo illi, accuſatiuo illum illam illud, ablatiuo ab illo illa illo. Et pluraliter nominatiuo illi illæ illa, genitiuo illorum illarum illorum, datiuo illis, accuſatiuo illos illas illa, ablatiuo ab illis.

Singulariter nominatiuo ipſe ipſa ipſum, genitiuo ipſius, datiuo ipſi, accuſatiuo ipſum ipſam ipſum, ablatiuo ab ipſo ipſa ipſo. Et pluraliter nominatiuo ipſi ipſæ ipſa, genitiuo ipſorum ipſarum ipſorum, datiuo ipſis, accuſatiuo ipſos ipſas ipſa, ablatiuo ab ipſis.

Singulariter nominatiuo iſte iſta iſtud, genitiuo iſtius, datiuo iſti, accuſatiuo iſtum iſtam iſtud, ablatiuo ab iſto iſta iſto. Et pluraliter nominatiuo iſti iſtæ iſta, genitiuo iſtorum iſtarum iſtorum, datiuo iſtis, accuſatiuo iſtos iſtas iſta, ablatiuo ab iſtis.

Singulariter nominatiuo hic hæc hoc, genitiuo huius, datiuo huic, accuſatiuo hunc hanc hoc, ablatiuo ab hoc ab hac ab hoc. Et pluraliter nominatiuo hi hæ hæc, genitiuo horum harum horum, datiuo his, accuſatiuo hos has hæc, ablatiuo ab his.

Singulariter nominatiuo is ea id. genitiuo eius, datiuo ei, accuſatiuo eum eā id, ablatiuo ab eo ea eo. Et pluraliter noīatiuo ei uel ij, eæ ea, genitiuo eorum earum eorum, datiuo eis uel iis, accuſatiuo eos eas ea, ablatiuo ab eis uel iis.

Nomina per ſecundam declinationem pronominis, inclinata ſunt, unus, ullus, uter, nullus, ſolus, alter, totus, alius, & quis cum compoſitis.

Digitized by Google

Singulariter nominatiuo unus una unũ, genitiuo vnius, datiuo vni,accuſatiuo vnũ vnam vnum ; uocatiuo o vne vna unum , ablatiuo ab vno una vno . Et pluraliter nominatiuo uni u næ una ,genitiuo vnorum vnarum vnorum,datiuo u-nis, accuſatiuo unos vnas una,uocatiuo o vni vnæ una,ablatiuo ab vnis .

Sic totus, ſolus,& reliqua, niſi quòd uocatiuo carent.

Et alius, quod aliud habet in neutro genere , & alii in datiuo .

Singulariter nominatiuo quis vel qui, quæ uel qua, quod vel quid, genitiuo cuius, datiuo cui, accuſatiuo quem quam quod,vel quid,ablatiuo a quo vel a qui,a qua vel a qui,a quo vel a qui .Et pluraliter nominatiuo qui,quæ.quæ uel quã,genitiuo quorum quarum quorũ , datiuo queis vel quibus, accuſatiuo quos quas quæ, uel, qua. ablatiuo a queis , uel a quibus.

Compoſita a quis, & qui.

Singulariter nominatiuo ecquis ecqua ecquod,vel ecquid, genitiuo eccuius, datiuo eccui , accuſatiuo ecquem ecquam ecquod,vel ecquid,ablatiuo ab ecquo ecqua ecquo. Et pluraliter nominatiuo ecqui ecquæ ecqua &c.

Sic nequis,aliquis,nunquis, ſiquis.

Quiſquis,quicquid,a quoquo quaqua, tantum habet.

Singulariter nominatiuo quiſnam, quænam, quodnã uel quidnã,genitiuo cuiuſnam, datiuo cuinam, accuſatiuo quẽnam, quodnam, vel quidnam &c.

Sic quiſque,ſed ſine genitiuo plurali: quiſpiam,quiſputas, & quiſnam.

Singulariter nominatiuo quidam, quædam,quoddam,vel quiddam,genitiuo cuiuſdam, datiuo cuidam &c. Sic quiuis quicunque, quilibet.

TERTIA PRONOMINIS. inclinatio .

TErtiæ inclinationis ſunt alia quinque pronomina, meus, tuus,ſuus, noſter,& veſter.

Singu-

Singulariter nominatiuo meus mea meum, genitiuo mei meæ mei, datiuo meo meæ meo, accuſatiuo meum meam meum, uocatiuo o mi mea meum, ablatiuo a meo mea meo. Et pluraliter nominatiuo mei meæ mea, genitiuo meorum mearum meorum, datiuo meis, accuſatiuo meos meas mea, vocatiuo o mei meę mea, ablatiuo a meis. Sic tuus, ſuus, ſed ſine uocatiuo.

Singulariter nominatiuo noſter noſtra noſtrum, genitiuo noſtri noſtræ noſtri, datiuo noſtro noſtræ noſtro, accuſatiuo noſtrum noſtram noſtrum, uocatiuo o noſter noſtra noſtrum, ablatiuo a noſtro noſtra noſtro. Et pluraliter nominatiuo noſtri noſtræ noſtra, genitiuo noſtrorum noſtrarum noſtrorum, datiuo noſtris, accuſatiuo noſtros noſtras noſtra: uocatiuo o noſtri noſtræ noſtra, ablatiuo a noſtris. Sic ueſter: ſed ſine uocatiuo.

QVARTAE DECLINATIONIS.

QVartæ declinationis ſunt duo: noſtras, & veſtras.

Singulariter nominatiuo hic & hæc & hoc noſtras, genitiuo noſtratis, datiuo noſtrati, accuſatiuo noſtratem & noſtras, uocatiuo o noſtras, ablatiuo a noſtrate uel noſtrati. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ noſtrates, & hæc noſtratia, genitiuo noſtratium uel noſtratum, datiuo noſtratibus, accuſatiuo noſtrates & noſtratia, uocatiuo o noſtrates & noſtratia, ablatiuo a noſtratibus. Sic ueſtras, ſed ſine uocatiuo.

DE PARTICIPIIS.

PArticipia modo nominum declinantur: aut per primam & ſecundam ſimul, aut per tertiam declinationem ſolum.

Primæ & ſecundæ declinationis ſimul.

Singulariter nominatiuo amatus amata amatum, genitiuo amati amatæ amati, datiuo amato amatæ amato, accu-

ſatiuo amatum amatam amatum, vocatiuo o amate amata amatum, ablatiuo ab amato amata amato. Et pluraliter nominatiuo amati amatæ amata, genitiuo amatorum amatarum amatorum, datiuo amatis, accuſatiuo amatos, amatas, amata, uocatiuo o amati amatæ amata, ablatiuo ab amatis.

Sic doctus, uiſus, lectus, auditus, percuſſus, pexus, ſecurus, & huiuſmodi.

Singulariter nominatiuo amaturus amatura amaturum, genitiuo amaturi amaturæ amaturi, datiuo amaturo amaturæ amaturo, accuſatiuo amaturum amaturam amaturum, uocatiuo o amature amatura amaturum, ablatiuo ab amaturo amatura amaturo. Et pluraliter nominatiuo amaturi amaturæ amatura, genitiuo amaturorum amaturarum amaturorum, datiuo amaturis, accuſatiuo amaturos amaturas amatura, uocatiuo o amaturi amaturæ amatura, ablatiuo ab amaturis.

Sic docturus, uiſurus, lecturus, auditurus, & ſimilia.

Singulariter nominatiuo amandus amanda amandum, genitiuo amandi amandæ amandi, datiuo amando amandæ amando, accuſatiuo amandum amandam amandum &c. Et pluraliter nominatiuo amandi amandæ amanda, gen. amandorum amandarum amandorum, datiuo amandis &c. Sic docendus, legendus, audiendus &c.

Tertiæ declinationis.

Singulariter nominatiuo hic & hæc & hoc amans, genitiuo amantis, datiuo amanti, accuſatiuo amantem, & amans, uocatiuo o amans, ablatiuo ab amante, uel amanti. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ amantes, & hæc amantia, genitiuo amantium, uel amantum, datiuo amantibus, accuſatiuo amantes, uel amanteis, & amantia, uocatiuo o amantes & amantia, ablatiuo ab amantibus.

Sic docens, legens, audiens &c. talia.

At iens & quiens, cum compoſitis faciunt euntis: præter ambiens ambientis, & ſuperbiens ſuperbientis.

Singulariter nominatiuo hic, & hæc, & hoc iens, genitiuo euntis,

euntis, datiuo eunti, accuſatiuo euntem, & iens, uocatiuo o iens, ablatiuo ab eunte, uel eunti. Et pluraliter nominatiuo hi, & hæ euntes, & hæc euntia, genitiuo euntiũ, uel euntum, datiuo euntibus, accuſatiuo euntes, uel eunteis, & euntia, uocatiuo o euntes, & euntia, ablatiuo ab euntibus.

VERBORVM CONIVGATVS.

VErbum declinatur per modos, tempora, numeros, & perſonas.

Modi uerborum ſunt quinq;: Indicatiuus, Imperatiuus, Optatiuus, Subiunctiuus, Infinitiuus.

Tempora quinq;: præſens, præteritum imperfectum, præteritum perfectum, præteritum pluſquam perfectum, & futurum. Numeri duo, &c.

Perſonæ tres: prima, ſecũda, tertia, tam in ſingulari, quàm in plurali.

Verbum ſubſtantiuum, Sum.

INdicatiuo modo, tempore præſenti, ſingulariter ſum *io ſon.* tu es, *tu ſei.* Ille eſt *quello è.* Et pluraliter Sumus, *noi ſiamo.* Eſtis *uoi ſete.* Sunt *quelli ſono.* Præterito imperfecto, ſingulariter, Eram, *io era*, eras, *tu eri*, erat, *quello era.* Et pluraliter Eramus, *noi erauamo*, eratis, *uoi erauate.* erãt, *quelli erano.* Præterito perfetto, ſingulariter. Fui, *io fui, & ſon ſtato.* fuiſti, *tu foſſi, & ſei ſtato.* fuit, *quello fu, & è ſtato.* Et pluraliter, Fuimus, *noi fummo, & ſiamo ſtati.* fuiſtis, *uoi fuſti, & ſiete ſtati.* fuerũt, vel fuere *quelli furono, & ſono ſtati.* Præterito pluſquã perfecto, ſingulariter fueram, *io era ſtato.* fueras, *tu eri ſtato.* fuerat, *quello era ſtato.* Et pluraliter, Fueramus, *noi erauamo ſtati.* fueratis, *uoi erauate ſtati.* fuerãt, *quelli erano ſtati.* Futuro ſingulariter ero, *io ſarò.* eris, *tu ſerai.* erit, *quello ſarà, & ſia.* Et pluraliter erimus, *noi ſaremo.* eritis, *uoi ſarete.* erunt, *quelli ſaranno, & ſiano.*

Imperatiuo modo, tẽpore præſenti, ſingulariter, Sis, vel es, *ſii ſie, & ſia tu.* ſit, *ſia quello.* Et pluraliter, Simus, *ſiamo.* eſtote,

ſiate uoi.ſint,*ſiano quelli*.Futuro eſto tu. *ſarai tu*.eſto ille, *ſarà quello*.Et pluraliter ſimus, *ſaremo noi*. eſtote, *ſarete uoi*. ſunto vel ſuntote, *ſaranno quelli*.

Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, ſingulariter vtinã eſſem,*Dio uoleſſe che io foſſi*.eſſes,*tu foſſi*. eſſet, *quello foſſe*. Et pluraliter utinam eſſemus, *Dio uoleſſe che noi foſſimo*.eſſetis,*uoi foſte*.eſſent,*quelli foſſero*. Præterito perfecto,& pluſquam perfecto ſingulariter,vtinam fuiſſem, *Dio uoleſſe che io foſſi ſtato*.fuiſſes,*tu foſſi ſtato*.fuiſſet, *quello foſſe ſtato*. Et pluraliter vtinam fuiſſemus,*Dio uoleſſe che noi foſſimo ſtati*. fuiſſetis,*uoi foſte ſtati* fuiſſent.*quelli foſſero ſtati* Futuro ſingulariter,utinam ſim,*Dio uoglia che io ſia*.ſis,*tu ſia*.ſit, *quello ſia*. Et pluraliter vtinam ſimus ; *Dio uoglia che noi ſiamo*.ſitis, *uoi ſiate* . ſint, *quelli ſiano*.

Subiunctiuo modo,tempore præſenti, ſingulariter cũ ſim, *conciofia coſa che io ſia*.ſis,*tu ſia*.ſit *quello ſia* Et, pluraliter cũ ſimus,*concioſia coſa che noi ſiamo* .ſitis,*uoi ſiati* . ſint, *quelli ſiano*. Præterito ĩperfecto, ſingulariter cũ eſſem, *concioſia coſa che io foſſi,& ſarei*.eſſes,*tu foſſi,& ſareſti*. eſſet, *quello foſſe, & ſarebbe*. Et pluraliter cũ eſſemus,*concioſia coſa che noi foſſimo,& ſaremo*. eſſetis.*uo foſti,& ſareſte*.eſſent,*quelli foſſero,& ſarebbono*.Præterito perfecto,ſingulariter cũ fuerim,*concioſia coſa che io ſia ſtato*.fueris,*tu ſia ſtato*.fuerit,*quello ſia ſtato*.Et pluraliter cum fuerimus,*concioſia che noi ſiamo ſtati*.fueritis,*uoi ſiete ſtati*.fuerint, *quelli ſiano ſtati*.Præterito pluſquam perfecto ſingulariter, cũ fuiſſem,*concioſia coſa che io foſſi,& ſarei ſtato*, fuiſſes,*tu foſſi,& ſareſti ſtato*.fuiſſet.*quello,foſſe,& ſarebbe ſtato*. Et plurariter cũ fuiſſemus,*concioſia coſa che noi,foſſimo & ſaremmo ſtati*. fuiſſetis.*uoi foſte,& ſareſte ſtati*.fuiſſent,*quelli foſſero,& ſarebbono ſtati*.Futuro ſingulariter cũ fuero, *concioſia coſa che io ſarò ſtato*. fueris,*tu ſarai ſtato*.fuerit, *quello ſarà ſtato* . Et pluraliter cum fuerimus,*concioſia coſa che noi ſaremo ſtati*. fueritis, *uoi ſarete ſtati*.fuerint,*quelli faranno ſtati*.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto,eſſe,*eſſere*. Præterito perfecto, & pluſquã perfecto fuiſſe *eſſere ſtato*.Futuro caret.Sed loco eius vtimur infinitiuo fore: vt cum dicimus,Scio illum amicum meum fore,ſeu. Scio illũ

amicum

amicum mihi futurum. *Io ſo che quello ſarà mio amico.* Gerundijs & ſupinis caret.

Duo participia trahuntur ab hoc uerbo ſubſtantiuo, alterum præſentis, & preteriti imperfecti in ns, quod eſt ens, ideſt qui eſt, nel qui erat, *quello che e, o che era*, alterum futurum in rus, quod eſt futurus, ideſt qui erit, *cioè quello che ſarà.*

Quatuor coniugationum indices.

Actiuorum.	*Paſſiuorum.*
Primæ o, as, abo, a, are.	Primæ or, aris, vel are, ari.
Secundæ eo, es, ebo, e, ere.	Secundæ eor, eris, vel ere, eri.
Tertiæ o, is, e, ere.	Tertiæ or, eris, uel ere, i.
Quartæ io, is, i, ire.	Quartæ ior, iris, uel ire, iri.

ACTIVA PRIMAE coniugationis.

INdicatiuo modo, tempore præſenti, ſingulariter amo. *io amo.* amas, *tu ami.* amat, *quello ama.* Et pluraliter amamus, *noi amiamo.* amatis, *uoi amate.* amant. *quelli amano*. Præterito imperfecto *Tempo paſſato, ma non tutto compito.* ſingulariter amabã, *io amaua.* amabas, *tu amaui.* amabat, *quello amaua.* Et pluraliter amabam⁹, *noi amauamo.* amabatis, *uoi amauate.* amabãt, *quelli amauano.* Preterito pfecto. *Tempo paſſato, & compito*, ſingulariter amaui, *io amai, & ho amato.* amauiſti, *tu amaſti, & hai amato.* amauit, *quello amò, & ha amato.* Et pluraliter amauimus, *noi amãmo, & habbiamo amato.* amauiſtis, *uoi amaſte, & hauete amato.* amauerũt, vel amauere, *quelli amarono, & hanno amato.* Prete rito pluſquã perfecto. *Tempo paſſato, & già molte compito.* ſingulariter amauerã, *io haueua amato.* amaueras, *tu haueui amato.* amauerat, *quello haueua amato.* Et pluraliter amaueramus, *noi haueuamo amato.* amaueratis, *uoi haueuate amato.* amauerant, *quelli haueuano amato.* Futuro, *Tempo che ha a uenire* ſingulariter amabo, *io amerò.* amabis, *tu amerai.* amabit, *quello amerà.*

Et

Et pluraliter amabimus,*noi ameremo*.amabitis, *uoi amerete*.amabunt,*quelli ameranno*.

Imperatiuo modo, tempore præſenti ad ſecundam & tertiam perſonã.*Parlando alla ſecunda perſona*.Singulariter ama, *ama tu*.amet,*ami quello*. Et pluraliter amemus, *amiamo noi*.amate,*amate uoi*.ament,*amino quelli*.Futuro,ſingulariter,amato tu vel ille,*amerai tu*.*Nel tempo che ha a uenire,o quello*.Et pluraliter,amemus,*ameremo noi* amatote, *amerete uoi*.amanto, *amaranno quelli*.

Optatiuo modo, tẽpore præſenti,& præterito imperfecto ſingulariter,utinam amarẽ,*Dio uoleſſe,che io amaſſi*.amares,*tu amaſſi*,amaret,*quello amaſſe*. Et pluraliter vtinam amaremus. *Dio uoleſſe,che noi amaſſimo*.amaretis,*uoi amaſte*.amarẽt,*quelli amaſſero*. Præterito perfecto,& pluſquam perfecto,ſingulariter vtinam amauiſſem,*Dio uoleſſe,che io haueſſi amato*.amauiſſes,*tu haueſſi amato*.amauiſſet,*quello haueſſe amato*. Et pluraliter vtinam amauiſſemus.*Dio uoleſſe,che noi haueſſimo amato*.amauiſſetis,*uoi haueſte amato*.amauiſſent,*quelli haueſſero amato*. Futuro ſingulariter vtinam amem, *Dio uoglia che io ami*.ames, *tu ami*. amet,*quello ami*. Et pluraliter vtinam amemus: *Dio uoglia,che noi amiamo*.ametis,*uoi amate*.amẽt,*quelli amino*.

Subiunctiuo modo,tempore præſenti,ſingulariter cum amen,*conciofia coſa,che io ami*.ames,*tu ami*,.amet,*quello ami*.Et pluraliter cum amemus,*conciofia coſa che noi amiamo*.ametis, *uoi amiate*.ament,*quelli amino*.Preterito imperfecto ſingulariter cũ amarem,*conciofia coſa,che io amaſſi,& amerei*.amares,*tu amaſſi,& amareſti*.amaret,*quello amaſſe,& amerebbe*.Et pluraliter cũ amaremus,*conciofia coſa,che noi amaſſimo,& amaremmo*.amaretis,*uoi amaſte,& amareſte* amarent,*quelli amaſſero,& amarebbono*.Præterito perfecto cũ amauerim, *conciofia coſa,che io habbia amato*.amaueris *tu habbi amato*.amauerit,*quello habbia amato*.Et pluraliter cum amauerimus,*conciofia coſa,che noi habbiamo amato*.amaueritis,*uoi habbiate amato*.amauerit,*quelli habbiano amato*. Præterito pluſquã perfecto,ſingulariter cũ amauiſsẽ,*conciofia coſa,che io haueſſi,& hauerei amato*.amauiſſes,*tu haueſſi,& hauereſti amato*.amauiſſet,*quello haueſſe,& hauerebbe amato*.Et pluraliter cũ amauiſſemus, *conciofia coſa che noi*

noi haueſſimo,& hauremo amato. amauiſſetis, *uoi haueſte,& haureſte amato.* amauiſſent, *quelli haueſſero,& haurebbono amato.* Futuro ſingulariter, cũ amauero, *conciosia coſa, che io hauerò amato.* amaueris, *tu hauerai amato.* amauerit, *quello hauerà amato.* Et pluraliter cum amauerimus, *concioſia coſa, che noi haueremo amato.* amaueritis, *uoi hauerete amato.* amauerint, *quelli haueranno amato.*

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, ſine numeris, & perſonis, *Tempo preſente, & paſſato non già tutto compito ſenza numeri, & perſone.* amare, *amare.* Preterito ꝑfecto, & pluſquã perfecto, amauiſſe, *hauere amato.* Futuro, amatum ire uel amaturum eſſe, *hauere ad amare, ò eſſer per amare.*

Gerundia *gli gerundi.* amandi, amando, amandum, amãdi. *per amare.* ut gratia amandi deum, *per amare Iddio.* amando, *amando.* ut amando deum, lætus eſt homo, *lo homo amando Iddio, è allegro.* Virgilius. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. amandum, ut eo ad amandum, *i mene uò ad amare, ò per amare.*

Supina amatum, amatu. amatum, ad amare, ut eo lotum pedes, *me ne uò à lauare i piedi.* amatu, *da eſſere amato.* ut dignus amatu, *degno da eſſere amato.*

Participia amans, & amaturus. amans, amante, *che amaua.* amaturus, *che amerà.*

PASSIVA PRIMAE CONIVGATIONIS.

INdicatiuo modo, tempore præſenti, ſingulariter, amor, *io ſon amato.* amaris, uel amare, *tu ſei amato.* amatur, *quello è amato.* Et pluraliter amamur, *noi ſiamo amati.* amamini, *uoi ſete amati.* amãtur, *quelli ſono amati.* Preterito ĩperfecto, ſingulariter amabar, *io era amato.* amabaris, uel amabare, *tu eri amato.* amabatur, *quello era amato.* Et pluraliter, amabamur, *noi erauamo amati.* amabamini, *uoi erauate amati.* amabãtur, *quelli erano amati.* Præterito perfecto, ſingulariter, amatus ſum, uel fui, *io fui, & ſono ſtato amato.* Amatus es, uel fuiſti, *tu foſti, & ſei ſtato amato.* amatus eſt, uel fuit, *quello fu, & è ſtato amato.* Et plurali-

ter

..ti nos amati ſumus,uel fuimus,*noi ſummo,& ſiamo ſtati ama ti*.amati eſtis,vel fuiſtis,*voi foſte & ſiete ſtati amati*.ama ti sũt, fuerunt,vel fuere, *quelli furono & ſono ſtati amati*. Præterito pluſquam perfecto,ſingulariter amatus eram uel fuerã,*io era ſtato amato* amatus eras vel fueras,*tu eri ſtato amato*. amatus erat vel ſuerat,*quello era ſtato amato*.Et plu.amati eramus, vel fueramus, *noi erauamo ſtati amati*,amati eratis uel fueratis, *uoi erauati ſtati amati*.amati erant vel fuerant,*quelli erano ſtati amati*. Futuro ſingul.amabor, *io ſarò amato*.amaberis uel amabere,*tu ſarai amato*.amabitur,*quello ſarà amato*.Et pluraliter amabimur,*noi ſaremo amati*.amabimini,*voi ſarete amati*.amabuntur,*quelli ſaranno amati*.

Imperatiuo modo,tempore præſenti,ad ſecundã, & tertiã perſonã, ſingulariter amare, *ſia o ſie amato tu*,ametur, *ſia amato quello*.Et plu.amemur,*ſiamo amati noi*.amemini.*ſiate amati uoi*.amentur.*ſiano amati quelli*. Futuro ſingulariter amator tu uel ille, *ſarai amato tu o quello nel tempo che ha venire*, Et pluraliter amemur,*ſaremo amati noi*.amaminor,*ſarete amati voi* amantor, *ſaranno & ſiano amati quelli*.

Optatiuo modo tẽpore præſenti, & præterito imperfecto ſingul.vtinam amarer,*Dio voleſſe che io foſſi amato*. amareris, vel amarere,*tu foſſi amato*.amaretur,*quello foſſe amato*.Et plur. vtinam amaremur,*Dio uoleſſe che noi foſſimo amati*.amaremini,*voi foſte amati*. amarentur, *quelli foſſero amati*. Præterito perfecto, & pluſquam perfecto utinã amatus eſſem uel fuiſſem.*Dio voleſſe che io foſſe ſtato amato*.amatus eſſes uel fuiſſes, *tu foſſi ſtato amato*. amatus eſſet vel fuiſſet, *quello foſſe ſtato amato*.Et plu.utinam amati eſſemus uel fuiſſemus,*Dio uoleſſe che noi foſſimo ſtati amati*. amati eſſetis vel fuiſſetis, *voi foſte ſtati amati*. amati eſſent uel fuiſſent, *quelli foſſero ſtati amati*.Futuro ſingulariter utinã amer,*Dio uoglia che io ſia amato*. ameris uel amere, *tu ſii, ſie, o ſia amato*. amemur, *quello ſia amato*.Et pluraliter utinã amemur, *Dio uoglia che noi ſiamo amati*.amemini,*voi ſiate amati*.amentur, *quelli ſiano amati*.

Subiũctiuo mõ,tẽpore præſenti, ſingulariter cũ amer, *conciosia coſa che io ſia amato*.ameris uel amere,*tu ſia amato*.ametur,*quello ſia amato*.Et plu.cum amemur,*conciosia coſa che noi*

ſiamo

ſiamo amati.amemini,*voi ſiate amati*, amẽtur,*quelli ſiano amati*. Præterito imperfecto ſingulariter,cũ amarer, *conciosia coſa che io foſſi & ſareĩ amato*.amareris vel amarere,.*tu foſti & ſareſti amato*.amaretur,*quello foſſe & ſarebbe amato*. Et pluraliter cũ amaremur,*cõcioſia coſa che noi foſſimo & ſarẽmo amati* amaremini,*uoi foſte & ſareſte amati*.amarẽtur,*quelli foſſero & ſarebbono amati*. Præterito ꝑfecto ſingulariter, cũ amatus ſim vel fuerim,*concioſia coſa che io ſia ſtato amato*. amatus ſis vel fueris,*tu ſii ſtato amato*.amatus ſit vel fuerit,*quello ſia ſtato amato*. Et plu.cum amati ſimus vel fuerimus,*concioſia coſa che noi ſiamo ſtati amati*.amati ſitis vel fueritis,.*uoi ſiate ſtati amati*. amati ſint vel fuerint,.*quelli ſiano ſtati amati*. Præterito pluſquam perfecto, ſingulariter cum amatus eſſem vel fuiſſem, *concioſia coſa che io foſſi & ſarei ſtato amato*. amatus eſſes vel fuiſſes,*tu foſti & ſareſti ſtato amato*. amatus eſſet vel fuiſſet, *quello foſſe & ſarebbe ſtato amato*. Et plu.cũ amati eſſemus vel fuiſſemus,*concioſia coſa che noi foſſimo & ſaremmo ſtati amati*. amati eſſetis vel fuiſſetis,*voi foſte,& ſareſte ſtati amati*. amati eſſent vel fuiſſent,*quelli foſſero & ſarebbono ſtati amati*.Futuro ſing.cũ amatus ero vel fuero,*concioſia coſa che io ſarò ſtato amato*.amatus eris vel fueris,.*tu ſarai ſtato amato*. amatus erit vel fuerit,*quello ſarà ſtato amato*. Et plu.cum amati erimus, vel fuerimus,*concioſia coſa che noi ſaremo ſtati amati*. amati eritis vel fueritis,.*voi ſarete ſtati amati*.amati erunt vel fuerint,*quelli ſaranno ſtati amati*.

Infinitiuo modo tẽpore præſenti,& preterito imperfecto ſine numeris & perſonis.amari,*eſſere amato*. Præterito perfecto,& pluſquã perfecto amatũ eſſe vel fuiſſe, *eſſere ſtato amato*. Futuro amatũ iri, *hauere ad eſſere amato*. Spero Ioannẽ amatum iri a patre. *Io ſpero Giouanni hauer ad eſſer amato dal ſuo padre*.

Participia. amatus, *chi è amato, ò chi e ſtato amato*, amandus,*ad eſſere amato*.

ACTIVA SECVNDAE CONIVGATIONIS.

INdicatiuo modo, tempore præſenti,ſingulariter, doceo, *inſegno*, doces, docet. Et pluraliter docemus, docetis, docent.

docet. Præterito imperfecto, ſingulariter, docebam, docebas, docebat. Et pluraliter docebamus, docebatis, docebant. Præterito perfecto, ſingulariter docui, docuiſti, docuit. Et pluraliter docuimus, docuiſtis, docuerũt vel docuere. Præterito pluſquam perfecto, ſingulariter, docueram, docueras, docuerat. Et pluraliter, docueramus, docueratis, docuerant. Futuro, ſingulariter, docebo, docebis, docebit. Et pluraliter docebimus, docebitis, docebunt.

Imperatiuo modo, tempore pręſenti, ſingulariter, tu doce, ille doceat. Et pluraliter, doceamus, docete, doceant. Futuro, ſingulariter, tu doceto, ille doceto. Et pluraliter doceamus, docetote, docento.

Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, ſingulariter, utinã docerem, doceres, doceret. Et pluraliter, utinam doceremus, doceretis, docerent. Præterito perfecto, & pluſquam perfecto, ſingulariter, utinam docuiſſem, docuiſſes, docuiſſet. Et pluraliter, utinam docuiſſemus, docuiſſetis, docuiſſent. Futuro, ſingulariter utinam doceam, doceas, doceat. Et pluraliter, utinam doceamus, doceatis, doceant.

Subiunctiuo modo, tempore pręſenti ſingulariter, cum doceam, doceas, doceat. Et pluraliter, cum doceamus, doceatis, doceant. Præterito imperfecto, ſingulariter, cum docerẽ, doceres, doceret. Et pluraliter, cũ doceremus, doceretis, docerent. Præterito perfecto, ſingulariter, cum docuerim, docueris, docuerit. Et pluraliter, cum docuerimus, docueritis, docuerint. Præterito pluſquã perfecto, ſingulariter, cum docuiſſem, docuiſſes, docuiſſet. Et plurtliter, cum docuiſſemus, docuiſſetis, docuiſſent. Futuro, ſingulariter, cũ docuero, docueris, docuerit. Et pluraliter, cum docuerimus, docueritis, docuerint.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, docere. Præterito perfecto, & pluſquam perfecto, docuiſſe. Futuro, doctum ire, uel docturum eſſe.

Gerundia, docendi, docendo, docendum.
Supina, doctum, doctu.
Participia, docens, docturus.

PASSI-

PASSIVA.

INdicatiuo modo, tempore præſenti,ſingulariter,doceor, doceris uel docere,docetur. Et pluraliter docemur, docemini,docentur.Præterito imperfecto, ſingulariter docebar, docebaris uel docebare,docebatur.Et pluraliter docebamur,docebamini,docebantur. Præterito perfecto, ſingulariter doctus ſum uel fui,doctus es uel fuiſti, doctus eſt uel fuit.Et pluraliter docti ſumus uel fuimus, docti eſtis uel fuiſtis, docti ſunt,fuerunt uel fuere.Præterito pluſquam perfecto,ſingulariter doctus eram uel fueram, doctus eras uel fueras, doctus erat uel fuerat. Et pluraliter docti eramus uel fueramus,docti eratis uel fueratis, docti erant uel fuerant. Futuro ſingulariter, docebor,doceberis uel docebere, docebitur. Et pluraliter docebimur,docebimini,docebuntur.

Imperatiuo modo,tempore præſenti,ſingulariter tu doce re, ille doceatur. Et pluraliter doceamur, doceamini, doceantur.Futuro ſingulariter,docetor tu, docetor ille.Et pluraliter doceamur, doceaminor, docentor.

Optatiuo modo,tempore præſenti, & præterito imperfecto, ſingulariter utinam docerer, docereris uel docerere, doceretur. Et pluraliter utinam doceremur, doceremini,docerentur. Præterito perfecto,& pluſquam perfecto,ſingulariter utinam doctus eſſem uel fuiſſem, doctus eſſes uel fuiſſes,doctus eſſet vel fuiſſet. Et pluraliter utinam docti eſſemus vel fuiſſemus,docti eſſetis uel fuiſſetis, docti eſſent uel fuiſsent. Futuro ſingulariter, utinam docear, docearis uel doceare, doceatur. Et pluraliter utinam doceamur doceamini doceantur.

Subiunctiuo modo,tempore pręſenti,ſingulariter cum docear, docearis uel doceare,doceatur.Et pluraliter cum doceamur,doceamini,doceantur.Præterito imperfecto, ſingulariter cum docerer,docereris uel docerere, doceretur. Et pluraliter cum doceremur,doceremini,docerentur. Præterito perfecto ſingulariter,cum doctus ſim uel fuerim,doctus ſis uel fueris,doctus ſit uel fuerit.Et pluraliter cum docti ſimus uel fue-

 rimus,

rimus, docti ſitis, uel fueritis, docti ſint, uel fuerint. Præterito plusquam perfecto ſingulariter cū doctus eſſem, uel fuiſſem. doctus eſſes, uel fuiſſes, doctus eſſet, uel fuiſſet. Et pluraliter, cum docti eſſemus uel fuiſſemus, docti eſſetis uel fuiſſetis, docti eſſent uel fuiſſent. Futuro, ſingulariter cum doctus ero uel fuero, doctus eris uel fueris, doctus erit uel fuerit, Et pluraliter cum docti erimus uel fuerimus, docti eritis uel fueritis, docti erunt uel fuerint.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, doceri. Præterito perfecto, & pluſquam perfecto, doctum eſſe uel fuiſſe, Futuro, doctum iri, uel docendum eſſe.

Gerundia, docendi, docendo, docendum.
Supina, doctum, doctu.
Participia, doctus, & docendus.

ACTIVA TERTIAE CONIVGATIONIS.

INdicatiuo modo, tempore præſenti, ſingulariter lego, legis, legit. Et pluraliter legimus, legitis, legunt. Præterito imperfecto. ſingulariter legebam, legebas, legebat. Et pluraliter legebamus, legebatis, legebant. Præterito perfecto ſingulariter legi, legiſti, legit. Et pluraliter legimus, legiſtis, legerunt uel legere. Præterito pluſquam perfecto, ſingulariter legeram, legeras, legerat. Et pluraliter legeramus, legeratis, legerant. Futuro ſingulariter legam, leges, leget. Et pluraliter legemus, legetis, legent.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, ſingulariter tu lege, ille legat, Et pluraliter legamus, legite, legant. Futuro ſingulariter legito tu, legito ille. Et pluraliter legamus, legitote, legunto.

Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, ſingulariter utinam legerem, legeres, legeret. Et pluraliter utinam legeremus, legeretis, legerent. Præterito perfecto, & pluſquā perfecto, utinam legiſſem, legiſſes, legiſſet. Et pluraliter utinam legiſſemus, legiſſetis, legiſſent. Futuro, ſingulariter,

riter, utinam legam, legas, legat. Et pluraliter, utinam legamus, legatis, legant.

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, ſingulariter cum legam, legas, legat. Et pluraliter cum legamus, legatis, legant. Præterito imperfecto, ſingulariter cum legerem, legeres, legeret. Et pluraliter cum legeremus, legeretis, legerent. Præterito perfecto, ſingulariter cũ legerim, legeris, legerit. Et pluraliter cum legerimus, legeritis, legerint. Præterito pluſquã perfecto, ſingulariter cum legiſſem, legiſſes, legiſſet, Et pluraliter, cum legiſſemus, legiſſetis, legiſſent. Futuro ſingulariter cum legero, legeris, legerit. Et pluraliter cum legerimus, legeritis, legerint.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto. legere. Præterito perfecto, & pluſquam perfecto, legiſſe. Futuro, lectum ire, uel lecturum eſſe.

Gerundia, legendi, legendo, legendum.

Supina, lectum, lectu.

Participia, legens, & lecturus.

PASSIVA.

INndicatiuo modo, tempore præſenti, ſingulariter legor, legeris uel legere, legitur. Et pluraliter legimur, legimini, leguntur. Præterito imperfecto, ſingulariter legebar, legebaris uel legebare, legebatur. Et pluraliter legebamur, legebamini, legebantur. Præterito perfecto, ſingulariter lectus ſum uel fui, lectus es uel fuiſti, lectus eſt uel fuit. Et pluraliter lecti ſumus uel fuimus, lecti eſtis uel fuiſtis, lecti ſunt, fuerunt uel fuere. Præterito pluſquam perfecto, lectus eram uel fueram, lectus eras uel fueras, lectus erat uel fuerat. Et pluraliter lecti eramus uel fueramus, lecti eratis uel fueratis, lecti erant uel fuerant. Futuro ſingulariter legar, legeris uel legere, legetur. Et pluraliter legemur, legemini, legentur.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, ſingulariter tu legere, ille legatur. Et pluraliter legamur, legimini, legantur.

Futuro ſingulariter, tu legitor, ille legitor. Et pluraliter legamur, legiminor, leguntor.

Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, ſingulariter utinam legerer, legereris uel legerere, legeretur. Et pluraliter, utinam legeremur, legeremini, legerentur. Præterito perfecto, & pluſquam perfecto, ſingulariter vtinam lectus eſſem uel fuiſſem, lectus eſſes uel fuiſſes, lectus eſſet uel fuiſſet. Et pluraliter, utinam lecti eſſemus uel fuiſſemus, lecti eſſetis uel fuiſſetis, lecti eſſent uel fuiſſent. Futuro utinam, legar, legaris uel legare, legatur. Et pluraliter utinã legamur, legamini, legantur.

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, ſingulariter cum legar, legaris uel legare, legatur. Et pluraliter cum legamur, legamini, legantur. Præterito imperfecto, ſingulariter cum legerer, legereris uel legerere, legeretur. Et pluraliter cum legeremur, legeremini, legerentur. Præterito imperfecto, ſingulariter cum lectus ſim uel fuerim, lectus ſis uel fueris, lectus ſit uel fuerit. Et pluraliter cum lecti ſimus uel fuerimus, lecti ſitis uel fueritis, lecti ſint uel fuerint. Præterito pluſquam perfecto, ſingulariter cum lectus eſſem uel fuiſſem, lectus, eſſes uel fuiſſes, lectus eſſet uel fuiſſet, Et pluraliter, cum lecti eſſemus uel fuiſſemus, lecti eſſetis uel fuiſſetis, lecti eſsẽt uel fuiſſent. Futuro ſingulariter, cum lectus ero uel fuero, lectus eris uel fueris, lectus erit uel fuerit. Et pluraliter cũ lecti erimus vel fuerimus, lecti eritis uel fueritis, lecti erunt uel fuerint.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, legi. Præterito perfecto, & pluſquam perfecto, lectum eſſe uel fuiſſe. Futuro, lectum iri, uel legendum eſſe.

Gerundia, legendi, legendo, legendum.

Supina, lectum, lectu.

Participia, lectus, & legendus.

ACTIVA QVARTAE CONIVGATIONIS.

INdicatiuo modo, tempore præſenti ſingulariter audio, audis, audit. Et plural. audimus, auditis, audiunt. Præterito

imperfecto ſingulariter,audiebam,audiebas,audiebat.Et pluraliter audiebamus,audiebatis,audiebant.Præterito perfecto ſingulariter audiui, audiuiſti, audiuit. Et pluraliter audiuimus,audiuiſtis,audiuerunt,vel audiuere.Prętcrito pluſquam perfecto,ſingulariter audiueram,audiueras.audiuerat.Et pluraliter audiueramus,audiueraris,audiuerant.Futuro,ſingulariter audiam,audies,audiet. Et pluraliter audiemus,audietis, audient.

Imperatiuo modo,tempore præſenti ſingulariter,tu audi, ille audiat,& pluraliter audiamus,audite,audiant.Futuro ſingulariter tu audito,ille audito. Et pluraliter audiamus,auditote, audiunto.

Optatiuo modo, tempore præſenti,& præterito imperfecto,ſingulariter utinam audirem, audires, audiret.Et pluraliter vtinam audiremus,audiretis, audirent. Præterito perfecto,& pluſquam perfecto,ſingulariter vtinam audiuiſſem,audiuiſſes,audiuiſſet.Et pluralirer,vtinã audiuiſſemus,audiuiſſetis,audiuiſſent. Futuro, ſingulariter utinam audiam. audias, audiat. Et pluraliter utinam audiamus, audiatis, audiant.

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, cum audiam, audias, audiat. Et pluraliter cum audiamus, audiatis, audiant. Præterito imperfecto, ſingulariter cum audirem,audires,audiret. Et plnraliter cum audiremus, audiretis,audirent. Præterito perfecto, ſingulariter cum audiuerim,audiueris,audiuerit. Et pluraliter cum audiuerimus,audiueritis,audiuerint. Præterito pluſquam perfecto ſingulariter, cum audiuiſſem, audiuiſſes, audiuiſſet. Et pluraliter,cum audiuiſſemus,audiuiſſetis,audiuiſſent. Futuro ſingulariter, cum audiuero,audiueris,audiuerit. Et pluraliter cum audiuerimus,audiueritis, audiuerint.

Infinitiuo modo,tempore præſenti, &præterito imperfecto,audire,Præterito perfecto,& pluſquam perfecto,audiuiſſe. Futuro,auditum ire,uel auditurum eſſe.

Gerundia,audiendi,audiendo,audiendum.

Supina,auditum, auditu.

Participia,audiens,auditurus.

PASSIVA.

INdicatiuo modo, tempore præſenti, ſingulariter audior, audiris uel audire, auditur. Et pluraliter audimur, audimini, audiuntur. Præterito imperfecto, ſingulariter audiebar, audiebaris, audiebare, audiebatur. Et pluraliter, audiebamur, audiebamini, audiebantur. Preterito perfecto, ſingulariter auditus ſum uel fui, auditus es uel fuiſti, auditus eſt uel fuit. Et pluraliter auditi ſumus uel fuimus, auditi eſtis uel fuiſtis, auditi ſunt fuerũt uel fuere. Præterito pluſquã perfecto ſingulariter auditus eram uel fuerã, auditus eras uel fueras, auditus erat uel fuerat. Et pluraliter auditi eramus, uel fueramus, auditi eratis uel fueratis, auditi erant uel fuerant. Futuro ſingulariter, audiar, audieris uel audiere, audietur. Et pluraliter audiemur, audiemini, audientur.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, ſingulariter tu audire, ille audiatur. Et pluraliter audiamur, audimini, audiantur. Futuro ſingulariter, tu auditor, ille auditor. Et pluraliter audiamur, audiminor, audiuntor.

Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, ſingulariter, utinam audirer, audireris uel audirere, audiretur. Et pluraliter utinam audiremur, audiremini, audirentur. Præterito perfecto, & pluſquam perfecto, ſingulariter vtinam auditus eſſem vel fuiſſem, auditus eſſes vel fuiſſes, auditus eſſet uel fuiſſet. Et pluraliter utinam auditi eſſemus uel fuiſſemus, auditi eſſetis uel fuiſſetis, auditi eſſent uel fuiſſent. Futuro ſingulariter, utinam audiar, audiaris uel audiare, audiatur. Et pluraliter, utinam audiamur, audiamini, audiantur.

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, ſingulariter cum audiat, audiaris, uel audiare, audiatur. Et pluraliter cum audiamur, audiamini, audiantur. Præterito imperfecto, ſingulariter cum audirer, audireris uel audirere, audiretur. Et pluraliter cum audiremur, audiremini, audirentur. Præterito perfecto, ſingulariter cum auditus ſim uel fuerim, auditus ſis uel fueris, auditus ſit uel fuerit. Et pluraliter cum auditi ſimus

mus uel fuerimus, auditi ſitis uel fueritis, auditi ſint uel fuerint. Præterito pluſquam perfecto, ſingulariter cum auditus eſſem uel fuiſſem, auditus eſſes uel fuiſſes, auditus eſſet uel fuiſſet. Et pluraliter cum auditi eſſemus uel fuiſſemus, auditi eſſetis uel fuiſſetis, auditi eſſent uel fuiſſent. Futuro ſingulariter, cum auditus ero uel fuero, auditus eris uel fueris. auditus erit uel fuerit. Et pluraliter cum auditi erimus uel fuerimus, auditi eritis uel fueritis, auditi erunt uel fuerint.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto audiri. Præterito perfecto, & pluſquam perfecto, auditum eſſe uel fuiſſe. Futuro auditum iri uel audiendum eſſe.

Gerundia, audiendi, audiendo, audiendum.
Supina, auditum, auditu.
Participia, auditus, audiendus.

FERO.

Indicatiuo modo, tempore præſenti, ſingulariter, fero, fers, fert. Et pluraliter ferimus, fertis, ferunt. Præterito imperfecto, ſingulariter ferebam, ferebas, ferebat. Et pluraliter ferebamus, ferebatis, ferebant. Præterito perfecto, ſingulariter tuli, tuliſti, tulit. Et pluraliter tulimus, tuliſtis, tulerunt uel tulere. Præterito pluſquam perfecto, ſingulariter tulerã, tuleras, tulerat. Et pluraliter tuleramus, tuleratis, tulerant. Futuro ſingulariter feram, feres, feret. Et pluraliter feremus, feretis, ferent.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, ſingulariter tu fer, ille ferat. Et pluraliter feramus, ferte, ferant. Futuro ſingulariter tu ferto, ille ferto. Et pluraliter feramus, fertote, ferunto.

Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto ſingulariter vtinam ferrem, ferres, ferret. Et pluraliter vtinam ferremus, ferretis, ferrent. Præterito perfecto, & pluſquam perfecto, ſingulariter vtinã tuliſſem, tuliſſes, tuliſſet. Et pluraliter utinã tuliſſemus, tuliſſetis, tuliſſet. Futuro, ſingula-

riter vtinam feram,feras, ferat.Et pluraliter vtinam feramus, feratis, ferant.

Subiunctiuo modo tempore præſenti, ſingulariter cum feram, feras, ferat. Et pluraliter, cum feramus, feratis, ferant. Præterito petfecto, ſingulariter cum ferrem, ferres, ferret. Et pluraliter cum ferremus, ferretis, ferrent. Præterito imperfecto,ſingulariter cum tulerim, tuleris, tulerit. Et pluraliter cum tulerimus,tuleritis,tulerint. Præterito pluſquam perfecto,ſingulariter cum tuliſſem,tuliſſes.tuliſſet. Et pluraliter cum tuliſſemus,tuliſſetis,tuliſſent.Futuro ſingulariter,cum tulero,tuleris,tulerit. Et pluraliter cum tulerimus, tuleritis, tulerint.

Infinitiuo modo,tempore præſenti,& præterito imperfecto, ferre. Præterito perfecto, & pluſquam perfecto tuliſſe. Futuro latum ire,uel laturum eſſe.

Gerundia, ferendi,ferendo,ferendum.

Supina, latum, latu. Participia, ferens,& laturus.

F E R O R.

INdicatiuo modo, tempore præſenti, ſingulariter, Feror, ferris uel ferre, fertur. Et pluraliter ferimur,ferimini, feruntur. Præterito imperfecto ſingulariter, ferebar, ferebaris uel ferebare,ferebatur.Et pluraliter ferebamur,ferebamini,ferebãtur.Præterito imperfecto ſingulariter latus ſum vel fui,&c.Præterito pluſquam perfecto,ſingulariter latus eram vel fueram,&c.Futuro ſingulariter ferar,fereris,uel ferere,feretur. &c.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, ſingulariter tu fer, ille feratur. Et pluraliter feramur, ferimini,ferantur.Futuro ſingulariter,tu fertor, ille fertor.Et pluraliter feramur, feriminor, feruntor.

Optatiuo modo,tempore præſenti, & præterito imperfecto, ſingulariter utinam ferrer, ferreris uel ferrere, ferretur, &c.Præterito perfecto, & pluſquam perfecto, ſingulariter vtinam latus eſſem uel fuiſſem. Futuro ſingulariter,utinam ferar,feraris,uel ferare,feratur. Et pluraliter utinam, feramur, feramini,ferantur.

Subiun-

Subiunctiuo modo,tempore præſenti,ſingulariter,cum fe rar, feraris uel ferare,feratur &c. Præterito imperfecto,ſingulariter,cum ferrer,ferreris uel ferrere, ferretur &c.Præterito perfecto ſingulariter,cum latus ſim uel fuerim &c. Præterito pluſquā perfecto, ſingulariter, cū latus eſſem uel fuiſſem &c. Futuro ſingulariter, cum latus ero uel fuero &c.

Infinitiuo modo,tempore præſenti, & præterito imperfecto,ferri. Præterito perfecto & pluſquam perfecto,latum eſſe uel fuiſſe. Futuro,latum iri, uel ferendum eſſe.

Gerundia,ferendi,ferendo,ferendum.

Supina latum,latu.

Participia latus, & ferendus.

VOLO.

INdicatiuo modo,tempore præſenti,ſingulariter, uolo uis uult. Et pluraliter uolumus vultis volunt. Præterito imperfecto, ſingulariter uolebam uolebas uolebat &c. Præterito perfecto,volui uoluiſti &c. Præterito pluſquam perfecto ſingulariter,uoluerām uolueras &c.Futuro,ſingulariter,volam voles volet &c.Imperatiuo caret.

Optatiuo modo, tempore præſenti & præterito imperfecto,ſingulariter utinam vellem velles vellet. Et pluraliter vtinam vellemus velletis vellent. Præterito perfecto & pluſquā perfecto,ſingulariter vtinam voluiſſem &c. Futuro, ſingulariter, utinam velim velis velit. Et pluraliter vtinam velimus velitis velint.

Subiunctiuo,cū velim,vellē,voluerim,voluiſſem,voluero.

Infinitiuo uelle, uoluiſſe,ſine Futuro.

Gerundia, uolendi uolendo uolendum. Supinis caret.

Participium, uolens, tantum.

Sic malo. At Nolo,in Imperatiuo habet noli,nolite,nolito, nolitote.

EDO.

INdicatiuo modo, tempore præſenti, ſingulariter, Edo, es, eſt. Et pluralitet edimus editis edūt, Præterito imperfecto,

ſingu-

ſingulariter edebam edebas edebat &c.Præterito perfecto,ſingulariter,edi,ediſti &c.Præterito pluſquã perfecto, ſingulariter,ederã ederas ederat.Futuro ſingnlariter edã edes edet &c.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, ſingulariter es, uel ede,ille edat. Et pluraliter edamus,eſte vel edite, edant.Futuro,ſingulariter,tu eſto vel edito,ille eſto vel edito. Et pluraliter edamus, eſtote vel editote, edunto.

Optatiuo modo, tempore præſenti,& præterito imperfecto,ſingulariter, vtinam eſſem eſſes eſſet.Et pluraliter, vtinã eſſemus eſſetis eſſent. Præterito perfecto,& pluſquam perfecto, ſingulariter, vtinam ediſſem ediſſes ediſſet.Et pluraliter vtinã ediſſemus &c.Futuro,ſingulariter,vtinam edam, edas, edat. Et pluraliter,vtinam edamus &c.

Subiunctiuo modo,tempore præſenti, ſingulariter cum edam edas &c.Præterito imperfecto,ſingulariter, cum eſſem eſſes &c. Præterito perfecto, ſingulariter, cum ederim &c Præterito pluſquam perfecto, cum ediſſem &c.Futuro cum edero &c.

Infinitiuo modo, tempore præſenti,& præterito imperfecto eſſe.Præterito perfecto,& pluſquam perfecto,ediſſe.Futuro,eſum ire.vel eſurum eſſe.

Gerundia,edendi edendo edendum.

Supina,eſum,eſu.Eſtum autem exoleuit.

Participia,edens,eſurus.

EDOR.

INdicatiuo modo, tempore præſenti, ſingulariter,edor ederis uel edere,editur uel eſtur.Et pluraliter edimur &c. Præterito imperfecto,ſingulariter, edebar, edebaris uel edebare. &c.Præterito perfecto ſingulariter,eſus ſum uel fui &c.Præterito pluſquam perfecto. eſus eram uel fueram &c.Futuro ſingulariter,edar,ederis,uel edere edetur &c.

Imperatiuo modo,tempore præſenti ,tu edere, ille edatur. Et pluraliter edamur,edamini,edantur. Futuro,ſingulariter, tu eſtor,uel editor &c.

Optatiuo modo,utinã ederer,eſus eſſem uel fuiſſem, edar,

edaris, vel edare &c.

Subiunctiuo modo, cum edar, ederer, eſus ſim vel fuerim. eſus eſſem vel fuiſſem, eſus ero vel fuero.

Infinitiuo, edi, eſum eſſe vel fuiſſe, eſum iri, vel edēdū eſſe.

Gerundia, edendi edendo edendum.

Supina, eſum, eſu.

Participia, eſus & edendus.

E O.

EO, ibam, iui, iueram, ibo. I, ito. Vtinam irem iuiſſem, eam Cum eam, irem, iuerim. iuiſſem, iuero. Ire, iuiſſe, iturum eſſe. Eundi, eundo eundum. Itum, itu. Iens, iturus.

GAVDEO.

GAudeo, gaudebam, gauiſus ſum vel fui, gauiſus eram vel fueram; gaudebo. Gaude, gaudeto: Vtinam gauderem, gauiſus eſſem vel fuiſſem, gaudeam. Cum gaudeam, gauderem, gauiſus ſim vel fuerim, gauiſus eſsem vel fuiſſem, gauiſus ero vel fuero. Gaudete, gauiſum eſſe uel fuiſſe. Gaudendi gaudendo gaudendum. Gauiſum gauiſu. Gaudens, gauiſus & gauiſurus.

FIO.

FIo, fiebam, factus ſum vel fui, factus eram uel fueram, fiam, Fiat, fito. Vtinam fierem, factus eſſem vel fuiſſem, fiam. Cum fiam, fierem, factus ſim uel fuerim, factus eſſem uel fuiſſem, factus ero uel fuero. Fieri factum eſſe uel fuiſſe, factum iri vel faciendum eſſe. Gerundiis, ſupinis, & participiis caret.

VAENEO.

VAeneo, venibā, vænij, væniueram, vænibo. Væni, vænito. Vtinam vænirem, væniuiſſem, væneam. Cum væneam, vænirem,

uænirem, væniuerim, væniuiſſem væniuero. Vænire, uæniuiſſe, uænum ire. Gerundiis caret. Supinum uænum tantum, & ſine participiis.

MEMINI.

INdicatiuo modo, tempore præſenti, & præterito perfecto ſingulariter, memini meminiſti meminit. Et pluraliter, meminimus meminiſtis meminerunt uel meminere. Præterito imperfecto & pluſquam perfecto, ſingulariter, memineram memineras meminerat. Et pluraliter, memineramus memineratis meminerant.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, futuro ſingulariter, memento tu, ille memento. Et pluraliter uos mementote.

Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, & perfecto, ac pluſquam perfecto, utinam meminiſſem, meminiſſes meminiſſet. Et pluraliter, utinam meminiſſemus &c.

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, ſingulariter, cum meminerim memineris &c. Præterito imperfecto & pluſquam perfecto, ſingulariter, cum meminiſſem meminiſſes &c. Futuro indicatiui, & ſubiunctiui, ſingulariter, cum meminero memineris &c.

Infinitiuo modo, tempore preſenti, & præterito imperfecto, perfecto. & pluſquam perfecto, meminiſſe. Cæteris caret.

Sic cœpi, Noui, Pepigi, Odi: ſed ſine imperatiuo.

IMPERSONALE ACTIVAE VOCIS.

INndicatiuo modo, tempore preſenti, Oportet, *biſogna*, Preterito imperfecto, oportebat, *biſognaua*. Præterito perfecto, oportuit, *biſognò*. Præterito pluſquam perfecto, oportuerat, *haueua biſognato*. Futuro oportebit, *biſognerà*.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, Oporteat *biſogni*.

Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, vtinã, oporteret. *Dio uoleſſe, che biſognaſſe*. Præterito perfecto & pluſquam perfecto, utinam oportuiſſet, *Dio uoleſſe che foſſe*.

foſſe biſognato. Futuro utinam oporteat. *Dio uoglia che biſogni.*

Subiunctiuo modo tempore præſenti cum oporteat, *conciosia che biſogni.* Præteriito imperfecto cum oporteret, *conciosia coſa che biſognaſſe & biſognerebbe.* Præterito perfecto cũ oportuerit, *conciosia che fuſſi biſognato.* Præterito pluſquã perfecto cum oportuiſſet, *conciosia coſa che haueſſe biſognato.* Futuro cum oportuerit, *conciosia coſa che biſognerà.*

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto oportere. *biſognare.* Præterito perfecto & pluſquam perfecto oportuiſſe, *hauere biſognato.*

IMPERSONALE PASSIVAE VOCIS.

INdicatiuo modo, tempore prẹſenti amatur, *ſi ama.* Præterito imperfecto amabatur, *ſi amaua.* Præterito perfecto amatum eſt uel fuit, *ſi è amato.* Præterito pluſquam perfecto, amatum erat uel fuerat, *ſi era amato.* Futuro amabitur, *ſi amerà.*

Imperatiuo modo, tempore præſenti ad ſecundam & tertiam perſonam, ametur, *ameſi.* Futuro amator, *ameraſſi.*

Optatiuo modo, tẽpore præſenti & præterito imperfecto utinam amaretur, *Dio uoleſſe che ſe amaſſe.* Præterito perfecto, & pluſquam perfecto, vtinam amatum eſſet vel fuiſſet, *Dio uoleſſe che ſe haueſſe amato.* Futuro utinam ametur, *Dio uoglia che ſi ami.*

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, cum ametur, *conciosia coſa che ſi ami.* Præterito imperfecto cum amaretur, *conciosia coſa che ſe amaſſe.* Præterito perfecto cum amatum ſit uel fuerit, *conciosia coſa che ſe habbia amato.* Præterito pluſquã perfecto cum amatum eſſet uel fuiſſet, *conciosia coſa che ſe haueſſe amato.* Futuro cum amatum erit uel fuerit, *conciosia coſa che ſe hauerà amato.*

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, ſine numeris & perſonis, amari, *amarſe.* Prẹterito imperfecto & pluſquam perfecto, amatum eſſe uel fuiſſe, *hauerſe amato.* Futuro amatum iri, *hauerſe ad amare.*

CON-

by Google

CONTINGIT.

INdicatiuo modo, tempore præſenti, contingit. Præterito imperfecto, contingebat. Præterito perfecto contigit. Præterito pluſquam perfecto, contigerat. Futuro, continget.

Imperatiuo modo, tẽpore pręſenti, contingat, ſine futuro.

Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, utinã contingeret. Præterito peefecto & pluſquam perfecto, utinam contigiſſet. Futuro utinam contingat.

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, cum contingat. Pręterito imperfecto, cum contingeret. Præterito perfecto, cum contigerit. Præterito pluſquam perfecto, cum contigiſſet. Futuro, cum contigerit.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, contingere. Præterito perfecto, & pluſquam perfecto, contigiſſe. Cæteris caret.

ITVR,

INdicatiuo modo, tempore præſenti, itur, ibatur, itum eſt uel fuit, itum erat uel fuerat, ibitur,

Imperatiuo, eatur, tantum.

Optatiuo, utinam iretur, itum eſſet uel fuiſſet, eatur.

Subiunctiuo cum eatur, iretur, itum ſit vel fuerit, itum eſſet uel fuiſſet, itum erit uel fuerit.

Infinitiuo iri, itum eſſe uel fuiſſe, itum iri &c.

DE OCTO PARTIBVS ORATIONIS,

DE LITERIS.

QVot ſunt literæ, quibus Latini utuntur? Viginti duæ. Quæ? a, b, c, d, e, f, g, i, K, l, m, n, o, p, q, r, ſ, t, u, x, y, z.

Quotuplices ſunt literę? Duplices, Quomodo? Vocales & conſonantes. Quot ſunt uocales? Quinque.

Digitized by Google

Quinque. Quæ? a,e,i,o,u,& una Græca ypſilon.

Quot ſunt conſonantes? Sexdecim, reliqua à uocalibus, b, c,d,f,g,K,l,m,n,p,q,r,ſ,t,x z.

Quotuplices ſunt conſonantes? Duplices, Quomodo? mutæ & ſemiuocales.

Quot ſunt mutæ? Nouem, b,c,d, f,g,K.p,q,t.

Quot ſunt ſemiuocales? Septem, l,m,n,r,s,x, z.

Quotuplices ſunt ſemiuocales? Duplices. Quomodo? Liquidæ & duplæ. Quot ſunt liquidæ? Duæ, l, & r.

Quot ſuut duplę? Duæ, x, & z. Quot ſunt diphthongi? Quatuor. Quæ? æ, œ, au, eu, & in nonnullis *ai* Græca. Vt Aeneas, cœna, audio, euge, treis.

PArtes orationis quot ſunt? Octo. Quæ? Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Præpoſitio, Aduerbium, Interiectio, & Coniunctio.

Quot ex his declinantur? Quatuor. Quæ? Nomen, Pronomen, Verbum, & Participium.

Quot non declinantur; Quatuor, Quæ? Præpoſitio. Aduerbium, Interiectio, & Coniunctio.

Ex his quæ declinantur, quot ſunt principales? Duę, Quæ? Nomen & Verbum.

Quot caſuales? Tres, Quæ? Nomen, Pronomen, & Participium.

NOMEN.

NOmen quid eſt? Pars orationis, quæ declinata caſibus propriè, communiterue, corpus aut rem ſignificat.

Quotuplex eſt nomen? Duplex. Quomodo? Subſtantiuū, & adiectiuum.

Quod eſt nomen ſubſtantiuum? Quod adiectiuo ſubſtat, & declinatur per unam generis notam tantum: aut per duas ad ſummum, ut hic uir, hæc fęmina, hoc mancipium, hic & hæc ſacerdos.

Quid eſt nomen adiectiuū? Quod ſubſtantiuo adiicitur, ſine quo nō cōſiſtit in oratione, & declinatur per tres generis

notas

notas, uel per tres diuerſas uoces ſine notis generum, ut hic & hæc & hoc felix, bonus bona bonum.

Nomini quot accidunt? Sex? Quæ? Qualitas, ſpecies, genus, numerus, figura, caſus, cum declinatione.

Quot ſunt qualitates nominum? Duæ. Quæ? Propria & Appellatiua. Propria, quæ uni tantum conuenit, ut Virgilius. Appellatiua, quæ pluribus, ut poeta.

Quot ſunt uniuerſim ſpecies nominum? Duæ. Quæ? Primitiua, & deriuatiua. Primitiua, quæ non aliunde deriuatur, ut poeta. Deriuatiua, quæ aliunde deriuatur, ut poeticus.

Genera nominum quot ſunt? Septem. Quæ? Maſculinum, fœmininum, neutrum, commune, omne, promiſcuum, & incertum. Maſculinum, quod declinatur cum hic, ut hic poeta. Fœmininum, quod declinatur cum hæc, ut hæc poetria. Neutrum, quod declinatur cum hoc, ut hoc poema. Commune, quod declinatur cum hic & hæc, ut hic & hæc ſacerdos, hic & hæc conuiua. Omne, quod declinatur cum hic & hæc, & hoc, ut hic & hæc & hoc felix, hic & hæc & hoc expers. Promiſcuū quod ſub una generis nota marem & fœminam ſignificat: ut hic olor, hæc aquila. Incertum, quod declinatur, cum hic uel hæc, ut hic uel hæc finis, hic uel hæc cortex.

Numeri nominum quot ſunt? Duo. Singularis, & pluralis. poeta, utrius eſt numeri, ſingularis ne an pluralis? Singularis. Quid ita? Quia ſingulariter declinatur. Poetarum pluralis, quia pluraliter declinatur.

Figuræ nominum quot ſunt? Duæ. Quæ? Simplex & Compoſita. Simplex, quæ non poteſt diuidi in partes ſignificatiuas, & prioris ſenſus capaces, ut animus. Compoſita, quæ poteſt diuidi in partes ſignificatiuas, & prioris ſenſus capaces, ut magnanimus, ex magnus, & animus.

Caſus nominum quot ſunt? Sex. Qui? Nominatiuus, genitiuus, datiuus, accuſatiuus, uocatiuus, & ablatiuus.

Qui caſus dicuntur recti? Nominatiuus, & uocatiuus. Qui obliqui? Genitiuus, datiuus, accuſatiuus, & ablatiuus.

Poeta cuius eſt? Nominatiui, ſeu uocatiui, ſeu ablatiui. Quia in his caſibus declinando reperitur, & per eorum articulum Italicè interpretatur, ut poeta, *il poeta*, a poeta, *dal*

poeta,

poeta, o dallo poeta.

Poetæ cuius caſus? Genitiui, uel datiui, ſingulari numero: aut nominatiui ſeu vocatiui, & plurali numero: hoc uel Italico articulo indicante: ut, poetæ, *dello poeta*, genitiui. Poetę, *al, o allo poeta*. datiui eſt caſus ſingularis numeri. Poetæ, *i, li, & gli poeti*. Nominatiui caſus, pluralis numeri, o Poetæ, *o poeti*. vocatiui eiuſdem numeri.

Quot ſunt declinationes nominum? Quinque. Quæ? Prima, ſecunda, tertia, quarta & quinta.

Prima, cuius genitiuus ſingularis deſinit in æ diphthongum, ut poeta poetæ. Secunda, cuius genitiuus ſingularis deſinit in i, ut dominus, domini. Tertia, cuius genitiuus ſingularis deſinit in is, ut pater, patris. Quarta, cuius genitiuus ſingularis deſinit in us, vt uiſus, viſus.

Quinta, cuius genitiuus ſingularis deſinit in ei, ut res, rei.

PRONOMEN.

Pronomen quid eſt? Pars orationis quæ declinata caſibus pro nomine proprio cuiuſque accipitur, perſonasq; finitas recipit.

Quot ſunt pronomina indubitata? Quindecim. Quæ? Ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic, is, meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, veſtras.

Pronomini quot accidunt? Sex. Quæ? Species, genus, numerus, figura, perſona, caſus, cum declinatione.

Species pronominum quot ſunt? Duæ, ſimiliter ac nominum. Primitiua, ut ego, deriuatiua, ut meus.

Quot ſunt pronomina primitiuæ ſpeciei? Octo. Quæ? Ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic, & is.

Quot ſunt pronomina deriuatiuæ ſpeciei? Septem. Quæ? Meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, ueſtras.

Vnde hæc deriuantur? A genitiuo trium primitiuorum, ego, tu, ſui. Quomodo? A genitiuo mei uel mis, deriuatur meus, mea, meum. A genitiuo tui, vel tis, tuus. A genitiuo ſui vel ſis, ſuus. A genitiuo noſtrum vel noſtri, noſter, & noſtras. A genitiuo veſtrum uel veſtri, ueſter, & veſtras. Quot ſunt

genera pronominum? quatuor. Quæ? Maſculinum, vt ille: Fœmininum, ut illa: Neutrum, vt illud: Omne ut ego, noſtras.

Ille cur eſt generis maſculini? Quia nomini generis maſculini applicatur, ut ille puer. Ego, quare eſt omnis? Quia nominibus cuiuſq; generis applicatur, vt ego vir, ego mulier, ego mancipium, ego conuiua, ego felix. Noſtras, cur eſt omnis generis? Quia cum hic & hæc & hoc declinatur, ut hic & hæc & hoc noſtras, hic & hæc & hoc veſtras.

Numeri pronominum quot ſunt? Duo. Singularis, vt ego: Pluralis, ut nos.

Figuræ pronominum quot ſunt? Duæ. Simplex, ut is, ego: Compoſita, ut idem, egomet.

Quot ſunt pronomina ſimplicia? Omnia illa quindecim.

Quot ſunt perſonæ pronominum? Tres. Quę? Prima, quę ſignificat rem de ſe loquentem, ut ego. Secunda, quæ ſignificat rem ad quam dirigitur ſermo, ut tu. Tertia, quæ ſignificat rem de qua ſermo habetur, ut ille.

Quot ſunt pronomina primę perſonæ? unum. Quod? Ego.

Quot ſunt ſecundæ? Vnum. Quod? Tu, cum uocatiuis à meus, noſter, & noſtras.

Quot ſunt tertiæ? Reliqua omnia. Nam regula eſt,

Omnia nomina, pronomina, & participia, ſunt tertiæ perſonæ: exceptis ego, quod eſt primę: tu quod eſt ſecundæ, & omni uocatiuo, qui ſemper eſt ſecundæ perſonæ.

Caſus pronominum, quot ſunt? Sex. Qui? Nominatiuus, ut meus: genitiuus, ut mei: datiuus, ut meo: accuſatiuus, ut meū: uocatiuus, ut o mi: ablatiuus ut a meo. Carent tamen uocatiuo omnia pronomina, præterquam tu, meus, noſter, & noſtras. Caret etiam nominatiuo & uocatiuo ſui.

Declinationes pronominum quot ſunt? Quatuor. Quæ? Prima, cuius genitiuus ſingularis deſinit in i, ut ego mei, tu tui. Secunda, cuius genitiuus ſingularis deſinit in ius ſyllabā, uel in ius diuiſas ſyllabas: ut hic huius, ille illius. Tertia cuius genitiuus ſingularis deſinit in i, æ, i, ut meus mea meum, mei meæ mei. Quarta, cuius genitiuus ſingularis deſinit in atis, ut noſtras noſtratis.

Quot ſunt pronomina primæ declinationis? Tria. Quæ?

Ego,

Ego,tu, ſui. Quot ſunt ſecundæ? Quinque. Quæ? Ille, iſte, ipſe,hic,& is.

Quot nomina declinantur per ſecundam declinationem pronominis? Octo. Quæ? unus,ullus,ſolus,alter, alius,totus,quis,uter,cum ſuis compoſitis.

Quot ſunt pronomina tertiæ declinationis? Quinq;. Quæ? Meus,tuus, ſuus,noſter,& ueſter.

Quot ſunt quartæ? Duo. Quæ? noſtras, & ueſtras.

VERBVM.

Verbum quid eſt? Pars orationis,quæ declinata modis & tēporibus,aliquid agere,aut pati,aut neutrum ſignificat. Quotuplex eſt verbum? Duplex. Perſonale & imperſonale.

Quod eſt verbum perſonale: Quod habet certos numeros & perſonas, ut ſingulariter, amo,amas,amat. Et pluraliter amamus, amatis, amant.

Quod eſt imperſonale? Quod nec numeros,nec perſonas habet certas,ut oportet, *il fa di biſogno*. amatur,*ſe ama*.

Quotuplex eſt uerbum imperſonale? Duplex: Actiuæ uocis,& paſſiuæ uocis.

Quod eſt imperſonale actiuæ vocis? Quod deſinit in r, dicitur Italicè *per il*, ut oportet,*il fa di biſogno*.

Quod eſt imperſonale paſſiuæ uocis? Quod deſinit in tur, & dicitur Italicè *per ſe*,ut amatur,*ſe ama*.

Quot accidunt verbo? Octo. Quæ? genus,modus,tempus, numerus,perſona,ſpecis,figura, coniugatio.

Quot ſunt genera verborum? Quinque. Quę? Actiuum,paſſiuum, neutrum,deponens, commune.

Quid eſt verbum actiuum? Quod deſinens in o, facit ex ſe paſſiuum in or,ut amo,amor.

Paſſiuū,quod deſinēs in or,fit ab actiuo, ut amor ab amo.

Neutrum,quod deſinens in o, non facit ex ſe paſſiuum in or,ut ſto,curro:non enim dicimus, ſtor,curror.

Deponens, quod deſinens in or, nec deſcendens ab actiuo habet actiui ſignificationē, vt loquor,*io parlo*,naſcor,*io naſco*.

Commune, quod deſinens in or,nec deſcendens ab actiuo

habet actiui & paſsiui ſignificationem, ut ueneror, *Io honoro & ſon honorato.*

Quot ſunt modi verborum? quinque. Qui? indicatiuus, imperatiuus, optatiuus, ſubiunctiuus, & infinitiuus.

Indicatiuus, quo quid agitur, indicamus, vt amo.

Imperatiuus, quo ut aliquid fiat, imperamus, ut ama.

Optatiuus, quo aliquid fieri optamus, ut utinam amarē.

Subiunctiuus, qui ut abſoluat ſentētiam, alterum ſibi ſubiungit uerbum: ut ſi legeris, audiam.

Infinitiuus, qui nec numerum nec perſonam definit, cum una uoce vtrunq; complectatur, & eget aliquo aliorum modorum, ut aliquid determinatum ſignificet, ut cupio legere.

Quot ſunt tempora verborum? Quinque. Quæ? Præſens, præteritum imperfectum, præteritum perfectum, præteritū pluſquam perfectum, & futurum.

Præſens, quod rem nunc eſſe, uel geri ſignificat, ut amo, *Io amo.*

Preteritum imperfectum, quod rem fuiſſe quidē incœptā, ſed nondum tamen perfectam ſignificat, vt amabā, *Io amaua.*

Præteritum perfectum, quod rem factam eſſe, & omnino abſolutam ſignificat, ut amaui. *Io amai, & ho amato.*

Præteritum pluſquamperfectum, quod reſpectu præteriti imperfecti perfectiue, rem longe preteriiſſe ſignificat, vt amaueram. *Io haueua amato.*

Futurum, quod rem futuram, aut in futurum gerendam ſignificat, & quaſi promittit, ut amabo. *Io amerò.*

Numeri uerborum quot ſunt? Duo, Singularis, qui de vno loquitur, ut amo: Pluralis, qui de pluribus, ut amamus.

Perſonæ verborum quot ſunt? Tres. Quæ? Prima, ut amo, ſecunda ut amas, tertia ut amat.

Amo, cur eſt primæ perſonæ? Quia tribuitur rei de ſe loquenti.

Amas cur eſt ſecundæ? Quia tribuitur rei ad quam dirigitur ſermo.

Amat cur eſt tertiæ? Quia tribuitur rei de qua fit ſermo.

Quot ſunt ſpecies uerborum? Duæ. Primitiua, ut ferueo, Deriuatiua, ut ferueſco.

Quot

Quot ſunt figuræ verborum? Duæ. Simplex, ut amo: Compoſita, ut peramo.

Coniugationes uerborum quot ſunt? Quatuor.

Prima, quæ terminat ſecundam perſonam ſingularem pręſentis temporis indicatiui modi, as, ſyllaba producta, in uoce actiua: & aris vel are producta penultima in uoce paſſiua, vt amo amas, lætor lætaris, uel lætare.

Secunda, quæ ſecundam perſonam ſingularem præſentis temporis indicatiui modi terminat, es, ſyllaba producta, in voce actiua: & eris vel ere producta penultima in uoce paſſiua, ut doceo, doces, medeor, mederis vel medere.

Tertia, quæ ſecundam perſonam ſingularem præſentis temporis indicatiui modi terminat, is, ſyllaba correpta in voce actiua, & eris vel ere correpta penultima in voce paſſiua, vt lego legis, loquor loqueris vel loquere.

Quarta, quæ ſecundam perſonam ſingularem præſentis temporis indicatiui modi terminat, is, ſyllaba producta in uoce actiua, & iris, uel ire, producta penultima in voce paſſiua, vt audio audis, largior, largiris uel largire.

PARTICIPIVM.

Participium quid eſt? Pars orationis quæ declinatione per omnia nomen, tẽpore, & ſignificatione, citra modorum & perſonarum diſcrimen verbum, à quo deſcendit, imitatur.

Participio quot accidunt? Sex. Quæ? Tempus, ſignificatio, genus, numerus figura, caſus, cum declinatione.

Quot ſunt tempora participiorum? Quinque. Præſens & præteritum imperfectum ſimul, præteritũ perfectum & pluſquam perfectum ſimul: & futurum per ſe.

Quæ participia ſunt pręſentis & præteriti imperfecti temporis? Quæcunque exeunt in ans vel in ens, vt amans, legẽs.

Quæ participia ſunt præteriti perfecti, & pluſquam perfecti temporis? Quæcunque exeunt in tus, uel ſus, uel xus, vt amatus, uiſus, nexus.

Quæ participia ſunt futuri temporis? Quæcunque exeunt in rus, uel dus, ut amaturus, amandus.

Quot ſunt ſignificationes participiorum? Totidem, quot ſunt verborum. Actiua, ut amans. Paſsiua, ut amatus. Neutra, vt ſedens, profectus. Quæ participia ſunt actiuæ ſignificationis? Omnia in ans & in ens: item in rus, à uerbis actiuis, ut amans, legens, amaturus, lecturus: à neutris actionem ſignificantibus, ut ſeruiens ſeruiturus: à uerbis deponentibus, ut loquens, loquuturus: & à uerbis communibus, ut criminans, criminaturus.

Quæ participia ſunt paſsiuæ ſignificationis? Omnia à uerbis paſsiuis, ut amatus, amandus: à neutris paſsionem ſignificantibus, ut uapulans, uapulaturus: à deponentibus quæcunque futuri in dus reperiuntur, ut loquendus, ſequendus: à cõmunibus in tus, & in xus, item in dus, ut ueneratus, uenerandux, amplexus, amplectendus.

Quæ ſunt participia actiuæ & paſsiuæ ſignificationis? Omnia in tus, uel xus. à uerbis communibus, ut criminatus, qui accuſauit, & accuſatus eſt. Nonnunquam & à verbis deponẽtibus, ut comitatus pro eo qui deduxerit, & pro eo qui deductus eſt, ſic imitatus, & quædam alia.

Quæ ſunt participia neutræ ſignificationis? Quæcunque dicũtur à uerbis omnino neutræ ſignificationis, ſiue in o, ſiue in or finitis, vt ſedẽs, ſeſſurus, proficiſcẽs, ꝓfectus, ꝓfecturus.

Quot tempora participij trahuntur à verbo actiuo? Duo, quæ? Præſens in ans uel in ens, ut amans, uel legens, & futurum in rus, ut amaturus, lecturus.

Quot tempora participij trahuntur à verbo paſsiuo? Duo. Quæ? Præteritum in tus, uel in ſus, uel in xus, ut amatus, læſus, nexus, & futurum in dus, ut amandus, legendus.

Quot tempora participij trahuntur à verbo neutro? Duo. Quæ? Præſens in ans, uel in ens, ut ſtans, currens: & futurum in rus, vt ſtaturus, ſeſſurus.

Quot tẽpora participij trahuntur à verbo deponẽti? Tria. Quæ. Præſens in ans, uel in ens, ut piſcans, loquens: præteritum in tus, uel ſus, ut loquutus, orſus: & futurum in rus, ut piſcaturus, loquuturus. Sed huic accedit nonnũquam alterum futurum in dus, ut loquendus, imitandus.

Quot tẽpora participij trahuntur à vrbo communi? Quatuor.

tuor. Duo ex actiua ſignificatione. Præſens in ans, uel in ens, ut criminans, largiens: futurum in rus, ut criminaturus, largiturus. Vnum ex paſsiua ſignificatione, futurum in dus, vt criminandus, hortandus. Vnum ex vtraque, præteritum in tus, uel xus, ut criminatus, amplexus.

Genera participiorum quot ſunt? Tria. Maſculinum, ut amatus: fœmininum, ut amata: neutrum, ut amatum.

Amatus cur eſt maſculini generis? Quia eſt prima uox adiectiui.

Amata cur eſt fœminini generis? Quia eſt ſecunda uox adiectiui.

Numeri participiorũ quot ſunt? Duo. Singularis, & plural.

Amans cuius eſt numeri? Singularis. Quare? Quia ſingulariter declinatur.

Figuræ participiorum quot ſunt? Duæ. Simplex, ut amans, legens: Compoſita ut adamans, negligens.

Caſus participiorum quot ſunt? Sex. Nominatiuus, ut amans: genitiuus, ut amantis: datiuus, ut amanti: accuſatiuus, vt amantem: vocatiuus, ut o amans: ablatiuus, ut ab amante uel amanti.

Quot ſunt declinationes participiorum? Tres. Quæ? Prima & ſecunda ſimul, vt amatus amata amatum, amati amatæ amati. Tertia, per ſe: ut amans amantis. Nam omnia participia præteriti & futuri temporis ſequuntur primam & ſecundam nominis declinationem. Præſentis uerò temporis omnia ſequuntur tertiam. Atque hæc declinantur per tres generis notas, ut hic & hæc & hoc amans. Illa per tres diuerſas voces ſine generum notis, ut amatus amata amatum, amaturus amatura amaturum, amandus amanda amandum. Nempe omne participium propriè eſt adiectiuum.

PRAEPOSITIO.

PRæpoſitio quid eſt? Pars orationis indeclinabilis, quæ aliis partibus orationis præponitur, aut per appoſitionem aut per compoſitionem.

Præpoſitioni quot accidunt? Vnum. Quod? Seruire caſibus,

Et hoc eſt præpoſitionem aliis partibus orationis præponi perappoſitionem.

Quot caſibus ſeruit præpoſitio? Duobus. Quibus? Accuſatiuo, & ablatiuo.

Quæ ſeruiunt accuſatiuo? Ad, aduerſus, aduerſum, contra, erga, cis, citra, ultra, trans, circiter, circum, circa, extra, intra, inter, ob, propter, penes, apud, per, ſecus, ante, poſt, pone, ſuper, ſupra, infra, prope, iuxta, procul, ſecundum, verſus, verſum, uſque.

Quæ ſeruiunt ablatiuo? A, ab, abs, cum, coram, clam, de, è, ex, pro, præ, palam, ſine, abſque tenus.

Sunt ne quæ vtrique caſui præſeruiant? Sunt. Quæ? In, ſub, ſuper, & ſubter.

Quid eſt præpoſitionem aliis partibus orationis præponi per compoſitionem? Præpoſitionem cum aliis partibus orationis, ut adduco, pertingo.

Ergo omnis præpoſitio nunc apponitur caſui ſuo, nunc adhæret compoſito? Minimè verò: ſed quædam hoc poſſunt, vt, ad, per, præter. Quædam ſemper habent caſum ſuum, nec vllo modo componi poſſunt, vt apud, & penes. Quædam ſemper ſunt in compoſitione, & nuſquam in appoſitione: vt ſunt hæ, di, dis, re, ſe, am, con: vt diduco, diſtraho, recipio, ſemoueo, ambio, congredior.

ADVERBIVM.

Aduerbium quid eſt? Pars orationis indeclinabilis, quũ nomini, tum verbo velut circunſtantiam adiiciens.

Circunſtantia eſt: vt quando, vbi, quantum, qualiter, quomodo, & huiuſmodi: vt ſemper honoratus, heri lætus, hodie triſtis, vbique puer, nuſquam vir, parum uehemens, multum grauis, eleganter doctus, egregie candidus ſcripſit aliquando, pasſim ſe iactat, plurimum valet, ſatis ſcio, pulchrè loquitur.

Aduerbio quot accidunt? Tria. Quæ? Significatio, ſpecies, & figura.

Quot ſunt ſignificationes aduerbiorum? Ferè innumeræ, vt

in

in tanta circunſtantiarum uarietate, temporis, loci, quantitatis, & cæterarum.

Da temporis, vt quando, heri, hodie, cras, pridie, poſtridie, quandiu, tantiſper, pauliſper, aliquantiſper, quoties, ſæpe, raro, ſubinde, nunquam, quouſque, hactenus.

Da loci, ut hic, illic, inibi, nuſquam, paſsim, ubique, intus, foris.

Da quantitatis, ut parum, minimè, maximè, ſummum, longisſimè, omnino, plurimum, ſatis, tantum, quantum, aliquantum.

Da numeri, ut ſemel, bis, ter, quater, quinquies.

Da ordinis, ut primo, deinde, dehinc, deinceps, poſtremo, demum, denique, tandem.

Da qualitatis, ut doctè, pulchrè, ſcitè, appoſitè, fortiter, benè, malè.

Da interrogandi, ut cur, quare, quamobrem, quapropter quid ita, quin, pro cur non.

Da dubitandi, ut forſan, forſitan, fortasſis, & fortaſſe.

Da ſeparandi, ut ſeorſum, priuatim, ſpeciatim, egregiè, nominatim.

Da congregandi, ut ſimul, unà, pariter, uniuerſum, coniunctim.

Da vocandi, ut o, heus.

Da negandi, ut non, haud, nequaquam.

Prohibitum eſt, ne.

Da affirmatiuè reſpõdendi. vt etiã, certè, nę. ſic, ita, quidni.

Da confirmandi, ut profectò, ſanè, planè, nempe, utique, nimirum.

Da iurandi, ut hercle, pol, ædepol, mediusfidius.

Da eligendi, ut potius, ſatius, potisſimum, immo.

Da hortandi, ut eia, age, agite.

Da optandi, ut utinam, o, oſi.

Da demonſtrandi, vt en, ecce.

Da comparandi, ut magis, minus, maximè, minimum.

Da ſimilitudinis, ut quaſi, ceu, tanquam, ut uti, velut, uelúti, ſicut, ſicuti.

Da euentus, ut fortè, fortuito, forte fortuna.

Da

Da intendendi, ut ualde, magnopere, impenſe, longè, prorſus, omnino.

Da remittendi, ut ſenſim, paulatim, uix, ægrè, penè, ferè, temerè pro ferè.

Species aduerbiorum quot ſunt? Duæ. Primitiua, ut ſæpe, clàm. Deriuatiua, ut ſæpicule, clanculum.

Figuræ aduerbiorum quot ſunt? Duæ. Simplex, ut diu, Cõpoſita ut interdiu.

INTERIECTIO.

INteriectio quid eſt? Pars orationis indeclinabilis, mentis affectum uoce incondita ſignificans.

Interiectioni quot accidunt? vnum tantum.

Quod? Significatio.

Significationes interiectionum quot ſunt?

Complures. Oſtende.

Admirantis, ut pape. Exultantis, ut euax.
Dolentis, ut heu, hoi, ah. Blandientis, ut amabo, ſodes.
Ex improuiſo aliquid deprehendentis, ut atat.
Vitantis, ut apageſis. Laudantis, ut euge.
Exclamantis, proh, o. Execrantis, ut uæ, uah.
Iraſcentis, ut nefas, malum, infandum.
Minantis, ut ueh. Vocantis, ut ehodum.
Silentium iniungentis, ut, au, ſi, ſt.

CONIVNCTIO.

COiunctio quid eſt? Pars orationis indeclinabilis, adnectens ordinansq; orationis partes, & ſententias.

Coniunctioni quot accidunt? Tria. Quæ? Poteſtas, ordo, & figura.

Poteſtas coniunctionis quot ſpecies habet? Sex. Quas? Copulatiuam, diſiunctiuam, aduerſatiuam, expletiuam, cauſalem, & collectiuam.

Da copulatiuas, ut, &, quæ, atque, ac, etiam, ſimul, quum, tum

Da

Da diſiunctiuas,ut,aut,uel, ne,nec,neque,ſiue, ſeu.

Da aduerſatiuas, ut,at,ſed, cæterum, uerò, porrò, atqui, tamen,ueruntamen,licet,quanquam,quamuis,etſi, etiamſi, tametſi, ſaltem.

Da expletiuas, vt quidem, equidem,ſed enim,etenim, enimuero, autem.

Da cauſales,ut nam,nanque,enim,etenim,quia,quòd pro quia,quoniam,quando,quandoquidem,ſi,ſiquidem,niſi,ni, propterea, quòd,quippe,ut potè,ſiquidem,quin,quinetiam, ſin,præſertim,alioqui,quatenus, præterea.

Da collectiuas. ut, ergo, ideo, igitur,itaque,idcirco,quare,quamobrem,quocirca,proinde, ideoque.

Quot ſunt ordines coniunctionum? Tres. Qui? Præpoſitiuus,ſubiunctiuus, & communis.

Quæ ſunt coniunctiones præpoſitiui ordinis? Et,ac,atque, at,aſt,aut,neque, nec,ſi,quin,quatenus,ſin,ſeu,ſiue niſi, ni.

Quæ ſunt coniunctiones ſubiunctiui ordinis? Quæ,ne, ue, quidem, quoque, autem,uero.

Quæ ſunt communis? Ferè reliquæ,ut equidem, igitur,tamen,ergo, &c.

Quot ſunt figuræ coniunctionum? Duæ. Simplex,ut nam, Compoſita,ut nanque.

DISTICHON.

Sunt leuia, at rudibus prodeſſe utcunque uolebam.
Quid morer,his ſaltem dum mihi obfuerim.

DE CONSTRVCTIONE OCTO PARTIVM orationis.

HActenus de ſingulis partibus orationis extra complexum: nunc de iiſdem coniunctis:ideſt,de ipſa oratione,quærendum uidetur.

Igitur ex his partibus,quænam eſt orationis faciundæ ratio, per Syntaxin.

DE

DE SYNTAXI.

Quid eſt Syntaxis ? Orationis partium quaſi ſtructura quædam, & inoffenſa copulatio, ad explicandam aliquam animi conceptionem, hoc eſt ad formandam atque edendam orationem.

Quid eſt inoffenſa? Ideſt, recta & congruens, ac ſine uitio, & in qua nuſquam impactum ſit in peccatum.

Vnde figuratum eſt nomen Syntaxis? A ſecunda perſona ſingularis præteriti perfecti indicatiui uerbi paſſiui *συντάττομαι*, ideſt, coordinor: eſt enim illud *συντίταξαι*, unde *σύνταξις*, ideſt coordinatio.

Omnes ne orationis partes neceſſe eſt ſimul ordinari & cõſtrui, ut iſtud opus exædificetur, hoc eſt, ſtruatur & fiat oratio? Duas quidem ſemper. Nomen & verbum: quæ ob eam cauſam principes loquendi partes ſunt, quod in huiuſmodi conſtructione ſententiam vel ſolæ abſoluent. Reliquas non item ſemper adeſſe oportet: ſed tantum ubi ſignificandarum rerum ſeries id poſtulat. Nam ut ſenſus in animo dicturi, aut dicentis erit : ita hæ ad nomen & verbum alias plures, alias pauciores adiungentur, quo ſenſum illum eædem uel impleant, vel expresſius declarent: vel quò etiam dictionem ipſam, ac loquendi formam lepidius exornent: alioqui ad ſermonem prorſus inutiles futuræ, abſque ſuperiorum nominis & verbi ſenſui accommodato complexu.

Quod hic ſermonem dicis, non id etiam vocas orationem? Vero.

Id ergo quid eſt? Quæuis rerum ſeries dictione explicata.

Quam mihi dictionem narras? Illum ipſum, de quo dixi, rectum & congruentem vocum, ſeu verborum contextum, quo certus de re aliqua animi ſenſus idoneè profertur, atque enunciatur.

Iſtum ipſum vocum contextum, nonne iam Syntaxin, ſeu orationis conſtructionem appellaſti? Prorſus.

Dic igitur, Syntaxis, ſeu partium orationis coordinatio, ſeu mauis orationis contextus & ſeries, hoc eſt, Orationis cõ-

ſtructio,

ſtructio, quot & quibus rebus conſtat? Duabus, Congruentia & Exactione.

DE CONGRVENTIA.

Quid eſt Congruentia? Declinabilium orationis partium in aliquot accidentibus, certus inter ipſas conſenſus.

Quot partium eſt is conſenſus? Duarum earundem illarum principalium nominis, acverbi.

In quot accidentibus eſt? quatuor: Numero, Caſu, Genere, Perſona.

DE CONGRVENTIA NOMINIS.

Et nominis congruentia quicum eſt? Cum altero nomine, ſed bipartita eſt. Eſt enim congruentia Adiectiui cum ſubſtantiuo, & relatiui cum antecedente.

DE CONGRVENTIA adiectiui, & ſubſtantiui.

Adiectiuum cum ſubſtantiuo in quot accidentibus conſentire debet? In tribus. In quibus? Numero, caſu, genere, ut vir bonus, uxor caſta, mancipium uile.

DE CONGRVENTIA RELATIVI.

Relatiuum cum antecedente in quot accidentibus concordare debet: In tribus. In quibus? In numero, genere, & perſona.

Vrbem quam dicunt Romam, Melibœe putaui
Huic noſtræ ſimilem.

DE RELATIVIS.

Quid eſt relatiuum? Quod refert & repetit antecedens.

Quid eſt antecedens? Id, ſine cuius intellectu non conſiſtit relati-

Interrogatiuum & Reſponſiuum in quot accidentibus debent conuenire? In uno. In quo? in caſu, niſi quid forte prohibet, atque impedit diuerſa earundem partium orationis exigentia.

Nihil præterea requiritur in conſenſu interrogatiui & reſponſiui? Illud ſcilicet, vt interrogatiuo ſuũ accõmodetur reſponſiuum, ut, Quem quæritis? Ieſum Nazarenum tantũ. Quis uocare? Claudius. Cuius eſt liber? Ioannis. Cui bene facias? Egenti. Qualis eſt præceptor? Non indoctus, Quantus erat Aeneas? Magnus. Quantus Iulus? Paruus. Quot domos habes? Duas, tres. Quotus uis cœnare? *qual e uolete uoi eſſere a cena?* Secundus, aut tertius; *ſecondo o terzo.* Quoteni ibant? Bini, terni, &c. Quotuplum reddit tuus fundus? Decuplum, &c. Quotuplex eſt ueſtis? Duplex. Cuius es genere? Gallus. Cuias es patria? Lugdunenſis. Cuias profeſsione? Grammaticus, in quibus omnibus reſponſiua cum interrogatiuis conueniunt in ſignificatione.

Cur in conſenſu interrogatiui & reſponſiui excepiſtis, ſi forte prohiberet diuerſa orationis exigentia? Quia percontãti quanti quippiam emeris. Reſpondere non poſsis ſcutati, ſed ſcutato tantum: idque neceſſariò, ob diuerſitatem cõſtructionis, quæ in eo genere eſt. Rurſum quærenti, cuius ſit atramentarium quodpiam, non tui, ſed tuum dici oportebit: atq; hoc itidem quadam uelut neceſsitate.

DE CONGRVENTIA VERBI.

Verbi autem conuenientia quotuplex? Vnica & ſimplex: nempe ſolius uerbi perſonalis finiti modi, cum nominatiuo, quem id ante ſe requirit.

Cur ſoli uerbo perſonali finiti modi congruentiã tribuis? Quia quæcunque uerba nec finitas perſonas, nec certos numeros habent, ea ſola exactione contenta ſunt: nec poſſunt non concorditer ſatis congruere cum omni perſona, & utroque numero.

Verbum ergo perſonale finiti modi, in quot accidentibus conſentire debet cum ſuo nominatiuo? In duobus. In quibus? Numero & perſona, vt ego lego, tu audis, ille docet: nos proficimus, uos tacetis, illi nugantur.

DE CONCEPTIONE perſonarum.

Poſſunt ne complures nominatiui verbo præponi? Admodum. Sed tunc numeri pluralis, vt verbum ſit, neceſſe fuerit. Vt enim ſingularem unus nominatiuus, ita pluralem numerum, flagitant qui plures ſunt.

Verum quotæ perſonæ oportuerit eſſe verbum? Quotæ fuerit nominatiuum is, quo præſtantior demonſtrabitur perſona: vt quoties aderit prima perſona, ſemper intelligatur præſtantior, alioqui ſecunda præualebit. Iam ego & tu efficiunt nos. Tu & ille, uos: ego & tu ille, nos: ut, ego & tu uni doctori operam damus. *Io & tu ſiamo ſogetti a un regente.* Tu & ille mihi traditi eſtis in diſciplinam. *Tu & eſſo mi ſete ſtati dati eſſere miei ſcolari.*

DE CONCEPTIONE Generum.

Ac ſimile quiddam fit in conſenſu adiectiui, & ſubſtantiui: itemque relatiui, & antecedentis, quum duo triave ſubſtantiua diuerſorum generum accommodantur uni adiectiuo aut relatiuo. Primum enim oportet hoc eſſe numeri pluralis, quia multis reſpondet; deinde generi adformari, quod cæteris præſtat. Iam maſculinum præſtat fœminino, & neutro. rurſus neutrum fœminino: ut, uir & mulier religioſi, qui pro eo ac debent, conditorem ſuum reuerentur. Lena & ſcortum ſunt reipublicæ pernicioſa.

Quo modo ſubſtantiuis, uel cuiuslibet generis res animatas ſignificantibus, & adiectiuum, & relatiuum ad neutrum genus transferri ex uſu omnium latinè dicentium conſtat, vt vrbs, & templum dedicata ſunt. Labor & voluptas, quæ natu-

ra diſſimillima uidentur, tamen ſocietate quadam inter ſe naturali ſunt innexa. Et ferè ira & cōcitatio ſurori ſunt affinia.

Habemus de Congruentia. Iā percontemur de Exactione.

DE EXACTIONE.

Exactio quid eſt? Partiū orationis uis quædam, & natura, qua in certo caſu, aut modo alia aliam ſibi adiūgi poſtulat.

Iſta uis ac natura in quot orationis partibus ineſt? In omnibus.

Omnibusne ex æquo ſine diſtinctione aut exceptione? Hoc quidē mihi non ita uidetur. Quoniam vt non aliud, certè hoc intereſt, quòd uerbum, in quo ipſo eſt tota uis ſermonis, quodq; orationis totam conſtructionem gubernat, & à fronte & à tergo ſibi aut caſum aut aliud quippiam loco caſus adſtrui vult atq; exigit: reliquæ orationis partes tantummodo certum ſibi quempiam caſum poſt ſe adſciſcunt: quippe uerbo ſubiectæ, ut ſine quo nihil prorſus effecturæ ſint. Quo et nunc clarius appareat, quàm meritò dicatur uerbum de oratione dominari, & caput eſſe. Tum excipiēda eſt coniunctio, quia cæteras orationis partes ad ſui declarationem hæc uſquam exigit, ſed eis tantum pro uinculo adhibetur, ut copulet, & connectat nunc uerba & ſenſus, nunc uerba tantum, nunc ſenſus tantum. Nam ꝙ ſimiles caſus, & modos uerbi exigere dici poſſit coniunctio, hoc eo intellectu accipiendum eſt, ut quæcunque alia orationis pars caſum aut modū uerbi explanandi ſui cauſa ſibi adſciuerit, huic caſui aut modo, ſi opus erit alium quem aut caſum aut modum adnectere, per coniunctionem id quidem fiat, ſed ita ut neceſſe ſit, hunc eundem caſum aut modum omnino ſimile ineſſe ei, quem ea pars ſibi prius in conſtructione adiunxerit: quo fit, ut caſus per coniunctionem copulati, aliunde, nōn ex ipſa coniunctione pendeant, nec eam declarent, ſed eam duntaxat partem, abs qua (vt ſic dicam) reguntur, ſeu adſciti ſunt. Iam hic Exigentiam uocamus, quum partes orationis aliæ alias certis rationibus & modis aſſumunt, ad explanandam, atque implēdam ſignificationem ſuam, quomodo ſubſtanti

uum ubi adiungit adiectiuum, ſi uidelicet abſque eo non ſatis, aut non adeo expreſsè, aut leganter intelligatur. Et uerbum exigit aduerbium, atque item præpoſitionem cum ſuo caſu: immò & alterum verbum, idq; alius modus, ſi aliter ſenſus perfici non queat.

Quotuplex facis exactionem? Duplicem: Vnam à priore, alteram à poſteriore.

Exactionem a priore, quibus tribuis? Soli verbo. Quibus poſteriorem? reliquis omnibus (ut dixi) extra unam coniunctionem.

DE EXIGENTIA VERBI PERSONALIS A PRIORE.

Verbum perſonale quid exigit ante ſe?

Omne uerbum perſonale finiti modi exigit ante ſe nominatiuum eiuſdem ſecum numeri, & perſonæ, expreſſum, uel ſubauditum, aut quippiam pro nominatiuo, puta uel infinitiuum, uel alium quem modum cum ſua conſtructione.

Non hic hæreo: *Io non ſto qui.* Albus ſis an ater neſcio. *Io non ſo quello che tu ſia.* Quod vales bene eſt: *che tu ſei ſano e bene.* Non eſt quod agas gratias. *Non è coſa che tu mi debbi ringratiare.*

Quem uocas modum finitum? Vnum quemuis è quatuor primis. Quem infinitum? Solum quintum.

Quid uero imperſonale uerbum exigit ante ſe? Obliquum aliquem caſum.

Quem uocas obliquum caſum? Omnem eum, qui rectus non ſit.

Quot ſunt recti? Duo. Nominatiuus, & vocatiuus. Cur nominatiuus dicitur rectus? Quia hic aliunde non deflectitur. Vnde uſurpatiuè etiam dicitur caſus. cum aliunde nō cadat. Tum a fronte verbi in oratione collocatus, in faciem eiuſdē verbi directo intuetur, & ante illud ſtat rectus.

Et uocatiuus? Hic etiam rectus appellari ſolet, opinor, quia nominatiuo ferè ſimilis eſt, & quia etiam præcedit verbum.

Quot

Quot ſunt obliqui? Quatuor, Genitiuus, Datiuus, Accuſatiuus, Ablatiuus.

Cur dicuntur obliqui? quia a recto deflexi ſunt omnes, nec ante finita verba conſiſtere queunt: itaque ad verba, cum quibus conſtruuntur non niſi obliquè reſpiciunt.

Traditur ne ullus generalis canon de anteriore verbi imperſonalis exactione? Nullus. Eſt enim multiplex & uaría imperſonalis uerbi anterior exactio, nihilo ſecius, ac poſterior, Proinde de ea nihil ſemel atque in uniuerſum præcipi poteſt, ſed tractanda eſt ſimul cum poſteriore: id quod infra commodius ſuo loco fiet.

In exigentia anteriore uerbi perſonalis quid requiſiſti? Congruentiam ipſius ueibi cum ſuo recto in numero, & perſona. Quid in exigentia anteriore imperſonalis uerbi, ullamen congruentiam? Nullam: quia illic nec in numero, nec in perſona errari poteſt.

Age uero circa poſteriorem exigentiam utriuſque horum ecquid ſpectandum, atque obſeruandum cenſes? Ante omnia delectum.

DE DELECTV.

Quem mihi Delectum narras? Ne uidelicet quemcunque caſum verbo exigentiæ regula conceſſerit, hunc illi cõtinuo ſubiiciẽdum putemus. Quia iuxta Latinæ linguæ idiotiſmos accuratam ſingularum dictionum electionem ad noſtri ſermonis texturam adhibeamus. Nam, ago tibi gratias, rectè dicimus. quod Italicè eſt, *io ti ringratio*. Facio tibi gratias, non item. Et ſi utrunque horum actiuum verbum eſt, admittens poſt ſe tranſitiue accuſatiuum. Itidem, Dare verba, Latinis tritum eſt, pro eo quod eſt fallere, atque eludere. Tradere, ſeu Præbere verba, pro eodem, inaudiium. Eiuſmodi ergo ſunt ea, in quibus haberi delectum præcipimus. Neque enim protinus, quicquid ex præſcripto ex grammaticorum canonum dicatur, ob eam modo cauſam rectum exiſtimari debet. Alioqui ſcire gratiam, *ſapere gratia*, & facere honorem, *fare honore*, quæ planè Italicè ſunt,

latinè defendi poſſent: quum habere gratiam,& habere honorem, apud Latinos dicere ſit moris. Verborum igitur electione diligenti opus eſt, & iudicio, ne latinitatem quaſi obtorto collo ad linguæ nobis uernaculæ conſuetudinem trahamus: quod Notarij publici, & Legulei, & Rabulæ forenſes, & Theologi, ac Philoſophaſtri, & cæteri eiuſdem farinæ Gothici pleriq; omnes facere ſolent. Sed uerè Romano patrium ſermonem potius ſeruire cogamus: duntaxat uti latinè dicere uelimus. Quanquam in multis eſſe linguarum cognatio quædam uidetur. rectè. n. grecè dixero οἶδά σοι χάριν ubi Italicè dicam, Scio tibi gratiam, ac latinè quidem rurſum, Nollem tam multam in eo operam ponere, ſimiliter, ut Italicè protulero, *Io non uorrei mettere tãta fatica in quella*. Sed quoniam hoc perpetuum non eſt, nec uſu paſſim euenit id, dandam eſſe operam dixi, ut ſic interpretentur ac conferantur linguæ, ne ulla earum proprietati uis adferatur: ſed ſua cuique integra ſeruentur dicendi genera. Huius autem rei copiam faciet, & dabit diligens auditorum lectio, & tractatio, cum ſolicita ac prudenti obſeruatione.

Num etiã in aliis conſtructionibus poſtulabitur delectus? Quidni? Vel in coniunctionibus requiretur, non modo in reliquis partibus orationis, quarum propria eſt caſuum exactio: nam, neq, uero, age uero, at uero dicimus, neq; autem, at autem, age autem, non dicimus. Cum è diuerſo, non uerò haud dicamus, ſicut non autem, quia hoc uſitatum, illud receptum non eſt. Ergo his quoq, conſtructionibus neceſſaria eſt uerborum electio, ut dici liceat in ſumma, latine orationis elegantiam in diligenti uerborum electione, aptaq; eorundem collocatione, & ſtructura totam conſiſtere. Sed harum rerum pleni ſunt libri elegantiarum Vallæ.

Adſentior. Cæterum eandem iſtam à poſteriore exigendi rationem, quoniam ad omnes orationis partes extra unam coniunctionem pertinere etiam dixiſti, agendum liceat de his ordine quærere.

Interroga, ut lubet.

De

De exigentia poſteriore ſingularum partium orationis, ac primum nominis.

Quot caſus exigit nomen a poſteriore? Quatuor, Genitiuum, Datiuum, Accuſatiuum, & Ablatiuum.

Quæ nomina exigunt genitiuum? Subſtantiua, & adiectiua.

Tenes regulam de ſubſtantiuis? Teneo, cedo.

Vbicunque in ſermone Italico poſt vnum aliquod ſubſtantiuum nomen, cuiuſcunque generis, & numeri, & caſus id fuerit, atque adeo undecunque idem pependerit: Quoties in quam, poſt id nullo intermedio ſtatim ſequetur alterum diuerſæ rei ſubſtantiuum, cum articulo Italico genitiui caſus, ſibi ex ipſis Italici ſermonis proprietate & vſu prepoſito, cuiuſcunque etiam generis ac numeri nomen hoc ſubſtantiuum ſequens fuerit, ipſum in ſermone latino genitiui caſus eſſe oportebit. Vt,

La camiſa del garzone, Subucula pueri. *La bottega dello mercante.* Taberna mercatoris. *La ſtamparia dello ſtampatore,* Officina typographi. *Le arme della nobiltà,* Nobilitatis inſignia. *Il manego della ſpada,* Capulus enſis. *Vna botte di uino.* Dolium vini. *Vno gotto di uino,* Cyathus vini. *Vno moggio di ſale,* Modius ſalis. *Vno paro di guanti,* Par manicarum. *Vno paro di calzette,* Par tibi alium. *La lettiera del letto.* Fulcrum lecti. *La cima del baſtone,* Extremum baculi.

Qui ſunt articuli Italici genitiui caſus? *De, del, dello, delli, Singulari. Delli, degli, delli, plurali.*

Atqui iidem hi ſunt etiam ablatiui caſus. Quo diſcrimine alteros ab alteris ſecerni atque internoſci licebit? Quando non repugnante verborum ſenſu genitiuus is reſolui poterit in nominatiuum, cum verbo habet, ſeu poſſidet, mutato ſubſtantiuo illo, vnde idem genitiuus pependerit, in accuſatiuum nominis relatiui ſubſtantiæ, hoc erit ſigni, Italicum illum articulum eidem genitiuo Italicè præpoſitum haberi, & eſſe oportere genitiui caſus. *Vt, il compagno di Vliſſe.* Co-

mes Vlyſsis,quia Vlyſſes habet comitem, *Le coſcie dello lepre.* Clunes leporis, Quia lepus habet clunes. *La ſpalla dal montone.* Armus arietis, ideſt, Armus quem habet aries. *Il roſſo dell' ouo*, luteum oui, ideſt luteum quod habet ouum, atq; item in aliis.

Quando uero non poterit fieri talis reſolutio, obſtante ſermonis ſenſu, aut quando per articulum dabitur intelligi, rē eſſe, quæ ab aliqua re alia dici ac denominari, fieri, aut haberi ſignificetur, argumento id erit, articulū eſſe potius ablatiui caſus. Vt, *lo huomo dallo cauallo, il qual'e appreciaui*, homo ab equo, quem licitabare, non homo equi, ſicut mercenarii a uilla, *gli mercenarii della uilla.* Eius famulus a pedibus, *il fante dal li piedi*, non eius famulus pedum. Miniſter eius a cubiculis, *miniſtro della camera*, homo a prælectionibus, a ſtudiis, & memoria rerum excolēdarum. *Huomo dalla lettura, dalli ſtudij, & littere.* Hinc dicimus. Erat ei à prelectionibus. *Quelli ſeruiua alle lettioni.* Sum tibi à ſtudiis, *io ti ſeruo alli ſtudij.* Sum tibi ā memoria rerum excolēdarum. *Io ti ſon ſeruitore a intender li buoni libri & autori. Giouane dalla botega.* Iuuenis a taberna, alioqui tabernæ adminiſtrator, pro famulo qui merces in taberna tractat, *il ſeruitore dalla botega*, rectum erit, habet enim, & taberna ſuum adminiſtratorem. Item, Petrus a Lugduno, nō Lugduni. Franciſcus a Turnone, non Turnonis: nec dicitur, eſt Turnonis, *ello e da Turnon:* ſed, eſt à Turnone. Ita Franciſcus à Claro monte: non Clari montis, Ioannes à Prato, non Prati. In quibus de articulus Italicus plane ac ſine controuerſia eſt ablatiui caſus, & ad ablatiuum pertinet, niſi uidelicet, quum hæc Latinis eleganter transfigurantur in epitheta: ut Franciſcus Clarimontanus: Petrus Lugdunenſis: Turnonius heros: quemadmodum dicimus, a manibus, & amanuenſis: ſecretarius, & à ſecretis: quæ omnia multo latius ac fuſius diſperſa ſunt, ac diſsipata, quam ut una aliqua præceptione aſtringi, & concludi poſsint: ſed diligenti obſeruatione opus eſt, propterea quòd in eis paſsim uulgo peccatur.

Eſt tamen ubi interim genitiuum conſtruere licet, aut ablatiuum cum præpoſitione de, e, uel ex, abſque diſcrimine,

mine, nempe caſum materici, ex qua aliquid eſſe ſeu conſtare ſignificetur.

Vt aceruus lapidum, & ex lapidibus. Virgilius.
Monte ſub hoc lapidum tegitur Baliſta ſepultus.
Crater argenti, apud Perſium, & Crater ex argento, aut etiam, Crater argenteus. Vas è vitro, aut uitreum, aut vitri. Subucula lini, aut è lino. Veſtis è ſerico, aut ſerica, ſeu ſericea. In quibus omnibus etiam exprimitur Italicus articulus de.

Atque huc referri licet partitiuorum naturam.

Optimus plebis, & optimus de plebe: eorum vnus, & ex eis vnus. Alius autem cuiuſdam rationis, & formę ſunt. Omnium horarum homo, *huomo di tutti*. Et perpaucorum hominum homo, *huomo di puochi huomini*.

Alicubi magis conuenit loqui per ablatiuum cum præpoſitione, ut in exprimenda origine, aut efficiente, atq; autore cauſa.

Ex illuſtri familia uir: *huomo di nobile famiglia, gentilhuomo*; ſic enim accommodatius diciturad id, quod ſignificatur, quàm uir illuſtris familiæ: nam alioqui vir illuſtris familiæ eadem ratione dicitur qua uir incertæ originis; ideſt, cuius origo incerta eſt. Similiter uirgo è diuite ac potenti domo, *figliuola di ricca & potente caſada*: potius quàm, prædiuitis ac potentis domus, quaſi uidelicet ſubaudias illic nata, ſeu orta. Sic omnino, uir ex Deo, ſignificantius etiam, quàm uir Dei; quaſi etiam dicas uirum, qui totus a Deo effictus ac compoſitus ſit ad ea, quæ ſunt ipſius Dei: alioqui dubium nō eſt, quin Dei ſimus omnes: Sic optimus max. præceptor, & dominus noſter CHRISTVS, Vos, inquit ex patre Diabolo eſtis, potius quàm patris diaboli. Sic & Terētius (ut miſceam ſacra prophanis.) Et primum ab illo animaduertenda iniuria eſt. Iniuria ab illo, inquit, ſignificantius omninò, quàm ſi dixiſſet, iniuria illius: id quod uel cæco appareat. Nam in illo, ab illo, nulla ſubeſſe poteſt am-

phibologia:in illius, ſubeſſet. Quippe quũ is genitiuus & actiuè & paſſiuè ſignificare poſſit, vt ſit iniuria illius,& quam fecerit,vel quam paſſus ſit. Sicut in Eunucho: Vbiuis adſunt tibi dona a Phædria? Nam ſi Phædriæ dona dixiſſet,dubium erat, vtrũ diceret, donane quæ Phædria alicunde accepiſſet, & vt ſua haberet: an quæ his ad Thaidem mitteret. Ergo adſunt tibi hic a Phædria dona, rectius etiam dixit, quam adſunt tibi hic Phædriæ dona. Simile eſt Ciceronianum illud de Orato. A cæteris ſilentium, ab oratoribus ſolitudo, nempe quòd cæteri ſilerent, & oratores ſolam reliquiſſent, ideſt, deſeruiſſent curiam. Vitanda eſt enim ubique, quoad eius, fieri poteſt, amphibologia. Alioqui indifferenter dici poterit, hoc tuum eſſe credebam,& hoc eſſe à te credebam. *Io credeua che tu foſſi l'auttore, & l'inuentore di queſto.* Hoc Plauti eſt, ſeu è Plauto ſeu Plautinum. Quamquam etiam, amicus ex animo, magis mihi quidem arrideat, quàm amicus cordis, & è ſchola Socratis aut Platonis diſcipulus, quam ſcholæ Socratis aut Platonis.

Nec omnino diuerſa erit conſtructio, vbi Italicè dicitur, de caſa o della: ibi enim ablatiuo cum præpoſitione a vel ab, aptior ferè (mea quidem ſententia) locus eſt quàm genitiuo: nam genitiuo inibi etiam locus eſſe, non ſum qui negem.

. Terent. Quis a me tam grauiter pepulit fores? Ideſt, meas, ſeu domus meæ: *Chi ha coſi forte battuto alla mia porta, o de caſa mia.* Alibi: A me neſcio quis exit: *Io non ſo chi vſciſſe della caſa mia.* Alibi: Concrepuit a Glycerio oſtiũ. Quum, oſtium Glycerij ſine uitio dicere potuiſſet, ſicut M. Cicero, lib. I. de Oratore, Teſtis eſt inquit. Quin. Mutii ianua, & ueſtibulum. Item alibi idem Terent. ab Andria eſt ancilla hæc: quum Andriæ ancilla dicere potuiſſet, *Queſta ancilla è di caſa d' Andria.* Rurſus alibi idem. A uobis eſt inquit, de puero loquens. *Le de caſa uoſtra*, quum ueſter eſt, etiam ibi dicere potuiſſet. Sic, à me tibi dabo clamidem: *Io ti darò il mantello di caſa mia.* Aut, a me, ideſt, meam. Hæc ſine dubio latiſſi-

latiſſimè patent etiam extra hunc ſenſum: vt a Laurentio Valla elegantiarum præceptiones: &, Laurentii Vallæ elegantiarum ſeu de elegantijs præceptiones. Quintiliani oratoriæ inſtitutiones: & a Quintiliano oratoriæ inſtitutiones.

Non etiam conſtrui poſſunt ſubſtantiua nomina cum ablatiuo ſine præpoſitione? Non per ſe. Quid eſt, non per ſe? Nam quod conſtruantur cum ablatiuo ſine præpoſitione, ſimiliter ac cum genitiuo, quum tribuimus cuipiam aliquid in laudem, aut vituperium, id efficitur adiectiuo, ſeu epitheto ipſius laudis, aut vituperij. Vt,
Puer ingenii ſummi, & ingenio ſummo: homo valentisſimi corporis, & ualentisſimo corpore: mulier perfrictæ frontis, & perfricta fronte, *femina ſenza vergogna.*

Nec alios caſus admittunt ſubſtantiua? Non. Quid ergo fit reliquis obliquis? Eos adiectiua ſibi adſciſcunt. Non hæc etiã genitiuum ſibi adſciſcunt? Quid ni? Pleraque ſingularem & pluralem genitiuum nullo diſcrimine. Quædam pluralem tantum.

Quæ adiectiua vtrumuis genitiuum flagitant?
Expers belli: *Quello che non ſa di guerra.* Peritus rerum. Fidens animi: Cupiens lucri. Figurans litium. *Quello che porta la fatica:* Tolerans laboris. *Quello che porta la fame,* patiens inediæ: Profuſus ſui: *Quello che è prodigo del ſuo.* Participalia ferè ſunt, & verbalia, & actiuè ſignificant.

Quæ adiectiua genitiuum multitudinis tantum admittunt? Partitiua, idque cum generis conſenſu.
Vterque noſtrum: Alter Aiacum: Sodalium Franciſcanorum quiuis: Quidam tuorum: Si quiſquam horum: Quicunque ciuium. Huius nationis quiſpiã: Vnus virorum. Primus auditorum, Item gradus comparationis Nigræ lanarum, Fortior manuum: Omniũ præſtantisſimus, & hoc genus cætera.
Cur genitiuum multitudinis, quàm pluralem maluiſti? Vt ſingularem genitiuum collectiui nominis complecteres,

qui

Da intendendi, ut ualde, magnopere, impenſe, longè, prorſus, omnino.

Da remittendi, ut ſenſim, paulatim, uix, ægrè, penè, ferè, temerè pro ferè.

Species aduerbiorum quot ſunt? Duæ. Primitiua, ut ſæpe, clàm. Deriuatiua, ut ſæpicule, clanculum.

Figuræ aduerbiorum quot ſunt? Duæ. Simplex, ut diu, Cōpoſita ut interdiu.

INTERIECTIO.

INteriectio quid eſt? Pars orationis indeclinabilis, mentis affectum uoce incondita ſignificans.

Interiectioni quot accidunt? vnum tantum.

Quod? Significatio.

Significationes interiectionum quot ſunt?

Complures. Oſtende.

Admirantis, ut pape. Exultantis, ut euax.
Dolentis, ut heu, hoi, ah. Blandientis, ut amabo, ſodes.
Ex improuiſo aliquid deprehendentis, ut atat.
Vitantis, ut apageſis. Laudantis, ut euge.
Exclamantis, proh, o. Execrantis, ut uæ, uah.
Iraſcentis, ut nefas, malum, infandum.
Minantis, ut ueh. Vocantis, ut ehodum.
Silentium iniungentis, ut, au, ſi, ſt.

CONIVNCTIO.

COiunctio quid eſt? Pars orationis indeclinabilis, adnectens ordinansq; orationis partes, & ſententias.

Coniunctioni quot accidunt? Tria. Quæ? Poteſtas, ordo, & figura.

Poteſtas coniunctionis quot ſpecies habet? Sex. Quas? Copulatiuam, diſiunctiuam, aduerſatiuam, expletiuam, cauſalem, & collectiuam.

Da copulatiuas, ut, &, quæ, atque, ac, etiam, ſimul, quum, tum

Da diſiunctiuas,ut,aut,uel, ne,nec,neque,ſiue, ſeu.

Da aduerſatiuas, ut,at,ſed, cæterum, uerò, porrò, atqui, tamen,ueruntamen,licet,quanquam,quamuis,etſi, etiamſi, tametſi, ſaltem.

Da expletiuas, vt quidem, equidem,ſed enim,etenim, enimuero, autem.

Da cauſales,ut nam,nanque,enim,etenim,quia,quòd pro quia,quoniam,quando,quandoquidem,ſi,ſiquidem,niſi,ni, propterea, quòd,quippe,ut potè,ſiquidem,quin,quinetiam, ſin,præſertim,alioqui,quatenus, præterea.

Da collectiuas. ut, ergo, ideo, igitur,itaque,idcirco,quare,quamobrem,quocirca,proinde, ideoque.

Quot ſunt ordines coniunctionum? Tres.Qui? Præpoſitiuus,ſubiunctiuus, & communis.

Quæ ſunt coniunctiones præpoſitiui ordinis? Et,ac,atque, at,aſt,aut,neque, nec,ſi,quin,quatenus,ſin,ſeu,ſiue niſi, ni.

Quæ ſunt coniunctiones ſubiunctiui ordinis? Quæ,ne, ue, quidem, quoque, autem,uero.

Quæ ſunt communis? Ferè reliquæ,ut equidem, igitur,tamen,ergo, &c.

Quot ſunt figuræ coniunctionum? Duæ.Simplex,ut nam. Compoſita,ut nanque.

DISTICHON.

Sunt leuia, at rudibus prodeſſe utcunque uolebam.
Quid moror,his ſaltem dum mihi obfuerim.

DE CONSTRVCTIONE OCTO PARTIVM orationis.

HActenus de ſingulis partibus orationis extra complexum: nunc de iiſdem coniunctis:ideſt,de ipſa oratione,quærendum uidetur.

Igitur ex his partibus,quænam eſt orationis faciundæ ratio, per Syntaxin.

DE SYNTAXI.

Quid eſt Syntaxis? Orationis partium quaſi ſtructura quædam, & inoffenſa copulatio, ad explicandam aliquam animi conceptionem, hoc eſt ad formandam atque edendam orationem.

Quid eſt inoffenſa? Ideſt, recta & congruens, ac ſine uitio, & in qua nuſquam impactum ſit in peccatum.

Vnde figuratum eſt nomen Syntaxis? A ſecunda perſona ſingularis præteriti perfecti indicatiui uerbi paſſiui *συντάττομαι*, ideſt, coordinor: eſt enim illud *συντίταξαι*, unde *σύνταξις*, ideſt coordinatio.

Omnes ne orationis partes neceſſe eſt ſimul ordinari & cōſtrui, ut iſtud opus exædificetur, hoc eſt, ſtruatur & fiat oratio? Duas quidem ſemper. Nomen & verbum: quæ ob eam cauſam principes loquendi partes ſunt, quod in huiuſmodi conſtructione ſententiam vel ſolæ abſoluent. Reliquas non item ſemper adeſſe oportet: ſed tantum ubi ſignificandarum rerum ſeries id poſtulat. Nam ut ſenſus in animo dicturi, aut dicentis erit: ita hæ ad nomen & verbum alias plures, alias pauciores adiungentur, quo ſenſum illum eædem uel impleant, vel expresſius declarent: vel quò etiam dictionem ipſam, ac loquendi formam lepidius exornent: alioqui ad ſermonem prorſus inutiles futuræ, abſque ſuperiorum nominis & verbi ſenſui accommodato complexu.

Quod hic ſermonem dicis, non id etiam vocas orationem? Vero.

Id ergo quid eſt? Quæuis rerum ſeries dictione explicata.

Quam mihi dictionem narras? Illum ipſum, de quo dixi, rectum & congruentem vocum, ſeu verborum contextum, quo certus de re aliqua animi ſenſus idoneè profertur, atque enunciatur.

Iſtum ipſum vocum contextum, nonne iam Syntaxin, ſeu orationis conſtructionem appellaſti? Prorſus.

Dic igitur, Syntaxis, ſeu partium orationis coordinatio, ſeu mauis orationis contextus & ſeries, hoc eſt, Orationis cō

ſtructio,

ſtructio, quot & quibus rebus conſtat? Duabus, Congruentia & Exactione.

DE CONGRVENTIA.

Quid eſt Congruentia? Declinabilium orationis partium in aliquot accidentibus, certus inter ipſas conſenſus.

Quot partium eſt is conſenſus? Duarum earundem illarum principalium nominis, acverbi.

In quot accidentibus eſt? quatuor: Numero, Caſu, Genere, Perſona.

DE CONGRVENTIA NOMINIS.

Et nominis congruentia quicum eſt? Cum altero nomine, ſed bipartita eſt. Eſt enim congruentia Adiectiui cum ſubſtantiuo, & relatiui cum antecedente.

DE CONGRVENTIA adiectiui, & ſubſtantiui.

Adiectiuum cum ſubſtantiuo in quot accidentibus conſentire debet? In tribus. In quibus? Numero, caſu, genere, ut vir bonus, uxor caſta, mancipium uile.

DE CONGRVENTIA RELATIVI.

Relatiuum cum antecedente in quot accidentibus concordare debet: In tribus. In quibus? In numero, genere, & perſona.

Vrbem quam dicunt Romam, Melibœe putaui
Huic noſtræ ſimilem.

DE RELATIVIS.

quid eſt relatiuum? quod refert & repetit antecedens.

quid eſt antecedens? Id, ſine cuius intellectu non conſiſtit relati-

Interrogatiuum & Reſponſiuum in quot accidentibus debent conuenire? In uno. In quo? in caſu, niſi quid fortè prohibet, atque impedit diuerſa earundem partium orationis exigentia.

Nihil præterea requiritur in conſenſu interrogatiui & reſponſiui? Illud ſcilicet, vt interrogatiuo ſuũ accõmodetur reſponſiuum, ut, Quem quæritis? Ieſum Nazarenum tantũ. Quis uocare? Claudius. Cuius eſt liber? Ioannis. Cui bene facias? Egenti. Qualis eſt præceptor? Non indoctus. Quantus erat Aeneas? Magnus. Quantus Iulus? Paruus. Quot domos habes? Duas, tres. Quotus uis cœnare? *quale uolete uoi eſſere a cena?* Secundus, aut tertius; *ſecondo o terzo.* Quoteni ibant? Bini, terni, &c. Quotuplum reddit tuus fundus? Decuplum, &c. Quotuplex eſt ueſtis? Duplex. Cuius es genere? Gallus. Cuias es patria? Lugdunenſis. Cuias profeſsione? Grammaticus, in quibus omnibus reſponſiua cum interrogatiuis conueniunt in ſignificatione.

Cur in conſenſu interrogatiui & reſponſiui excepiſtis, ſi forte prohiberet diuerſa orationis exigentia? Quia percontãti quanti quippiam emeris. Reſpondere non poſsis ſcutati, ſed ſcutato tantum: idque neceſſariò, ob diuerſitatem cõſtructionis, quæ in eo genere eſt. Rurſum quærenti, cuius ſit atramentarium quodpiam, non tui, ſed tuum dici oportebit: atq; hoc itidem quadam uelut neceſsitate.

DE CONGRVENTIA VERBI.

Verbi autem conuenientia quotuplex? Vnica & ſimplex: nempe ſolius uerbi perſonalis finiti modi, cum nominatiuo, quem id ante ſe requirit.

Cur ſoli uerbo perſonali finiti modi congruentiã tribuis? Quia quæcunque uerba nec finitas perſonas, nec certos numeros habent, ea ſola exactione contenta ſunt: nec poſſunt non concorditer ſatis congruere cum omni perſona, & utroque numero.

Verbum

Verbum ergo perſonale finiti modi, in quot accidentibus conſentire debet cum ſuo nominatiuo? In duobus. In quibus? Numero & perſona, vt ego lego, tu audis, ille docet: nos proficimus, uos tacetis, illi nugantur.

DE CONCEPTIONE perſonarum.

Poſſunt ne complures nominatiui verbo præponi? Admodum. Sed tunc numeri pluralis, vt verbum ſit, neceſſe fuerit. Vt enim ſingularem unus nominatiuus, ita pluralem numerum, flagitant qui plures ſunt.

Verum quotæ perſonæ oportuerit eſſe verbum? Quotæ fuerit nominatiuum is, quo præſtantior demonſtrabitur perſona: vt quoties aderit prima perſona, ſemper iutelligatur præſtantior, alioqui ſecunda præualebit. Iam ego & tu efficiunt nos. Tu & ille, uos: ego & tu ille, nos: ut, ego & tu uni doctori operam damus. *Io & tu ſiamo ſogetti a una regente.* Tu & ille mihi traditi eſtis in diſciplinam. *Tu & eſſo mi ſete ſtati dati eſſere miei ſcolari.*

DE CONCEPTIONE Generum.

Ac ſimile quiddam fit in conſenſu adiectiui, & ſubſtantiui: itemque relatiui, & ante cedentis, quum duo triave ſubſtantiua diuerſorum generum accommodantur uni adiectiuo aut relatiuo. Primum enim oportet hoc eſſe numeri pluralis, quia multis reſpondet: deinde generi adformari, quod cæteris præſtat. Iam maſculinum præſtat fœminino, & neutro. rurſus neutrum fœminino: ut, uir & mulier religioſi, qui pro eo ac debent, conditorem ſuum reuerentur. Lena & ſcortum ſunt reipublicæ pernicioſa.

Quo modo ſubſtantiuis, uel cuiuslibet generis res animatas ſignificantibus, & adiectiuum, & relatiuum ad neutrum genus transferri ex uſu omnium latinè dicentium conſtat, vt vrbs, & templum dedicata ſunt. Labor & voluptas, quæ natu-

ra diſsimillima uidentur, tamen ſocietate quadam inter ſe naturali ſunt innexa. Et ferè ira & cõcitatio furori ſunt affinia.

Habemus de Congruentia. Iã percontemur de Exactione.

DE EXACTIONE.

Exactio quid eſt? Partiũ orationis uis quædam, & natura, qua in certo caſu, aut modo alia aliam ſibi adiũgi poſtulat.

Iſta uis ac natura in quot orationis partibus ineſt? In omnibus.

Omnibusne ex æquo ſine diſtinctione aut exceptione? Hoc quidẽ mihi non ita videtur. Quoniam vt non aliud, certè hoc intereſt, quòd uerbum, in quo ipſo eſt tota uis ſermonis, quodq; orationis totam conſtructionem gubernat, & à fronte & à tergo ſibi aut caſum aut aliud quippiam loco caſus adſtrui vult atq; exigit: reliquæ orationis partes tantummodo certum ſibi quempiam caſum poſt ſe adſciſcunt: quippe uerbo ſubiectæ, ut ſine quo nihil prorſus effecturæ ſint. Quo et nunc clarius appareat, quàm meritò dicatur uerbum de oratione dominari, & caput eſſe. Tum excipiẽda eſt coniunctio, quia cæteras orationis partes ad ſui declarationem hæc uſquam exigit, ſed eis tantum pro uinculo adhibetur, ut copulet, & connectat nunc uerba & ſenſus, nunc uerba tantum, nunc ſenſus tantum. Nam ꝙ ſimiles caſus, & modos uerbi exigere dici poſsit coniunctio, hoc eo intellectu accipiendum eſt, ut quæcunque alia orationis pars caſum aut modũ uerbi explanandi ſui cauſa ſibi adſciuerit, huic caſui aut modo, ſi opus erit alium quem aut caſum aut modum adnectere, per coniunctionem id quidem fiat, ſed ita ut neceſſe ſit, hunc eundem caſum aut modum omnino ſimile ineſſe ei, quem ea pars ſibi prius in conſtructione adiunxerit: quo fit, ut caſus per coniunctionem copulari, aliunde, non ex ipſa coniunctione pendeant, nec eam declarent, ſed eam duntaxat partem, abs qua (vt ſic dicam) reguntur, ſeu adſciti ſunt. Iam hic Exigentiam uocamus, quum partes orationis aliæ alias certis rationibus & modis aſſumunt, ad explanandam, atque implẽdam ſignificationem ſuam, quomodo ſubſtanti

uum ubi adiungit adiectiuum, ſi uidelicet abſque eo non ſatis,aut non adeo expreſsè, aut leganter intelligatur. Et uerbum exigit aduerbium, atque item præpoſitionem cum ſuo caſu: immò & alterum verbum,idq; alius modus,ſi aliter ſenſus perfici non queat.

Quotuplex facis exactionem? Duplicem: Vnam à priore, alteram à poſteriore.

Exactionem a priore, quibus tribuis? Soli verbo. Quibus poſteriorem? reliquis omnibus(ut dixi) extra unam coniunctionem.

DE EXIGENTIA VERBI PERSOnalis a priore.

Verbum perſonale quid exigit ante ſe?

Omne uerbum perſonale finiti modi exigit ante ſe nominatiuum eiuſdem ſecum numeri, & perſonæ, expreſſum, uel ſubauditum, aut quippiam pro nominatiuo, puta uel infinitiuum, uel alium quem modum cum ſua conſtructione.

Non hic hæreo: *Io non ſtò qui.* Albus ſis an ater neſcio. *Io non ſo quello che tu ſia.* Quod vales bene eſt: *che tu ſei ſano e bene.* Non eſt quod agas gratias. *Non è coſa che tu mi debbi ringratiare.*

Quem uocas modum finitum? Vnum quemuis è quatuor primis. Quem infinitum? Solum quintum.

Quid uero imperſonale uerbum exigit ante ſe? Obliquum aliquem caſum.

Quem uocas obliquum caſum? Omnem eum, qui rectus non ſit.

Quot ſunt recti? Duo. Nominatiuus, & vocatiuus. Cur nominatiuus dicitur rectus? Quia hic aliunde non deflectitur. Vnde uſurpatiuè etiam dicitur caſus. cum aliunde nō cadat. Tum a fronte verbi in oratione collocatus, in faciem eiuſdē verbi directo intuetur, & ante illud ſtat rectus.

Et uocatiuus? Hic etiam rectus appellari ſolet, opinor, quia nominatiuo ferè ſimilis eſt, & quia etiam præcedit verbum.

Quot

Quot ſunt obliqui? Quatuor, Genitiuus, Datiuus, Accuſatiuus, Ablatiuus.

Cur dicuntur obliqui? quia a recto deflexi ſunt omnes, nec ante finita verba conſiſtere queunt: itaque ad verba, cum quibus conſtruuntur non niſi obliquè reſpiciunt.

Traditur ne ullus generalis canon de anteriore verbi impersonalis exactione? Nullus. Eſt enim multiplex & uaria impersonalis uerbi anterior exactio, nihilo ſecius, ac poſterior, Proinde de ea nihil ſemel atque in uniuerſum præcipi poteſt, ſed tractanda eſt ſimul cum poſteriore: id quod infra commodius ſuo loco fiet.

In exigentia anteriore uerbi perſonalis quid requiſiſti? Congruentiam ipſius uerbi cum ſuo recto in numero, & perſona. Quid in exigentia anteriore imperſonalis uerbi, ullam en congruentiam? Nullam: quia illic nec in numero, nec in perſona errari poteſt.

Age uero circa poſteriorem exigentiam utriuſque horum ecquid ſpectandum, atque obſeruandum cenſes? Ante omnia delectum.

DE DELECTV.

Quem mihi Delectum narras? Ne uidelicet quemcunque caſum verbo exigentiæ regula conceſſerit, hunc illi cõtinuo ſubjiciẽdum putemus. Quia iuxta Latinę linguæ idiotiſmos accuratam ſingularum dictionum electionem ad noſtri ſermonis texturam adhibeamus. Nam, ago tibi gratias, rectè dicimus. quod Italicè eſt, *io ti ringratio*. Facio tibi gratias, non item. Et ſi utrunque horum actiuum verbum eſt, admittens poſt ſe tranſitiue accuſatiuum. Itidem, Dare verba, Latinis tritum eſt, pro eo quod eſt fallere, atque eludere. Tradere, ſeu Præbere verba, pro eodem, inaudiium. Eiuſmodi ergo ſunt ea, in quibus haberi delectum præcipimus. Neque enim protinus, quicquid ex præſcripto ex grammaticorum canonum dicatur, ob eam modo cauſam rectum exiſtimari debet. Alioqui ſcire gratiam, *ſapere gratia*, & facere honorem, *fare honore*, quæ planè Italica ſunt,

Digitized by Google

latinè defendi poſſent: quum habere gratiam,& habere honorem,apud Latinos dicere ſit moris. Verborum igitur electione diligenti opus eſt, & iudicio, ne latinitatem quaſi obtorto collo ad linguæ nobis uernaculæ conſuetudinem trahamus: quod Notarij publici,& Legulei,& Rabulæ forenſes, & Theologi, ac Philoſophaſtri,& cæteri eiuſdem farinæ Gothici pleriq; omnes facere ſolent. Sed uerè Romano patrium ſermonem potius ſeruire cogamus: duntaxat uti latinè dicere uelimus. Quamquam in multis eſſe linguarum cognatio quædam uidetur. rectè. n. grecè dixero οἶδά σοι χάριν ubi Italicè dicam, Scio tibi gratiam, ac latinè quidem rurſum, Nollem tam multam in eo operam ponere, ſimiliter, ut Italicè protulero, *Io non uorrei mettere tãta fatica in quella*. Sed quoniam hoc perpetuum non eſt, nec uſu paſſim euenit id, dandam eſſe operam dixi, ut ſic interpretentur ac conferantur linguæ, ne ulla earum proprietati uis adferatur: ſed ſua cuique integra ſeruentur dicendi genera. Huius autem rei copiam faciet, & dabit diligens auditorum lectio, & tractatio, cum ſolicita ac prudenti obſeruatione.

Num etiã in aliis conſtructionibus poſtulabitur delectus? Quidni? Vel in coniunctionibus requiretur, non modo in reliquis partibus orationis, quarum propria eſt caſuum exactio: nam, neq; uero, age uero, at uero dicimus, neq; autem, at autem, age autem, non dicimus. Cum è diuerſo, non uerò haud dicamus, ſicut non autem, quia hoc uſitatum, illud receptum non eſt. Ergo his quoq; conſtructionibus neceſſaria eſt uerborum electio, ut dici liceat in ſumma, latinæ orationis elegantiam in diligenti uerborum electione, aptaq; eorundem collocatione, & ſtructura totam conſiſtere. Sed harum rerum pleni ſunt libri elegantiarum Vallæ.

Adſentior. Cæterum eandem iſtam à poſteriore exigendi rationem, quoniam ad omnes orationis partes extra unam coniunctionem pertinere etiam dixiſti, agendum liceat de his ordine quærere.

Interroga, ut lubet.

De

De exigentia poſteriore ſingularum partium orationis, ac primum nominis.

Quot caſus exigit nomen a poſteriore? Quatuor, Genitiuum, Datiuum, Accuſatiuum, & Ablatiuum.

Quæ nomina exigunt genitiuum? Subſtantiua, & adiectiua.

Tenes regulam de ſubſtantiuis? Teneo, cedo.

Vbicunque in ſermone Italico poſt vnum aliquod ſubſtantiuum nomen, cuiuſcunque generis, & numeri, & caſus id fuerit, atque adeo undecunque idem pependerit: Quoties in quam, poſt id nullo intermedio ſtatim ſequetur alterum diuerſæ rei ſubſtantiuum, cum articulo Italico genitiui caſus, ſibi ex ipſis Italici ſermonis proprietate & vſu prępoſito, cuiuſcunque etiam generis ac numeri nomen hoc ſubſtantiuum ſequens fuerit, ipſum in ſermone latino genitiui caſus eſſe oportebit. Vt,

La camiſa del garzone, Subucula pueri *La bottega dello mercante*. Taberna mercatoris. *La ſtamparia dello ſtampatore*, Officina typographi. *Le arme della nobiltà*, Nobilitatis inſignia. *Il manego della ſpada*, Capulus enſis. *Vna botte di uino.* Dolium vini. *Vno gotto di uino*, Cyathus vini. *Vno moggio di ſale*, Modius ſalis. *Vno paro di guanti*, Par manicarum. *Vno paro di calzette*, Par tibi alium. *La lettiera del letto*. Fulchrum lecti. *La cima del baſtone*, Extremum baculi.

Qui ſunt articuli Italici genitiui caſus? *De, del, dello, delli, Singulari. Delli, degli, delli, plurali.*

Atqui iidem hi ſunt etiam ablatiui caſus. Quo diſcrimine alteros ab alteris ſecerni atque internoſci licebit? Quando non repugnante verborum ſenſu genitiuus is reſolui poterit in nominatiuum, cum verbo habet, ſeu poſſidet, mutato ſubſtantiuo illo, vnde idem genitiuus pependerit, in accuſatiuum nominis relatiui ſubſtantiæ, hoc erit ſigni, Italicum illum articulum eidem genitiuo Italicè præpoſitum haberi, & eſſe oportere genitiui caſus. *Vt, il compagno di Vliſſe.* Co-

mes Vlyſsis,quia Vlyſſes habet comitem, *Le coſcie dello lepre.* Clunes leporis, Quia lepus habet clunes. *La ſpalla dal montone.* Armus arietis,ideſt, Armus quem habet aries. *Il roſſo dell' ouo*, luteum oui, ideſt luteum quod habet ouum, atq; item in aliis.

Quando uero non poterit fieri talis reſolutio,obſtante ſermonis ſenſu,aut quando per articulum dabitur intelligi, rē eſſe,quæ ab aliqua re alia dici ac denominari, fieri,aut haberi ſignificetur,argumento id erit, articulū eſſe potius ablatiui caſus. Vt,*lo huomo dallo cauallo,ilquale appreciaui*,homo ab equo,quem licitabare,non homo equi,ſicut mercenarij a uilla,*gli mercenarii della uilla*.Eius famulus a pedibus,*il fante dalli piedi*,non eius famulus pedum.Miniſter eius a cubiculis,*miniſtro della camera*,homo a prælectionibus,a ſtudiis,& memoria rerum excolēdarum. *Huomo dalla lettura,dalli ſtudij,& littere*.Hinc dicimus.Erat ei à prælectionibus.*Quelli ſeruiua alle lettioni*.Sum tibi à ſtudiis, *io ti ſeruo alli ſtudij*. Sum tibi à memoria rerum excolēdarum. *Io ti ſon ſeruitore à intender li buoni libri & autori.Giouane dalla botega.* Iuuenis a taberna, alioqui tabernæ adminiſtrator, pro famulo qui merces in taberna tractat,*il ſeruitore dalla botegā*,rectum erit, habet enim,& taberna ſuum adminiſtratorem.Item, Petrus a Lugduno,nō Lugduni.Franciſcus a Turnone, non Turnonis: nec dicitur, eſt Turnonis, *ello e da Turnon*: ſed,eſt à Turnone. Ita Franciſcus à Claro monte:non Clari montis, Ioannes à Prato, non Prati.In quibus de articulus Italicus plane ac ſine controuerſia eſt ablatiui caſus, & ad ablatiuum pertinet, niſi uidelicet, quum hæc Latinis eleganter transfigurantur in epitheta: ut Franciſcus Clarimontanus:Petrus Lugdunenſis: Turnonius heros:quemadmodum dicimus,a manibus,& amanuenſis:ſecretarius, & à ſecretis: quæ omnia multo latius ac fuſius diſperſa ſunt, ac diſsipata, quam ut una aliqua præceptione aſtringi, & concludi poſsint : ſed diligenti obſeruatione opus eſt,propterea quod in eis paſsim uulgo peccatur.

Eſt tamen ubi interim genitiuum conſtruere licet, aut ablatiuum cum præpoſitione de, e, uel ex, abſque diſcrimine,

mine, nempe caſum materici, ex qua aliquid eſſe ſeu conſtare ſignificetur.

Vt aceruus lapidum, & ex lapidibus. Virgilius.
Monte ſub hoc lapidum tegitur Baliſta ſepultus.
Crater argenti, apud Perſium, & Crater ex argento, aut etiam, Crater argenteus. Vas è vitro; aut uitreum, aut vitri. Subucula lini, aut è lino. Veſtis è ſerico, aut ſerica, ſeu ſericea. In quibus omnibus etiam exprimitur Italicus articulus de.

Atque huc referri licet partitiuorum naturam.

Optimus plebis, & optimus de plebe: eorum vnus, & ex eis vnus. Alius autem cuiuſdam rationis, & formæ ſunt. Omnium horarum homo, *huomo di tutti.* Et perpaucorum hominum homo, *huomo di puochi huomini.*

Alicubi magis conuenit loqui per ablatiuum cum præpoſitione, ut in exprimenda origine, aut efficiente, atq; autore cauſa.

Ex illuſtri familia uir: *huomo di nobile famiglia, gentilhuomo;* ſic enim accommodatius dicitur ad id, quod ſignificatur, quàm uir illuſtris familiæ: nam alioqui vir illuſtris familiæ eadem ratione dicitur qua uir incertæ originis, ideſt, cuius origo incerta eſt. Similiter uirgo è diuite ac potenti domo, *figliuola di ricca & potente caſada:* potius quàm, prædiultis ac potentis domus, quaſi uidelicet ſubaudias illic nata, ſeu orta. Sic omnino, uir ex Deo, ſignificantius etiam, quàm uir Dei; quaſi, etiam dicas uirum, qui totus a Deo effictus ac compoſitus ſit ad ea, quæ ſunt ipſius Dei: alioqui dubium nō eſt, quin Dei ſimus omnes: Sic optimus max. præceptor, & dominus noſter CHRISTVS, Vos, inquit ex patre Diabolo eſtis, potius quàm patris diaboli. Sic & Terētius (ut miſceam ſacra prophanis.) Et primum ab illo animaduertenda iniuria eſt. Iniuria ab illo, inquit, ſignificantius omninò, quàm ſi dixiſſet, iniuria illius: id quod uel cæco appareat: Nam in illo, ab illo, nulla ſubeſſe poteſt am-

phibologia:in illius, ſubeſſet. Quippe quũ is genitiuus & actiuè & paſſiuè ſignificare poſſit, vt ſit iniuria illius,& quam fecerit,vel quam paſſus ſit. Sicut in Eunucho: Vbiuis adſunt tibi dona a Phædria? Nam ſi Phædriæ dona dixiſſet,dubium erat, vtrũ diceret, donane quæ Phædria alicunde accepiſſet, & vt ſua haberet: an quæ his ad Thaidem mitteret.Ergo adſunt tibi hic a Phædria dona, rectius etiam dixit, quam adſunt tibi hic Phædriæ dona. Simile eſt Ciceronianum illud de Orato. A cæteris ſilentium, ab oratoribus ſolitudo, nempe quòd cæteri ſilerent, & oratores ſolam reliquiſſent, ideſt, deſeruiſſent curiam. Vitanda eſt enim ubique, quoad eius, fieri poteſt,amphibologia. Alioqui indifferenter dici poterit, hoc tuum eſſe credebam,& hoc eſſe à te credebam. *Io credeua che tu foſſi l'auttore,& l'inuentore di queſto.* Hoc Plauti eſt,ſeu è Plauto ſeu Plautinum.Quamquam etiam,amicus ex animo, magis mihi quidem arrideat,quàm amicus cordis, & è ſchola Socratis aut Platonis diſcipulus,quam ſcholæ Socratis aut Platonis.

Nec omnino diuerſa erit conſtructio, vbi Italicè dicitur, de caſa o della: ibi enim ablatiuo cum præpoſitione a vel ab, aptior ferè (mea quidem ſententia) locus eſt quàm genitiuo: nam genitiuo inibi etiam locus eſſe, non ſum qui negem.

Terent. Quis a me tam grauiter pepulit fores? Ideſt, meas,ſeu domus meæ: *Chi ha coſi forte battuto alla mia porta, o de caſa mia.* Alibi: A me neſcio quis exit: *Io non ſo chi uſciſſe della caſa mia.* Alibi: Concrepuit a Glycerio oſtiũ. Quum, oſtium Glycerij ſine uitio dicere potuiſſet,ſicut M. Cicero, lib. I. de Oratore, Teſtis eſt inquit. Quin. Mutii ianua,& ueſtibulum. Item alibi idem Terent. ab Andria eſt ancilla hæc: quum Andriæ ancilla dicere potuiſſet, *Queſta ancilla è di caſa d' Andria.* Rurſus alibi idem. A uobis eſt inquit, de puero loquens. *Le de caſa uoſtra*, quum ueſter eſt, etiam ibi dicere potuiſſet. Sic,à me tibi dabo clamidem: *Io ti darò il mantello di caſa mia.* Aut, a me, ideſt, meam. Hæc ſine dubio

latiſſi-

latisſimè patent etiam extra hunc ſenſum:vt a Laurentio Valla elegantiarum præceptiones:&,Laurentii Vallæ elegantiarum ſeu de elegantijs præceptiones. Quintiliani oratoriæ inſtitutiones:& a Quintiliano oratoriæ inſtitutiones.

Non etiam conſtrui poſſunt ſubſtantiua nomina cum ablatiuo ſine præpoſitione? Non per ſe. Quid eſt, non per ſe? Nam quod conſtruantur cum ablatiuo ſine præpoſitione, ſimiliter ac cum genitiuo, quum tribuimus cuipiam aliquid in laudem, aut vituperium, id efficitur adiectiuo, ſeu epitheto ipſius laudis, aut vituperij. Vt,
Puer ingenii ſummi,& ingenio ſummo: homo valentisſimi corporis,& ualentisſimo corpore:mulier perſrictæ frontis,& perfricta fronte,*femina ſenza vergogna.*

Nec alios caſus admittunt ſubſtantiua? Non. Quid ergo fit reliquis obliquis? Eos adiectiua ſibi adſciſcunt. Non hæc etiā genitiuum ſibi adſciſcunt? Quid ni? Pleraque ſingularem & pluralem genitiuum nullo diſcrimine. Quædam pluralem tantum.

Quæ adiectiua vtrumuis genitiuum flagitant?
Expers belli: *Quello che non ſa di guerra.* Peritus rerum. Fidens animi: Cupiens lucri. Figurans litium. *Quello che porta la fatica:* Tolerans laboris. *Quello che porta la fame,* patiens inediæ: Profuſus ſui: *Quello che è prodigo del ſuo.* Participalia ferè ſunt,& verbalia, & actiuè ſignificant.

Quæ adiectiua genitiuum multitudinis tantum admittunt? Partitiua, idque cum generis conſenſu.

Vterque noſtrum: Alter Aiacum: Sodalium Franciſcanorum quiuis: Quidam tuorum: Si quiſquam horum: Quicunque ciuium. Huius nationis quiſpiā: Vnus virorum. Primus auditorum, Item gradus comparationis Nigræ lanarum, Fortior manuum: Omniū præſtantisſimus, & hoc genus cætera.

Cur genitiuum multitudinis, quàm pluralem maluiſti? Vt ſingularem genitiuum collectiui nominis complecteres,

qui

qui tametſi uoce ſingularis eſt, tamen de multis dicitur: ideo etiam genitiuum eſt multitudinis. Quænam uero adiectiua nomina partitiua dicuntur? Ea per quæ pars à toto abduci ſignificatur.

Quo pacto? Nam quum dico. Omnium præſtantiſsimus: in illo omnium, dico totum: in præſtantiſsimus, partem eius totius, quam inde, ideſt, ex illo eodem toto abduco, & ſeparo: ſignifico enim unum aliquem ex illis omnibus. Atq; itidem quum dico, Vterq; noſtrum: in genitiuo noſtrum, eſt totum, ut hoc loco accipitur totum. Vterq; ideſt, ego & tu, ſinguli partes ſumus illius eiuſdem totius.

Referuntur in numerum partitiuorum gradus comparationis? Maxime.

Quot ſunt gradus comparationis? Tres. Qui? Poſitiuus, ut fortis, *forte*. Comparatiuus, ut fortior: *piu forte*. Superlatiuus, ut fortiſsimus, *fortiſſimo*.

Ecquis de his in uniuerſum tradi poteſt canon? Videtur poſſe. Quiſnam? cedò. Si quidem ad hunc modum præcipitur: vt,

Quod Italicè dicitur, il piu forte, & fortiſsimo. *Si duo tantum ſint, dicendum ſit per comparatiuum cum genitiuo multitudinis: Vt,*

fortior manuum. *La piu forte delle mani.* Et fortior Aiacum. *Il piu forte di Aiace.*

Si plura duobus ſint, oratio fiat per ſuperlatiuum: itidẽ cum genitiuo multitudinis: Vt,

Græcorum fortiſsimus eſt Achilles, *Achille e il fortiſſimo de' Greci.* Prudẽtiſsimi ciuitatis qui tacẽt. *Prudentiſſimi della Città ſono quelli, che taceno.* Virginũ pulcherrima. *La belliſſima delle Vergini.* Quod uero Italicè dicitur, *piu che*, hoc tantũ dicatur per comparatiuum cum ablatiuo ſine præpoſitione. Vt Achilles erat fortior Hectore, *Achille era forte piu che Hettore.* Qui quidem ablatiuus reſolui poteſt in caſum ſimilem ipſi comparatiuo intercedente particula quàm, vt Hectorẽ perhibent fortiorem quàm Achillem. Atque hoc eſt, quod de his

rebus

rebus in genere tradi poſſe reor. Nam Italico illo. *il piu forte & fortiſſimo*, quarum rerum fiat comparatio, eas eiuſdem generis eſſe: illo vero *piu che*, non item eſſe oportere intelligi, ſatis datum eſt. Addamus tamen, ſi videtur illud quoq; obſeruandum eſſe, quod a comparationis ipſius natura comparatum eſt, & de eadem regula intelligi poteſt, ubi adſunt res, ut dicimus, ſimilis generis, ſi duæ tantum erunt: vel in ſola adiectiui cum ſubſtantiuo congruentia, & citra genitiui exactionem, ut comparatiuo utamur. Si vero plures, ſuperlatiuo: ut certior polus eſt antarcticus, non certiſsimus, quia tantū duo ſunt poli. Item, ſol eſt planeta maximus, idemq; optimus ac ſaluberrimus.

Audio & fateor.

Iam Datiuum quæ adiectiua ſibi adſciſcunt? Datiuum uel genitiuum recipiunt, Affinis criminis, uel crimini.

Nec dicam reus criminis, *quello che e colpeuole del peccato*. Similis domini, uel domino. Proprium virtutis, uel virtuti. Cōmune oīum, uel omnibus. Amicus illius, uel illi. Finitimus, uicinus, propinquus, conſcius, conformis, conterminus &c.

Quę adiectiua Datiuum tantum poſtulant? Quæcunque commodum aut incommodum ſignificant. Vt,

Fidus amico. Perfidus Regi, *quello che rompe la fede allo Re*. Omnibus acceptus. *Accetto à tutti*. Suis malus, alienis bonus. *alli ſuoi cattiuo, a gli altri buono.*

Huc pertinet opus, quod cum datiuo & ablatiuo ſine præpoſitione conſtruitur, intermedio quidem uerbo ſubſtantiuo. Sum, es, eſt. Vt,

Mihi viatico opus eſt: vbi Pilatus etiā dicere ſolet, uſus, pro opus, *A me è dibiſogno di queſto cibo allo uiaggio*. Senectutis ſubſidio aliquo tibi opus erit. *A te ſarà dibiſogno d'aiuto alla vecchiezza*. Dicimus etiam, non ſum tibi opus, *Non ti ſon dibiſogno*: ideſt non eges mei, Mihi opus non fuiſti. Et mihi te opus non fuit, ideſt, tui non egebam: te ſeu tui facile carui. *Io non haueua biſogno di te.*

Qua

Quæ adiectiua accuſatiuum ſibi vendicant? Quæ ad aliquem dimenſionem ſpectant.

Caulus palmum altus. *Il tronco de una herba alto un palmo.* Septem pedes longus. Craſſus tres digitos. Latus vlnam. *Largo un brazzo.*

Quæ adiectiua ablatiuum ſine præpoſitione volunt?

Contentus paruo: Præditus virtute: Diues agris. Ne ligula quidem dignus: Genere Andria: Integer pudore & dignitate: *Di quello che l'honore non gli è diminuito.*

Quæ adiectiua ablatiuum ſibi cum præpoſitione a uel ab ſubijciunt?

Animo eſt à literis alieno. Hoc ab eius ſententia diuerſum eſt. Hic eſt alter ab illo. A me pudica eſt quaſi ſoror mea ſit, *Quanto a me ella è caſta, come ſia mia ſorella.* Terent. Narratque vt virgo à ſe integra etiam tum ſit. Item ab animo æger ſum, etſi a morbo ſatis ualeo, tu ab animo otioſus es. *Tu te dai buono tempo, non hai faſtidio allo cuore.* Ab equitatu firmus. *Forte di perſona a cauallo.* Illi ſunt ab ingenio improbi. *Quelli ſono di improbo ingegno, o natura maligna.*

DE EXIGENTIA Pronominis.

Qvis a pronomine exigitur caſus? Genitiuus pluralis. ſed hac lege, vt accedat conſenſus generis. Vt, Aiacum hic Telamonius, ille Oilei filius fuit.

Quot ſunt pronomina Demonſtratiua? Omnia. nullum. n. pronomen eſt, quod vim demonſtrandi non habeat.

Quot ſunt gentilia, ſeu Patria? Duo, Noſtras, & ueſtras,

Cur ita vocantur? Quia per ea gentem, & patriam, aut etiam profesſionem ſignificamus.

Quot ſunt relatiua? Octo, ille, ipſe, iſte, hic, is, ſui, ſuus, idē.

Quot ſunt reciproca? Duo. Quæ? Sui, & ſuus.

Cur dicuntur reciproca? Quia in ſeipſa reflectuntur, ut ſcioli ferè ſibi placent.

Quot

Quot ſunt poſſeſsiua? Quinque, meus, tuus, ſuus, noſter, ueſter.

Cur uocantur poſſeſsiua? quia per ea poſsideri aliquid ſignificamus.

vtrum dicendum eſt, meine liber, an meus? Liber meus. Quid ita? Quia mei cum ſimilibus paſsiuè, nõ poſſeſsiuè, ſeu actiuè ſignificat: ut, amor, deſiderium, cura, ſolicitudo, memoria, copia, dolor, poteſtas, utilitas, uſus, uis, faſtidiũ, fauor, mei, tui, ſui, noſtri, & ueſtri, paſſiue ſignificant, qđ hæc ab aliis de nobis habeamur. At deſiderium, faſti dium, cura, ſolicitudo, memoria, copia, dolor, poteſtas, utilitas, vſus, amor, meus, tuus, ſuus, noſter, ueſter, actiuè ſeu poſſeſsiuè ſignificãt, quod ea penes nos ſint, neque aliunde ad nos emanent atque influant. Vehementer tua ſui memoria delectatur: *Grandemẽte ha appiacere per la tua memoria di eſſo.* Sic ornatè etiã dicimus. Mea unius o pa liberatus es: *Tu ſei ſtato liberato per la mia opera ſola.* Ex tuo ipſius animo cõiecturã feceris an grauer ita accipi: *Per l'affettione di te ſteſſo, tu potrai preſumere o imaginare. ſel mi aggreua eſſere coſi trattato.* Noſter duorum conatus nihil efficiet, niſi manũ ipſe admoueris *Il forzo di noi doi non ſarà niente, ſe tu non gli metti la mano.* Item, mei ſolius es immemor. *Tu non ti arecordi di me ſolo.* Sui conueniendi omnibus poteſtatẽ facit: *Il permette facilmente a ciaſcheduno di parlare a lui ſteſſo.*

DE EXIGENTIA poſteriore uerbi.

Quot caſus exigit uerbum a poſteriore? Quinque: Nominatiuum, genitiuum, datiuum, accuſatiuum, & ablatiuum.

Quæ uerba exigunt a poſteriore nominatiuum?

Verbum ſubſtantiuum, verbum vocatiuum, & quodcunque eorum vim obtinet, exigit a poſteriore nominatiuum, qui ad idem pertinet, quod ſignificat nominatiuus a priore, vt ſum pius, uocor Aeneas, ſalutor poeta.

Quot ſunt uerba ſubſtantiua? Vnum tantum, Sum es eſt.

Quot

Quot ſunt uerba vocatiua? Quinque, Appellor, dicor, nominor, nuncupor, & uocor.

Dic horum uim habentia. Fio, euado, exiſto, ſto, venio, videor, iudicor, cognominor, inſcribor, & ſimilia ferè ex omni genere perſonalium, ut Oſcurus fio. Hodie intelligentes, & boni videntur ſtulti. Dormit ſecurus. Bibo ieiunus. It cubitum incœnatus.

DE GENITIVO.

Quæ verba genitiuum exigunt?

Omnia uerba cuiuſcunque generis ſint, quorum quidem ſignificatio ad aliquod precium attinere poteſt, admittunt poſt ſe hos genitiuos, tanti, quanti, tantidem, quãtiuis, quantilibet, quanticunque, pluris, & minoris, ſubſtantiuè quidem acceptos. Nam ſi adiectiue ponuntur cum ſubſtantiuis, abeunt in ablatiuos. Quemadmodum cætera pretij nomina, quæ omnia in ablatiuo ponuntur ſine ulla præpoſitione.

Non eſt mihi copia tanti, ut fieri ſeruus ventris amore velim. Quanti virtutem pendes, facies, habebis, æſtimabis, tantidem apud homines penderis, fies, habeberis. Quanti pranſus es? *Quanto hai pagato pel tuo deſinare.*

Quanti conſtat tibi ſemel duodeni panes? *Quanto coſtati una donzena di pane.*

Tanti emi tria pondo carnis ueruecinæ, ideſt libras. Quanti libet indicat pannum, *Appretia il panno quanto le piace.*

Pluris liceor, quàm quanti eſt, *Io ue ne offriſco piu che non uale.*

Liceor præſenti pecunia.

Nõ addicet tibi ædeis minoris, *Non ui liberarà la caſa per manco.* Tanta ſumma non mercor.

Quanto pretio redempta eſt?

Nihilo minore pretio diſtrahitur lignum, quàm ſi frigus eſſet acrius. Magno illi ſtetit, *Egli è coſtato buon pretio.* Putri neſpilo nõ emerim. *Io non lo haueria comprato una neſpola marza*

Vſitatius tamen eſt Latinis, Vitioſa nuce nõ emerim, Nimio, docet,

docet, *Lui uende troppo le ſue lettioni*. Hoc non valet teruntio, aut teruntium etiam.

Priuatim uerò uerba æſtimandi, curo, puto, facio, conſulo, duco, pendo, habeo, ideſt, æſtimo, præter dictos genitiuos amant etiam hos ſibi adiungere, magni, parui, nihil, maximi, minimi, flocci, nauci, aſſis, huius.

Quid de me fiat parui curas. *Poco tu ti curi di quello che interuiene di me*. Non aſsis facio, nihil, floccipendo iſtos nebulones, *Io non ſtimo queſti nebuloni, o cianciatori*. Aequi boniq; facio, æqui boniq; conſulo, & boni cōſulo, *Toglio in patientia*.

Præterea ex actiuis uerba accuſandi, damnandi, abſoluendi, monendi, & conſimilia, præter accuſatiuum adſciſcunt ſibi genitiuum uel ablatiuum ſignificantem crimen aut pœnam.

Qui alterũ incuſat probri, ipſum ſe intueri oportet, *Quella che accuſa l'altro di diſshonore, debba bene riguardare ſe ſteſſo*. Arguo te ſolœci, vel ſolœco, *Io riprendo di incongruità*. Ne quenquam peccati temere damnes, *No condannare ſtoltamente alcuno di fallo, o di hauer fallito*. Magnæ ſummæ damnatus fuit, aut magna ſumma, *E ſtato condannato una grande ſomma*. Reuincam te mendacii, ſeu mendacio, *Io conuincerò te della boſia*. Inſimulat herum auaritię, *Accuſa lo ſuo Meſſere d'auaritia*. Abſolui illum iniuriarium. Abſolui illum iniuria. Admoneo te errati. *Io auiſo te del fallo*.
Commoneo te promisſi. Omne tēpus nos admonet Chriſti.

Excipiuntur alter, uter, vterque, ambo: conſtruuntur enim hæc duntaxat in ablatiuo. Vtro accuſatus es, mendacii, an ꝑiurii, an vtroque? Reſponde neutro, aut altero, aut ambobus.

Atque ex neutris ſatago aſſumit genitiuum rerum.

Vt, hic ſatagit rerum ſuarum, *Coſtui penſaſe & inſognaſe nelle ſue facende*.

Quædam genitiuum recipiunt aut ablatiuum, in eundem ſenſum.

Vt

Vt ego tui, egeo pecunia. Careo tui, & careo libris.

Memini conſtruitur cum genitiuo. ut memini huius rei. Cum accuſatiuo: ut memini hanc rem, ideſt recordor. Cum ablatiuo accedente præpoſitione de: ut, non meminit de hac re, ideſt mentionem non fecit: quo ſenſu dicitur etiam, non meminit huius rei. Conſtruitur præterea cum infinitiuo, ut non memini legere.

Tum ex deponentibus Miſereor, Recordor, Obliuiſcor genitiuum requirunt.

Miſerere mei Deus. Recordare ſuperioris uitæ, Obliuiſcere malorum.

Ad hæc intereſt, refert, & eſt, pertinentia ad officium uel utilitatem, ſeu imperſonalia ſint actiuæ uocis ſeu perſonalia, quoſuis genitiuos admittunt, præter illos quinque pronominum primitiuorum paſſiuè ſignificantes, mei, tui, ſui, noſtri, ueſtri: vice quorum intereſt, & refert, aſſumunt ablatiuos poſſeſſiuorum fœminini generis, mea, tua, ſua, noſtra, ueſtra, quibus additur ablatiuus cuia. Eſt uerò accipit nominatiuos generis neutri, meum, tuum, ſuum, noſtrum, ueſtrum.

Intereſt omniū rectè agere. *Appartiene à ogn'uno a fare bene.* Doctoris eſt præcipere, diſcipuli obtemperare. *Appartiene al maeſtro a donare dottrina, & allo diſcepolo obedire.* Magni referebat te conſiliis eius intereſſe. *Era gran bene tu eſſere preſente a li conſigli di eſſo.*

Aut noſtra aut amicorum intereſt ſcire, *Appartiene a noi & alli amici ſapere,* Quid tua id refert? Ineptum nimis eſt, quid habes tu ad faciendum?

Non eſt meum contra auctoritatem præceptoris dicere; *Non ſta a me dire contra lautorità del precettore.*

Cuia refert doceri, eius eſt idoneum magiſtrum diligere. Dicimus etiam, magni mea intererat, Mea nihil refert, dum potiar modo, *Io non me ne curo, pur ch'io l'habbia hera.*

Ite m

Item in prima & ſecunda declinatione, numero ſingulari loci minoris proprium nomen, in quo eſſe aut agi aliquid dicitur, cum omni verbo abſolutè conſtrui poteſt in genitiuo.

Vixit Romæ, Egit Lugduni, Lutetiæ florent bonæ literæ.

In tertia uerò declinatione, aut plurali tantum numero, in ablatiuo.

Vt, militauit Carthagine, Claruit Athenis.

Etiam appellatiua hæc ponuntur in genitiuo.

Iacet humi, Domi, belliq; uiximus. Domi noſtræ ęęuaui: non autem, domi pulchræ, ſed in domo pulchra.

Cætera appellatiua aut propria maiorum locorum, ponuntur in ablatiuo cum præpoſitione.

Vt commorabar in ſuburbano. Dixi horarias in templo. Minora loca ſunt urbes, ſeu oppida, caſtella, pagi, ſeu uici. Maiora, regiones, prouinciæ, inſulæ.

DE DATIVO.

Quæ uerba exigunt datiuum?

Cuiuſcunque generis verbum habere poteſt etiam præter alios caſus datiuum ſignificantem perſonam ſiue rem, in cuius gratiam, vel honorem, vel commodum, uel horum contrarium, actio verbi cedit.

Nequicquam ſapit, qui ſibi non ſapit, *Nulla sà quello, che non sà à ſe ſteſſo.*

Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur. *Io non faccio coſi alcuni de gli miei guadagni.* Omnia tibi faciam, & obſequar quæ uoles: *Io farò tutto quello che vorrai.*

Si quid peccat, mihi peccat, *Si el fa fallo, el fallo à mio danno.* Se ua tibi non pro te. Cui viuis? id eſt, in cuius gratiam vel honorem? Viuit Deo, *Viue à Iddio, cioe, per Dio.*

Atque hoc eſt, quod dicunt uerbum acquiſitiuè poni. Quid mihi ſuccenſes, ſeu iraſceris? *Di che ſei tu irato contra me.* Semper mihi reclamas, & obſtrepis. *Tu ſei ſempre contra me.* Item contingit, accidit, euenit, uſu uenit, obtigit, vacat, congruit, ceſſit, cecidit, obuenit, & uertit. Atq; hæc poſtrema ferè cum aduerbio bene aut male, ut bene ceſſit tibi. &c.

DE ACCVSATIVO.

Quæ uerba exigunt accuſatiuum?

Omne uerbum actiuum eius naturæ eſt, ut à nominatiuo perſonæ agentis feratur in accuſatiuum perſonæ patientis. *Vt,*

Non abigo, non exigo te, *Io non ti ſpingo fuori.*
Non eſcluſi te foras. *Io non ti ho ſerrato di fuori.*
Tu refers mihi patrem. *Tu mi raſſomigli il padre.*
Appendi lardum meum. *Io ho peſato il mio lardo.*
Pendit uiginti libras. *Il peſo libre uinti.*
Piſces iſtos pulchrè macerato. *Mollifica bene coteſti peſci.*
Currus bouem trahit, Italicum prouerbium eſt. *Il carro uà auanti alli buoi.*

Sequamur Chriſtum. Amplectamur Euangelium.

Quid uocas perſonam agentē? Rem quæ agit id, quod verbum ſignificat.

Quid patientem? Rem quæ in ſe illud agi ſuſtinet, ideſt, quæ illam actionem recipit. Vt quum dico, ignis vrit lignū, ignis quantum hic attinet, eſt perſona agens, quia eſt res quæ id agit, quod uerbum ſignificat, lignum, eſt perſona patiens, ſic enim loquuntur Grammatici, quia eſt res, quæ in ſe recipit id quod ignis agit. Et huiuſmodi vocatur perſona conſtructionis. Nam ſermonis perſona ea eſt, de qua ſupra in Pronomine egimus.

Actiua ſunt, quæcunque ex omni genere actionem ſignificant. Atque ex his ſunt, quæ præter accuſatiuum perſonæ patientis, adſciſcunt ſibi etiam alterum accuſatiuum rei.

Vt,

Digitized by Google

Vt, docui te honeſta.
Erudit te bonas literas.
Pacem te poſcimus omnes.
Hoc te uehementer rogo.
Si te ueritatem exigant, quid dices?
Precor te veniam, Percontor te vnum. Hortor te virtutem.

Sunt quæ poſteriorem accuſatiuum mutant ablatiuo ſine præpoſitione. *Vt,*

Induo te veſtem, & induo te veſte. Erudio te literas, & literis.

Quædam cum præpoſitione, ut oro, quæro, flagito, rogo, interrogo, poſco, poſtulo, precor, ſciſcitor, percontor hoc abs te.

Porrò quinque uerba imperſonalia actiuæ uocis, pœnitet, tædet, miſeret, pudet, & piget à fronte poſtulant accuſatiuum, & à tergo genitiuum, uel infinitiuum.

Vt pœnitet nos huius rei. Cuius? Nempe, te non adfuiſſe. Neminem miſeret mei, *Niuno hà pietà di me.*

DE ABLATIVO.

Quæ verba exigunt Ablatiuum?

Paſſiua omnia exigunt ante ſe nominatiuum perſonæ patientis, & poſt ſe ablatiuum cum præpoſitione a uel ab perſonæ agentis, aut nonnunquam datiuum ablatiui loco.

Vt deſeror ab amicis. Superor ab æqualibus. Honeſta bonis uiris, non occulta quæruntur, ideſt à bonis viris. Sunt mihi reperti capreoli. i. à me. Poſt paſſiua participia frequentior datiuus quàm ablatiuus, dilectus Deo, nulli cognitus, frequẽtius, quàm à Deo dilectus, à nullo cognitus &c.

Hoc fit à Deo. Væneo ab hoſte Supellex iſta à nemine licuit. Vapulauit à præceptore Oſculor à matre. Paſſiua, ideſt quæ agi in ſe aliquid ſignificant.

Inter actiuum autem in o, & eius paſſiuum in or, ita conuenit, ut ex actiui nominatiuo fiat paſſiui ablatiuus cũ præpoſitione a, uel ab: & ex accuſatiuo illius fiat huius nominatiuus. Hoc eſt, ut eadem perſona ſit agens in paſſiuo, quæ eſt in actiuo, & eadem utrobique patiens. Caſus autem qui ab actiuo exiguntur ſupra nominatiuum, & accuſatiuum non mutantur, ſed manent in paſſiuo.

Vt doceo te grammaticen, Tu doceris à me grammaticen. Imbuo te bonis morib. Tu imbueris à me bonis moribus.

Sunt ne quibus accuſatiuus, aut ablatiuus in eundem ſenſum addi poteſt?

Tempus quantum, aut quandiu, quandudum, quampridem, in accuſatiuo, ſeu ablatiuo: Tempus quando, aut quo aut quanto, pro intra quantum, in ablatiuo tantum cuique uerbo ſuccedere poteſt. Vt,

Totos tres annos uerſatus ſum in dialecticis, aut tribus annis. Profeſſus eſt triennium, & triennio. decẽ menſes, & decem menſibus. Iam ſeculum uideor te non uidiſſe, *Il me appare già eſſere anni cento, che non te ho uiſto.* Quandiu egiſti Lutetiæ? annum cum dimidiato, hiemem totã, uel anno &c. Quandudũ veniſti? Ab hinc horam. Quampridem conſcendiſti nauem. Quampridem mortui ſunt tibi pater & mater? Ab hinc octo dies, vel octo diebus. Quàm mox cocta eſt cœna. *Quanto preſto è cotta la cena?* Iuxta regulam reſponderi poteſt, ab hinc ſemihoram, *De quà à mez' hora.* Quando dabimus illi operam? ideſt, quando illum audiemus: hora prima pomeridiana. Seſquianno poſtquam Pariſios uenit, magiſtri titulo decoratus eſt, *Vno anno & mezo dapoi che uenne à Pariſe, è ſtatto fatto maeſtro.* Paucis ante diebus quàm ad te ſcriberem, frater noſter exceſſit è vita. Quo tempore purgatur maria? Plenilunio. Quanto tempore illud feceris? Triduo, Quatriduo. Quoto ab hinc die celebrabimus hilaria? *Quale giorno dipoi celebramo la feſta.* Octauo ab hinc die.

Poteſt

Poteſt autem interuenire præpoſitio.

Vt, ante duos annos rem hanc confeci, *E gid doi anni, che io ho fatto coteſta coſa.* Poſt duos dies lenita eſt tempeſtas, *Dipoi doi giorni e placata la tempeſta.*

Ad quem diem profecturus eſt? *Qual e giorno debbe ello andare, o partire?* Ad diem præſcriptum pecuniam ei numerabo. *Io gli darò li danari il giorno ordinato.*

In tempore ipſo adueni, *Io ſon uenuto bene a punto, o in tempo.* Per hos totos dies nihil aliud, quàm aut potauit, aut choreas duxit, *Tutti queſti giorni non hai fatto altre coſe, che bere, o ballare.*

Item per poſtquam ſic dicitur.

Menſis hic agitur iam ſeptimus, poſtquàm ad te uenit, *E già ſette meſi, poi che e uenuto uerſo te.*

Diſtantia item & ſpatium cum adiectiuis nominibus & uerbis in accuſatiuo uel ablatiuo itidem conſtruuntur.

Vt, Lugdunum abeſt hic iter uel itinere octo dierum. Patet area quoquo verſus pedes triginta, *La corte ha di larghezza trenta piedi da gni lato.*

Non diſcedit latum vnguem, ſeu trāſuerſum digitum ab hoc præcepto, *Non ha paſſato queſta dottrina o queſta regola uno largo d'unghia, o uno trauerſo d'uno dito.*

Latas tres pedes menſas fecerunt. Nam ſpatium ferè per accuſatiuum effertur.

Quibus verò addi ſolet tantum ablatiuus, atque is ſine ulla præpoſitione.

Cum omni genere uerborum inſtrumentum quoduis, Item cauſa efficiens, Item actionis modus, Itemque materies, conſtrui ſolent in ablatiuo ſine ulla præpoſitione.

Candefacies linthea lixiuio, & inſolatione. *Tu farai bianche i lenzuoli per leſſiua, & per metterli al ſole.*

Hoc abſterge aqua, *Netta queſto con acqua, o laua.*

Tabeſcit mærore, *Diuenta pallido di triſtezza.*

Liberatus ſum opera tua Barbarum eſt, medio tuo.

Gaudeo eius cauſa, *Io ſon allegro, per amor di lui.*

Lacrymabat gaudio. Aequo animo feras aduerſa.

Nollem tecto, nollem hoſpitio recipere furem. *Io non uorria loggiare, o albergare uno ladrone.* Nullo pacto fieri poteſt. Exitu comperientur omnia, *Nella fine tutto ſi trouerà.* Explebo eius animum gaudio, Muta mihi ſcutarum ſolidis, *Cambia a me uno ſcudo in ſoldi,* Cãbio barbarum eſt. Vtere libro meo, quam diu voles, *Seruite del mio libro, tanto quanto tu uoi.*

Et uerba quidem quæ motum ad aliquem locum quoquo pacto ſignificant, proprij nominis loci minoris, & horum appellatiuorum rus, & domus, accuſatiuum flagitant abſque præpoſitione.

Vt, Eo Lugdunum, Sal aduehitur Condricum. Hoc perlatum eſt Auenionem. Aufer iſtud domum. Rus hunc abigam.

Aliorum uerò appellatiuorum, aut propriorum maiorum locorum accuſatiuum etiam recipiunt, ſed non ſine præpoſitione.

Vt, Confero me in Franciam. Comportetur in forum. Nauigat in Siciliam.

Sed quæ motum per locum, aut de loco ſignificant proprij nominis loci minoris, & appellatiuorum rus, & domus, ablatiuum etiam ſine præpoſitione poſtulant.

Vt, Tranſiui Gratianopoli. Venio Lutetia. Profecti ſunt hi Auenione, Profectus eſt, mouit Turnone, *E partito da Turnone.* Venit rure. Egreditur domo.

Aliorum autem appellatiuorum aut propriorum nominum maiorum locorum ablatiuum etiam recipiunt, ſed accedente prępoſitione, utique quę ſignificant de loco, nam quæ per locum ſignificant, accuſatiuum intermedia præpoſitione flagitant.

Vt, eum adduxi è ganeo, *Io ho tirato eſſo dal poſtribolo.* Ab Italia nihil aduehitur librorum. Ex ædibus noſtris modo prodiit Per Siciliam tendebat in Latium. Tranſit per templum, per aream &c.

At uero ſum, es, eſt, quotuplicem conſtructionem ha-

bent

bet? Quintiplicem: Primo conſtruitur cum genitiuo poſſeſſiuè.

Vt, Hoc pecus eſt Melibœi. Poſſesſiue: ideſt, cum genitiuus ille poſsidentis perſonam exhibet.

Secundò conſtruitur cum datiuo acquiſitiuè, & cum per uerbum, habeo, interpretatur.

Vt, ne mihi ſuffenus eſſem, *Affin che io non foſſe uno uantatori, o gloriatore.*

Ne nulli ſis amicus, neque multis. *Intertiene pochi delli buoni amici*. Eſt mihi liber, ideſt, habeo librum. Et non eſt ſalus homini, ideſt, homo non habet ſalutem.

Aſſumit identidem alterum datiuum accipiendum (ut uolunt) pro accuſatiuo cum præpoſitione ad, uel in.

Vt, Fuiſti mihi præſidió. Fuiſti mihi auxilio. Negotium meum non eſt tibi curę *Tu non tieni conto del mio affare*. Hoc tibi erit uſui, *Queſto ſarà a tuo uſo.*
Fuit alicui rei, *E ſtato buono a qualche coſa.*
Ei res tibi eſt lucro, honori, infamiæ, ignominiæ, dedecori, ornamento, indicio, argumento, documento, exemplo, ideſt, in lucrum, honorem &c.

Nec in uerbum, Sum, es, eſt, modo: ſed in alia quoque non pauca uerba huiuſmodi duplices datiui cadunt appoſitiſſimè.

Vt, Relinquo tibi pignori ueſtem, *Io ti laſſo la mia ueſta in pegno.*
Do tibi pignori libros, *Io ti dò miei libri in pegno.*
Miſit mihi caſeum dono. Muneri accepi à patruo thoracē undulatū, *Io ho tolto in dono uno giuppone di zābaloto da mio barba.*
Id ſibi habet ſtudio, Id ſibi laudi putat.
Do tibi uitio, Verto tibi uitio, ideſt, uituperio.
Habes me deſpectui. deſpicatui, fruſtratui.
Habent omnia ſophiſtæ quæſtioni. Datur nuptui uirgo.
Canit receptui. *Il ſuona alla ritornata, ò il fine è fatto.*
Itē, natus eſt opprobrio, laudi, ludibrio, gratiis, muſis &c.

Tertio, Sū, es, eſt, aſſumit accuſatiuū cum præpoſitione,

Vt, Non fuit is apud te. Facultates meæ ſunt penes tutorē.
Li miei beni ſono nelle mani, & poſſanza del mio tutore.

Quarto, ſi quid ex his quæ ſunt animi aut corporis, cu piam per adiectiuum laudis aut vituperij tribuimus, hic verbum, Sum es eſt, ablatiuum habet, aut etiam genitiuum.

Vt, Non ita ſum acri ingenio: & acris ingegnii: Tu es obtuſi capitis, & obtuſo capite.

Quinto, iungitur ablatiuo interueniente præpoſitione.

Vt non ſum in culpa, *Io non ſono in culpa.*

Non ſum in cauſa; *Io non ſono in cauſa.*

Preterea ſum, es, eſt, plerunque intelligendum eſt in oratione, Vt gloria tibi domine.

IMPERSONALIA
paſſiuæ vocis.

QVid imperſonalia paſſiuæ uocis, quam conſtructionen hæc etiam habent?

Imperſonalia paſſiuæ vocis cum ſignificant actionen cum quadam generalitate, nullo indigent anteriore caſi: quanquam generalitatis illius reſtringendæ gratia, eis diquando præponitur ablatiuus cnm præpoſitione à vel ab. Poſt ſe autem à neutris quidem acquiſitiuis profecta, datiuum aſſumunt.

Vt ſeruitur tyrannis, Benefit multis a principe.

Alia nō habent caſum, niſi quem ſuppeditat præpoſitio.

Vt, Itur in antiquam ſyluam, Luditur de tuo corio, Viuitur in diem.

INFINITIVA PERSONALIVM.

INfinitiuorum autem conſtructio quæ?

Infinitiua verborum perſonalium, quum ante ſe caſum habent,

habent, duntaxat habent accuſatiuum: poſt ſe verò caſus ſuorum verborum.

Vt, Heccine flagitia facere te? hæc te admittere indigna genere noſtro?

Excipitur infinitiuum, eſſe: nam hoc caſum poſt ſe habet ſimilem ei, qui ipſum continuo præcedit, etiam ſi is aliunde pendeat.

Vt, Ego precor eſſe tuus. Chriſtus dedit omnibus eſſe beatis. Apparet hunc eſſe ſeruum domini pauperis. Latinè tamẽ dicitur, Expedit uobis bonos eſſe, & tibi licet eſſe fortunatiſſimum.

Quid aliorum verborum item ſimiles caſus annectentium, hoc eſt, obtinentium uim ſubſtantiui uerbi, infinitiua, non etiam excipiuntur? Non opinor: ferè enim ad hunc modum conſtruuntur. Non poſſum reſiſtere ſolus. Spero uidere tibi amicus. Gaudeo illum haberi doctum.

INFINITIVA IMPERSONALIVM.

Porrò imperſonalium infinitiua, quid? Hæc conſtructione a thematis non differunt.

Vt, quis non uidet moris eſſe præferri vitioſa rectis? Scit illum pœnitere peccati.

Iam verò in ſumma, a quot partibus orationis exigũtur infinitiua? Duabus. A quibus? Nomine, & Verbo. Nomine, vt Audax impingere colaphum. *Quello che e audace a dare vno ſchiaffo.* Timidus vapulare, &c. Item, facilè eſt iugulare mortuum, *E coſa facile amazzare il morto.* Operæ pretium eſt audire eorum ſtultitiam, *E vno paſſare tempo, aldire la loro ſtultitia.*

A verbo actiuo, vt, Cupio illum prouehi, *Io deſidero quello auanzare.* Cogito ab eo inire gratiam, *Io penſo d'intrare in ſua gratia.* Negat ſic eſſe, *Nega coſi eſſere.*

A paſſiuo, vt creditur feciſſe illos uerſus. Non videris mihi rectè intelligere.

A neutro: Quid ceſſas intro irrumpere? *Che tardi tu, a entrare*

re la dentro? Quid ceſſas eum alloqui? Pergis eſſe Demea, *Tu continui eſſere un terribile huomo*.

A deponenti: vt, Molitur oppugnare. Inficior me feciſſe. Reor illum bene tibi velle. Iandudum aliquid ruri agere arbitror.

Ab imperſonalibus. Non vacat audire. Cœpit non conuenire inter Chriſtianos. Perueniri ad ſummam, niſi ex principiis, non poteſt.

GERVNDIA ET SVPINA.

Gerundia ſeu participalia verba, & ſupina quem præ ſe caſum, quem poſt ſe exigunt?

Gerundia & ſupina ante ſe nullum prorſus exigunt caſum, poſt ſe autem quæ actiuam ſignificationem habent, eoſdem caſus admittunt, quos habent uerba, à quibus deſcendunt.

Vt, venio ad ſpectandum ludos. Eo ſeruitum tibi.

Quæ uerò paſſiuam ſignificationem præſerunt, reſpuunt omnem caſum.

Vt, Vrit uidendo fœmina, ideſt, dum uidetur, Turpe dictu, ideſt, ut dicatur.

Nam poſteriora ſupina in u, ſemper ſignificant paſſiuè: eoque omni exigentia carent.

Gerundia quot caſibus variantur? Quinque. Nominatiuo, ut Petendum eſt pacem ab rege.
Genitiuo, ut certus eundi.
Datiuo, ut non ſum tibi ſoluendo.
Accuſatiuo, ut inter cœnandum.
Ablatiuo, vt, in tribuendo ſuum cuique.

Cui debetur gerundium nominatiui caſus? uerbo ſubſtantiuo acquiſitiuè, & reſoluitur in opus eſt, ſeu oportet, & infinitiuum ſui uerbi.

Vt, Iterandum eſt iſta, ideſt, opus eſt, ſeu oportet iterare.

Quibus adhærent gerundia in di genitiui caſus? Certis quibuſ-

quibuſdam nominibus ſubſtantiuis.

Vt, Hoc ego ad te non tã cognoſcendi, q̃ emendandi cauſã tranſmiſi. Occaſio ſcribendi. Non eſt nunc narrandi locus.

Item paucis adiectiuis.

Vt, certus eundi, gnarus bellandi, cupibus uiſendi te.

Quibus iunguntur gerundia in do datiui caſus? Hæc ſunt admodum pauca, & ad hunc modum fere habent.

Tibi ſoluendo non ſum, *Io non ſon ſufficiente a pagar te.* Cũ eſt inficiando accuſatori reus, *Quando il diſenſore, o colui che e accuſato puole negare allo accuſatore.*

Mala hęc nõdum comedendo matura ſunt, *Queſti pomi non ſono ancora maturi da mangiare.*

A quibus pendent gerundia in dum accuſatiui caſus? Ab his præpoſitionibus: ad, inter, ante, ob.

Vt, Ad dicendum locus ornatiſſimus eſt viſus. Inter legendum venit in mentem mihi, quod de lemuribus iã audieram, *Leggendo, o mentre io leggeua, il m'e uenuto in memoria delli ſpiriti, de quali io haueua aldito parlare.*

Quibus adduntur gerundia in do ablatiui caſus? Quibus ſeruiunt præpoſitiones in, de, è, uel ex, a uel ab, cum pro. Vt,

Huius interfector ſi eſſet in confitendo, apud Ciceronem. Cogitabat de redeundo in patriam.

E, vel ex defendendo, quàm ex accuſando vberior gloria cõparatur. Verbum dictum eſt a verberando.

Deterres eum a diſcendo, *Tu lo ſpauenti allo imparare.*

Ratio rectè ſcribendi cum loquendi coniuncta dicitur.

Pro uapulando quid pretii auferam? *Che guadagnerò io per eſſer battuto.*

Mutantur gerundia in nomina adiectiua, quæ gerundiua Grammatici uocant, idque ad ornatum.

Non eſt tempus imperandi pecuniam. venuſtius imperandæ pecuniæ. Complures vineas oportet eſſe ad præbendũ tãtos reditus vini, & ad tantos vini reditus præbendos, *E di biſo*

gno

gno eſſere molte vigne, a dare tanta abondantia di uino. In accipiẽdo beneficium; & in accipiendo beneficio tenetur quis agere gratias. tenetur, *E tenuto.*

Supina in um, quibus iunguntur? Verbis aut participijs uel apertum, uel latentem motum ſignificantibus. Vt,
Cur te is perditum. Eo quæſitum Petrum. Mitto emptum panem. Datur illa hodie Pamphilo nuptum. Venundantur libri a bibliopola. Admiſſus eſt ſpectatum.

Supina in u quibus? Certis quibuſdam nominibus. Vt,
Res digna memoratu. Optimum factu reor, *Io penſo, che ſarà ben fatto.* Iucundum vſu.

PARTICIPII CONSTRVCTIO.

QVæ eſt participiorum natura? Vt poſteriorum ſuorum uerborum conſtructionem imitentur.
Vt, amans uirtutem, amaturus literas, amatus à præceptore, amandus à te, & tibi. Volens fugere. Abiens pranſum.

REGVLA GENERALIS.

Vbi ſignificatio eſt eadem, ibi eandem oportet eſſe & conſtructionem.

ABLATIVI CONSEQVENTIAE.

Franciſco primo Gallos regente: unde pendent hi ablatiui? Non aliunde. Quomodo igitur conſtruuntur? Nimirum abſolutè: reſoluuntur per cum, ſi, dum poſtquàm.
Vt animante tuba galeatum ſero duelli pœnitet, ideſt, cum uel ſi, uel dum, uel poſtquàm animat tuba.

Semperne oportet alterum illorum eſſe a participio? Etiam.
Atqui dixit Cicero pro Milone, Quinimò nondum libera ciuitate, tamẽ populi Romani comitijs liberatus eſt. Hic neuter ablatiuorum eſt a participio. Reſpondeo. In id genus orationibus

tionibus ſubaudiri ablatiuum ente, ut ſit ſenſus, Ciuitate ente libera: Franciſco rege, ideſt, ente rege, hoc eſt, cum nondum eſſet libera ciuitas, & cum Franciſcus eſſet rex.

Cur dicuntur ablatiui conſequentiæ? Quia eis deſignatur conſequentia quædam.

Vt, orto ſole dies eſt, ideſt, dum ſol ortus eſt, ſequitur, ut ſit dies.

Poteſtne ſolus ablatiuus participij aliquando ita poni abſolutè? Præteriti quidem temporis & generis neutri.

Vt, Dicto de participio, dicendum eſt de præpoſitione, id eſt, poſtquam dictum eſt. Cuiuſmodi participium eleganter etiam in uicem ſuccedit infinitiui. ut opus eſt facto; ideſt facere. Curabo adductum, ideſt, adducere. Quomodo dicitur latine, *E per leggere*? Venturus eſt, Lecturus eſt. Item hoc, *E da eſſere pregato da noi*? Orandus eſt nobis? *Queſto è da eſſere fatto da te.* Id tibi faciendum eſt.

CONSTRVCTIO PRAEPOSITIONIS.

QVot caſus exigit præpoſitio? Duos. Quos? Accuſatiuum & ablatiuum. Quæ præpoſitiones exigunt accuſatiuum? Ad, aduerſus, &c. Quæ ablatiuum? A, ab, &c. Quæ utrunque ſibi uendicant? In, ſub, ſuper, & ſubter. Habent ne ſemper hos caſus præpoſitiones? Habent, duntaxat extra compoſitionem: alioquin degenerant in aduerbia, ut præceptor eſt infra: propè eſt dominus, iacet extra. Quis delectus, & quæ obſeruatio eſt in præpoſitionibus quæ exigunt accuſatiuum? Diſces exemplis ſequentibus.

Primum, ne dixeris, iuit apud uos, ſed, iuit ad vos, *E andato alle caſe noſtre*. Nam ad ſignificat ad locum, & ad perſonam, ſiue rem quamlibet. Apud ſignificat in loco, uel in perſona, nec ſequitur verba motus.

Vt pernoctaui apud te, *Ho ripoſato queſta notte appreſſo te* Apud templum illum conueni, ideſt in templo. *Non è appreſſo à Pietro,*

Pietro, Non eſt apud Petrum. Et differt a penes. Nam penes ſignificat in manu ſiue in poteſtate & dominio eſſe, quod non ſignificat apud, *Tutto quello che io ho, e nelle ſue mani, e in ſua poſſanza, o in ſua balia*. Omnia mea ſunt penes illum.

Aduerſus & aduerſum, ideſt, contra. Ne hercules quidem aduerſus duos. Si rectè facis, aduerſus ingenium tuum facis, *Se tu fai bene, tu lo fai contra la tua natura*.

Contra ſtimulum calcem iactas, *Tu recalcitri contra il ſtimolo*. Princeps erga populum clemens. Erga, verſo.

Cis Alpes, *Di quà dalli monti*. Citra Sequanam, *Di quà dalla Sequana fiume*. Citra pontem, *Di quà dal ponte*.

Accipitur pro fine, Citra iactantiam, *Senza inane gloria*. Vltra opponitur Citra. vltra pontem, *Di là dal ponte*. vltra Sequanam, *Di là dalla Sequana fiume*. Trãs mare, *Di là dal mare*. Circiter, ad tempus refertur & ad numerum. Circiter calendas Februarias, *Circa il giorno primo di Febraro*. Circiter duo millia, *Circa duo migiia*.

Circum, *intorno dalle mura ſono le foſſe*. Circum muros ſunt foſſæ. Circa forum, circa tres annos.

Intra, *Dentro*. Intra fortunam debet quiſque manere ſuam. Extra, *De fori*. Extra oleas, *Fuori delli termini*.

Inter os & offam, *Fra la uiuanda & la bocca, molte coſe può interuenire*.

Ob rem tam paruam. *Per una coſa coſi picciola*. Ob oculos mors erat, *La morte era auanti gli occhi*. Propter te cęſus ſum, *Son ſtato battuto per tuo amore*. Secus uiam, *Preſſo la uia*.

Ante, opponitur præpoſitioni poſt. Ante domum, & poſt domum, non retro. Pone ædem virginis matris, *Dopò la Chieſa della noſtra donna*. Pone ſe. *Dopò ſe*.

Supra, contraria eius quæ eſt infra. Supra omnes homines. *Sopra tutti gli huomini*. Infra omnes homines, *Fra, ò tra tutti gli huomini*.

Caue dicas, infra octo dies, aut infra annum, ſed intra.

Iuxta paulum, *ſecondo San Paolo*.

Secundum, *In te è la ſperanza mia appreſſo Iddio*. In te eſt ſpes mea ſecundum Deum.

Verſus poſtponitur ſuo caſui. Portum verſus abimus.

Vſque etiam poſtponitur, præſertim ordinatum cum altera præpoſitione, ut ad multam uſque noctem. Sed & præponitur, ut, uſque flumen, & vſque ſomni tempus.

Quis delectus, quæue obſeruatio eſt circa præpoſitiones, quæue auferendi caſum uolunt? A, conſonantibus tantum præponitur.

Venio à Petro, nec dixeris, uenio de apud Petrum. Ab, uocalibus, & i conſonanti, & liquidis l, & r, ut ab Ioanne, ab Ioue, ab legibus, ab re, *Senza cauſa.*

Abs proponitur, t, & q, ut abs te, abs quouis homine.

Sſignificat autem motum a loco.

Vt, à Gymnaſio eunt in uicum ſtramineum. Et motum à perſona, vt venio à vobis, *Vengo da caſa uoſtra.* Redeo à matre, *Ritorno da mia madre.* Item perſonam agentem, ut doceor ab amicis.

Præterea accipiunt pro poſt, ut, non vidi eum à prandio. *Io non l'ho uiſto dopò diſnare.* Ab eo tempore quid factum eſt? *Dopò quel tempo, che coſa è ſtato fatto?* Et pro de. *E di caſa uoſtra.* Eſt à vobis. *E della uilla.* Eſt à uilla.

Abſque, ideſt, ſine: Abſque te eſſet, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum. Triuiale eſt, ſi tu non eſſes, &c. *S'ello non foſſe, io haueria ben proueduto al caſo mio.* Abſq; eo eſſet, ego rei meæ ſatis prouidiſſem.

Io ſon fortunato in tutte le altre coſe, ſe nõ foſſe ſtata coteſta quà Fortunatus ſum cæteris rebus, abſque una hac foret.

Cum bonis agas conſuetudinem. *Pratica con li buoni.* Corã Præceptore, *Auanti lo Precettore.*

Migrat in aduerbium, & ſignificat quod barbari dicũt præſentialiter. ut, Cupio tecum agere coram.

Clam patre fecit, *L'ha fatto ſenza lo ſapere del padre.* Non clã me eſt, ideſt, non ignoro.

De, ſignificat materiam, ut Carmen eſt de bello Troiano, ideſt, cuius materia eſt bellum Troiauum. vbi ineptè diceretur. a bello Troiano: nam a, nunquam ſignificat materiam: quare non dicam, magnanimus, compoſitum eſt a magnus, & animus: ſed ex, uel de, neque a, ponitur uſquam pro de.

En

Et tamen contra, de, ponitur pro a, ut, Audiui de te, ideſt, abs te. Emi de Petro, ideſt à Petro. De, etiam ſignificat propter, ut amat te de virgine, de munere tuo, ideſt propter.

E, & ex etiam ad materiam referuntur, ut, Annulus ex auro. Iungitur autem e, conſonantibus tantum; ut è renibus laborat. *L'ha male alle reni.* Ad hunc modum, laborat è capite, è pectore.

Ex, & vocalibus, & conſonantibus. vt, Ex vſu tuo, meo, ſuo, noſtro, ideſt ad utilitatem tuam, meam, &c. Ita, è re tua, ſua, illius, & è dignitate ueſtra, &c. Viuo ex ſententia, *Io uiuo à mio piacere, ò à mia fantaſia, ò ſecondo il mio cuore.* Ex animi ſententia ſignificat etiam poſt. Ex illo non audiui patruum. Barbarorum infantisſimi hic uſurpant de poſt, uel ex tunc, *Io non l'ho uiſto doppo.* Ex eo, ſiue ex illo eum non uidi, *Qual giorno e dipoi che tu e uenut o? o quanti giorni e?* Quotus dies eſt quo uéniſti? ſiue: Quotus dies eſt poſtquam ueniſti?

Pro te hoc non facerem, ideſt tua cauſa. Significat etiam ante, ut, Quidam pro foribus te conuentum expetit. *Vn certo huomo e auãti le porte, che vuol parlare à te.* Infinitiuus ponitur pro nominatiuo, ideſt, loco nominatiui.

Præ oculis, ideſt, ante oculos: ut, Supina nullum præ ſe caſum uolunt. Præ ſe fert fiduciam. *Il ſe moſtra ſicuro.* Præ te fers magnam grauitatem. *Tu moſtri una grande grauità. De paura non ha ardire parlare.* Præ metu loqui non audet: Præ nequitia, Præ luxuria. Præ amore. Præ ſtudio literarum dormire non poteſt. *Per il ſtudio delle lettere, & l'affettione quale ha alle lettere, lui non può dormire.* Præ te alios nihil facis, *Tu non ſtimi niente gli altri appreſſo di te.* Præ manu nihil tibi dabo, *Io non ti darò niente auanti mano.*

Tenus, poſtponitur ſemper ſuo caſui. Capulo tenus, *Inſino al manego.* Mento tenus, *Inſino al barbozzo.*

Conſtruitur etiam cum genitiuo plurali nominis ſignificantis res geminas, aut ſingularem numerum deſiderantis: vt Aurium tenus, nuptiarum tenus.

Quis delectus, & obſeruatio eſt in ijs, quæ nunc accuſatiuo, nunc ablatiuo gaudent?

Nam

Nam in, vbi eſt motus ad rem ſiue locum, item vbi diuiſio aut mutatio in aliquid ſignificatur, accuſatiuo iungttur. Vt hæc via fert in urbem. *Queſta uia uà alla città*. Cicero inuectus eſt in Antonium. Commoda mihi librum in quatuor dies.

Ne dixeris, pro quatuor diebus.

Non peto niſi in unum diem. Alium famulum quærito in hunc diem. *Cerca un'altro fante in queſto giorno*.

Seruato aut emito perdicem in cenam, *Per la cena*. Et dicas in aurem, *Dillo ad eſſo nelle orecchie*.

Redit in gratiam cum ſocio. *E ritornato in gratia con il ſuo compagno*. Sciinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. Eraſmus phraſin Græcam fæliciter vertit in latinam.

Pro erga: ut, Multa in me contuliſti beneficia. Cum uero ſignificatur in loco, ſiue in re quippiã aut agi, aut eſſe, in ablatiuum adiſcit: ut, Nunquam uerſatus es in ſchola Pariſienſi? Prodeambulemus in baſilica palatina, *ſpaſſeggiamo nella ſala palatina del palazzo*.

Sub, accuſatiuum requirit cum motum ad rem, ſiue locũ, item cum paulo ante uel circa, aut etiam paulo poſt ſignificat: ut Deſcenditur ſub terram. Non cadunt hæc ſub oculos. Sub horam prandij exercetur iuuentus commiſſionibus, ſeu concertationibus literariis. Vulgo dicitur, fiunt quaſtiones paulo ante prãdium. Sub lucem exportans calathis, ideſt, circa lucem adueniente die. Sub rem diuinam examinantur prælecta, ideſt, paulo poſt. Vbi autem nihil tale eſt, ablatiuo gaudet: ut pernoctaui ſub Dio, *Io ho dimorato queſta notte al diſcoperto, o alla luna*. Recubas ſub tegmine fagi.

Super, opponitur præpoſitioni ſubter. Et ubi eſt motus ad rem ſiue locum, iungitur accuſatiuo: ut, ſuper Garamantas & Indos proferet imperium. Vbi motus non eſt: accuſatiuo & ablatiuo indifferenter apponitur: ut poteris mecum requieſcere ſuper fronde uiridi, & ſuper frondem uiridem. Significat & de, ſed tũ coniuncta eſt ablatiuo: ut, Multa ſuper Priamo rogitans, ideſt de Priamo.

Subter, cuius vna eſt ſignificatio, eaq; contraria ei quæ propriè eſt ſup., ſine delectu alias accuſatiuo cohæret, alias ablatiuo:

tiuo:ut ſubter aquas, aut ſubter aquis pulchrè vrinatur, *Il noda gagliardamente ſotto acqua.*

CONSTRVCTIO ADVERBII.

CVm quot caſibus conſtruitur aduerbium? Cum quinque nominatiuo, genitiuo, datiuo, accuſatiuo, & ablatiuo.

Quęnam aduerbia conſtruuntur cum nominatiuo & accuſatiuo?

Aduerbia demonſtrandi, En improbitas, En quatuor aras, Ecce tibi ſtatus noſter. Tibi, datiuus eſt generalis. Ecce rem. En exprobrandi tantum accuſatiuum vult: ut, En aſtutias. En animum bonum, ironicè.

Quænam conſtruuntur cum genitiuo?

Primo aduerbia temporis, ut Tunc temporis, *All'hora.* Interea loci, idest, temporis, Pridie eius diei, *Il di dauanti.* Poſtridie reſurrectionis, *Il di dipoi la reſurrettione.*

Conſtruuntur etiam duo hæc poſteriora cum accuſatiuo.

Vt pridie & poſtridie calendas Februarij. Item cum particula quàm, & ſine caſu: ut pridie quàm pateretur Chriſtus comedit Paſcha cum diſcipulis, *Il di auanti che Chriſto patiſſe, &c.* Et ſine quàm etiam. Venit ad me poſtridie clamitans, *Il di dipoi uenne a me, gridando.*

Quæ ſunt aduerbia temporis interrogatiua? Quando, quandiu, quandudum, quampridem, quàm mox, quoties, quouſque.

Sunt & aliæ percontandi formulæ, Quanto tempore, Quotum ab hinc, Ex quo, In quo, & intra quod.

Quæ redduntur per quando? Heri, cras, pridie, poſtridie, perendie, *Dipoi dimane,* nudiuſtertius, nudiuſquartus, &c. diu, noctu, interdiu, iam, nuper, aliquando, alias, olim, dudum, pridie, tum, quum, ſtatim, continuò illicò, antehac, poſthac.

Quid elegantiæ eſt in aduerbio quum? diſces à ſequentibus

bus exemplis,*Le già doi anni,che cominciò a eſſere con meco.*Biennium eſt quum mecum eſſe cœpit.

*Non è lungo tempo,quando i denti gli caſcarono.*Haud diu eſt quũ illi dentes exciderunt.

*E già meſi ſette,che perſona non ha meſſo qua dentro il piede.*Septem menſes ſunt, quum in has ædes pedem nemo intro detulit,*Il tempo uenirà,quando tu te ne pentirai.*Aderit quum te pœnitebit.

*Io ho ſempre mai deſiderato queſto giorno, concioſia che da te foſſe alcuno,che ti nominaſſe padre.*Hunc uidere ſemper optaui diẽ, cum ex te eſſet aliquis,qui te appellaret patrem.

Si ullum unquam fuit tempus,quum tibi gratum fuerim: quæſo te,hanc mihi dato ueniam, *Fammi coteſta gratia.E già giorni tre,che non ha fatto,che dormire.* Tertius hic dies, quum interea nihil aliud quàm dormitauit.

Quæ reſpondentur ad quandiu? Tantiſper, pauliſper, parumper,ſemper.Caue dicas,Da mihi parumper uini, ſed parum:dicas autem, mane parumper, & reſiſte pauliſper, *Arreſtati un poco.*

Quæ reſpondentur ad quàmmox?Statim,cito,iam,nunc, & cætera.

Quæ reſpondentur ad quoties? Sæpe,raro, ſubinde, nunquam,plerunq;,quotidie,toties : item numeralia, ſemel, bis, ter,quater,quinquies,ſexies,& ſic deinceps.

Quæ reſpondentur ad quouſque? Hactenus,adhuc,in diẽ, in horam,hucuſque,&c.

Secundo cum genitiuo conſtruuntur aduerbia loci.

Vt,Vbi terrarum eſſes,ne ſuſpicabar quidem. Vbiuis gentium,quoquo terrarum,nuſquam gentium.Quò miſeriæ deuenimus?Eo impudentiæ,eo temeritatis ventum eſt,ideſt ad eam impudentiam, temeritatem. Huccine rerum venimus? id eſt ad has ne res?Eò loci redactus eſt ſtatus noſter.

Quæ ſunt quæſitiua aduerbia loci? Vbi,ideſt,in quo loco. Vnde, ideſt à quo loco.Quò,ideſt ad quem locum.Quà,ideſt per quem locum.Quorſum,ideſt, quem locum verſus. Quouſq;,ideſt quem locum uſque.

Quæ reſpondentur ad ubi? Hic,iſtic, illic,ibi,intus, foris, utrobique,paſſim,nuſquam,ſupra,infra, ſubtus.

Quæ reſpondentur ad unde? Hinc, iſtinc, illinc, inde, eminus,cominus,aliunde,undecunque,ſuperne, inferne.

Quæ reſpondentur ad quò? Huc,iſtuc,illuc, eò,illò,aliquò, quoquò,quocunque,intro, foras,peregre, ſupra,infra.

Quæ reſpondentur ad quà? Hac,iſtac,illac,quaqua,quacūque,quaquauerſus.

Quæ reſpondentur ad quorſum? Horſum, iſtorſum,illorſum,quoquouerſus,ſurſum,deorſum.

Quæ redduntur ad quouſque? Hucuſque,iſtucuſque, illucuſque,eouſque, aliquouſque.

Quis de his omnibus traditur canon.

Aduerbia localia ſeu quietis, ſeu motus ſignificationem præferentia, uerbis aut participijs adduntur, quorum ſignificatio ad eundem motum, aut quietem pertineat: ut quum abſit motus, dicamus fui, amaui. docui illic, &c. Si adſit motus, atque is ad locum, dicamus: illuc ueni: Si per locum, hac iter facit: Si de loco, hinc proficiſcuntur.

Tertio conſtruuntur cum genitiuo aduerbia quantitatis. Satis uirium, parum animi.

Multum,paulum,paululum,dum,aduerbia modo ſunt. Abundè eruditionis, affatim lignorum. *Abondantia di legne*. Singulare eſt, minimè gentium, pro nequaquam. Inſtar montis. Inſtar montis eſt hoc pati *A ſimilitudine della morte è coteſto patire*. Porrò vt ſummam celeriter comprehendam. Sunt in aduerbiis quæ à quibus deriuantur, datiuum accipiunt, vt venit obuiam illi: nam obuius illi dicitur. Canit ſimiliter huic. ſicut ſimilis huic.

Comparatiua etiam & ſuperlatiua conſtructionem ſeruant nominum unde profecta ſunt.

Vt melius te dicit, ideſt, quàm tu. Plus quingētis colaphis. Maximè omnium, &c. Subſeruit generalis regula, Vbi ſignificatio

ficatio eſt eadem hic quoque, eandem conuenit eſſe conſtructionem.

De accuſatiuo patuerunt exempla, pridie nonas, &c.

CONSTVCTIO interiectionis.

CVm quot caſibus cohæret interiectio? Quatuor. Nominatiuo enim, accuſatiuo, & vocatino gaudent apponi O, Pro, & Heu.

Vt, O magna vis veritatis. Pro dolor. Heu dementia. O inſignem impudentiam.

Aliquando tamen hic ſupprimitur, O, vt, Miſerum me. Pro Deum atque hominum fidem.

Heu ſtirpem inuiſam.

O Pamphiile ſalue. Pro Deus immortalis. Heu ſocii.

Hei autem, & væ datiuo, vt hei mihi, væ tibi phariſæe.

CONSTRVCTIO. coniunctionis.

COniungunt ſimiles quidem caſus, & modos ſed res tamen diuerſas, coniunctiones copulatiuæ, & diſiunctiuæ, item voculæ tam, quàm, niſi, præterquam, & fere aduerbia ſimilitudinis: dum ne diuerſum ſit regimen.

Vt, Fegiſti arcum, & calamos, Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt. Paupertas laudatur, & alget. Amplectitur tum literas, tum uirtutem. Colit cum eruditos omnes, tum in primis Budæum. Hoc Petrus vel Ioannes fecit, Seu Claudius, ſeu Henricus habet.

Vbi regimen eſt diuerſum?

Intereſt mea, & Petri. Emi Caroleo, & pluris.

Vtrius numeri oportet eſſe ita coniunctos caſus, ſiue

 modos?

modo? Si copulatiua eſt coniunctio pluralis numeri.

Vt, Claudius, & Simon ſunt æquales, Ego tuque ſcribimus.

Si uero diſiunctiua: ſingularis.

Vt, hoc Plato uel Cicero tradit, Aut frater tuus, aut tute ſublegiſti.

PARADIGMATA

Tam doctus eſt quàm pater fuit. Ne dixeris, eſt tam doctus ſicut tu, ſed quàm tu, nec ſignificat tantum ſicut quancum. Nam penè cecidi, quàm tu. Nemo niſi ſtultus ita ſentiret. Auarus nulli rei præterquam pecuniæ ſtudet: Munificus quaſi rex. Superbit tanquam leo, &c.

Quot ſunt ordines coniunctionum? Tres. Quæ? Præpoſitiuus, Subiunctiuus, & Communis.

Quæ ſunt coniunctiones præpoſitiui ordinis? Et, ac, atque, at, aſt, aut, neque, nec, ſi, quin, quatinus, ſin, ſeu, ſiue, niſi, ni.

Quæ ſunt coniunctiones ſubiunctiui ordinis? Quæ, ne, ue, quidem, quoque, autem, uerò.

Quæ ſunt communis? Ferè reliquæ, ut quidem, igitur, tamen, ergo, &c.

FINIS.

IOANNES PELLISSO CONDRIENSIS DE MODO EXAMINANDAE CONSTRVctionis in oratione, Dialogus.

Interlocutores, Præceptor, & Diſcipulus.

PRAECEPTOR.

DIc mihi adoleſcentule, quis tibi enarratur autor? D. M. Tul. Cicero. P. In quo opere? D. In epiſtolis familiaribus. P. Recita tibi perlecta. D. Ego omni officio, ac potius pietate erga te cæteris ſatisfacio omnibus, mihi ipſe nunquã ſatisfacio. Tanta enim magnitudo eſt tuorum erga me meritorum: vt quoniam tu niſi perfecta re, de me nõ conquieſti; Ego quia non idem in tua cauſa efficio, vitam mihi eſſe acerbam putem. P. Non progrederis ultra? D. Nempe quòd hic putem eſſe periodum. P. Quid uocas periodum? D. Orationis continuationem vſque ad id, quo ſenſus concluditur, ideſt, In lectione totam ſententiam, ſeu mauis orationis uelut integrum quoddam corpus. P. Græcum nomen eſt periodus? D. ſcilicet. P. Quomodo interpretatur Latine? D. Quintiliano autore, uel ambitus, uel circunductus, vel continuatio, uel concluſio. P. Cur ambitus uel circunductus? D. Quòd in orationis ſerie ea ſit vocũ circuitio ac comprehenſio, qua & impletur, & abſoluitur ſententia. P. Cur autem concluſio? D. Quia non prius eſt periodus, quàm ad extremam clauſulam præuentum eſt. P. Quid, periodi quot ſunt partes? D. Duæ, colon & comma. ex his enim conſtat omnis periodus, ſi quidem ex commatis ſint cola, ex colis periodi. P. Non his quoque Latina nomina data ſunt? D. Prorſus. Illi membrum: huic inciſum. P. Quid appellas membrum? D. Perfectam quidem orationem, ſed cuius tamen ſenſus adhuc pendeat, atque aliud quidpiam ſibi ad-

iungi poſtulet. P. Quid inciſum? D. Membri partem, quæ ab eo integro abſciſſa, per ſe nihil efficere poſſet. P. Quænam ea eſt membri pars? D. Orationis partiũ ſtructura, cui finitũ de eſt verbum: aut cui etiam ſi uerbum adeſt, ſenſus tamen non conquieſcit, ſed ad membrum quaſi metam properat, quemadmodum membrum ipſum ad periodum recta tãquam ſententiæ verticem currit, quem ut pertigit, conquieſcit. quo fit, vt ſi quid ſequatur, alia ſit oratio. P. Quid ergo differunt colon & comma? D. Colon. dictum eſt a corpore abſciſſum integrum membrum. Comma quaſi trunca pars membri a corpore amputata. Corpus autem orationis intelligi volo. P. In omni colo, quid primum quærendum eſt? D. Verbum opinor. P. Næ hic ſcopus eſt. Conuenit enim ante omnia in verbum inſpicere, quid ſibi id velit, & quid agat: an perficiat ſenſum necne: vnde, quo feratur, ideſt, quid ante ſe, quid poſt ſe exigat: cur hunc potius, quàm illum admittat caſum, cur alicubi interueniat præpoſitio; quid ei faciat aduerbium. breuiter quo pacto quæque dictio cum eo conſtructa ſit. Nam ex eo pendent omnia. P. Cæterum quo pacto hæc perſpicias omnia? an pro arbitratu, & de animi tui ſententia? D. Immò uerò ex certo quodam Grammaticorum præſcripto textum in ordinem ſcholaſticum redigã: & quod inuolutum erit explicabo. P. Expecto quod dicas. D. Primũ ſi erit vocatiuus, ab eo incipiam. Hinc cõtinuo veniam ad nominatiuum, quod ſuppoſitum verbi dictitant. Deinde verbum ipſum capiam: cui accedat, ſi quod aduerbium eius ſignificationem declarabat. Tũ caſus omnes adiungam, quos video conſtructos cum eo a parte poſteriore. Vt ad pauca redeam. Quæcunque dictio alteram adſciuerit, hanc ei præponam. Ita fiet, opinor, ut omnia mihi ſint aperta. P. Recte ſentis. Verum non ſunt alia, unde iſto pacto ſententiam ordiare? Sunt profecto, & quidem multa. Nam pè aduerbia demonſtrandi, hortandi, vocandi, reſpondendi, optandi, quædam temporis, ut cum, dum, quando, quãdoquidem, &c. Item aduerbia interrogandi, negandi, eligendi, prohibendi, ordinis, ſimilitudinis. Præterea interiectiones, & ferè cõiunctiones ab his his omnibus initium capit grammaticus ordo. Procedunt etiam interrogatiua, relatiua,

latiua, negatiua diuiſum, & antecedens relatiui, cuiuſcunque caſus fuerint. P. Cur nunc ordinem ſcholaſticum, nunc grãmaticum nominas? D. Scholaſticum dico. quòd in ſcholis protritus ſit; grammaticum, quòd iuxta canones grammaticos conſtituatur, neque is eſt quo teximus orationem, certè quum ipſi eleganter, aut loquimur, aut ſcribimus: tunc enim tale nihil obſeruamus. Nam quomodo loquuti ſunt veteres Latini, alia ratione non habita, loqui ſtudemus. Sed eſt reſolutio quædã textorum, qua dicendi gratia in autoribus enarrandis vtimur. P. Agedum ergo, in hac periodo cola quot ſunt? D. Sex. P. Cedò quæ? D. Ego omni officio, ac potius pietate erga te, cæteris ſatisfacio omnibus: primum colon eſt. Mihi ipſe nunquam ſatisfacio: ſecundum. Tanta enim magnitudo eſt tuorum erga me meritorum: tertium. Vt quoniam tu niſi perfecta re de me non conquieſti: quartum. Quia non idẽ in tua cauſa efficio: quintum colon eſt, Vitam mihi eſſe acerbam putem, ſextum, in quo eſt periodus & clauſula, ideſt, totius ſententiæ cõcluſio. P. Quot in eadem ſunt commata? D. Tria. P. Fac videã. D. Nam in primo membro ſunt duo. Prius eſt, Ego omni officio. Alterum eſt, ac potius pietate erga te. Tertium eſt in membro illo, Quoniam tu niſi perfecta re de me nõ conquieſti. Niſi perfecta re, comma eſt ſeu inciſum. P. Quæ ſunt in his omnibus neceſſario animaduertenda? D. Ea ipſa quæ in conſtructione partium orationis requiruntur, cõuenientia, exigentia, delectus, ordo. P. Ordina ergo primum colon. D. Ego ſatisfacio omnibus cæteris omni officio, ac potius pietate erga te. P. Dic verbum. D. Satisfacio. P. Quid ſignificat ſatisfacere? D. ſatisfacere generale eſt in præſtando, efficiendoq; illud, quo quis contentus ſit. vulgus Italicum dicit *contentare*. P. Quodnam verbum eſt? D. Perſonale. P. Finiti modi, an infiniti? D. Finiti. P. Cuius? D. Indicatiui. P. Quæ eſt eius exigentia? D. Exigit ante ſe nominatiuum perſonæ agentis eiuſdem ſecum numeri & perſonæ, & poſt ſe datiuum perſonæ patientis, cum ablatiuo ſine præpoſitione, ſi ſenſus exigit. P. Cur addis ſi ſenſus exigit? D. Quia poteſt carere ablatiuo: vt hoc mihi non ſatisfacit, ideſt, non explet mihi animum. P. Quis eſt canon de nominatiuo anteriore? D. Omne

verbum

Digitized by Google

verbū perſonale finiti modi exigit ante ſe &c.P. Quis de datiuo poſteriore? D.Omne verbum cuiusq; generis habere poteſt etiam præter alios caſus &c.P. Quis autem canon de ablatiuo ſine præpoſitione? D. Cum omui genere verborum inſtrumentum quoduis,item cauſa efficiens,item actionis modus &c.P.Oſtende eius generis nominatiuum ante verbum. D.Ego. P.Expreſſus ne eſt, an ſubauditus? D.Expreſſus eſt.P. Cur expreſſus,quum in uerbis primæ & ſecundæ perſonæ ſatis intelligitur nominatiuus? D. Quia in eo eſt emphaſis. P. Quid eſt emphaſis? D.Figura altiorem præbens intellectum, quàm quem uerba per ſe ipſa declarant.P.Hanc ergo mōſtra hic eſſe.D.Nam ita capio, O Lentule,quàm ſint in te officioſi alii amici tui, nō ſcribo:ſed de me illud tibi adfirmo,me amicum tibi talem eſſe,me in te ita officioſum eſſe,ſic agnoſcere, ſic in memoria habere tua in me merita,ut dicant quidē omnes,eorum me nihil omittere,quæ amici gratia eius quidem cui plurimum debeas,par ſit obire & præſtare:ſed tamen omnia cum faciam,& nihil intentatum tua cauſa relinquam,mihi ipſe uidear nihil facere:adeò magnipendo, quæ tu mea cauſa feciſti. P. Oſtende conuenientiam.D.Ego,eſt numeri ſingularis & primæ perſonæ : ſatisfacio item eſt nomeri ſingularis & primę perſonæ.P.Quod eſt conuenientia? D.Orationis partium inter ſe certus in aliquot accidentibus ſuis conſenſus.P. Quotuplex eſt conuenientia? D: Triplex. Nominatiui cum verbo, Adiectiui cum ſubſtantiuo, & Relatiui cum antecedēte. P.Oſtende a poſteriore datiuum:D.cæteris omnibus.P.Cęteris quomodo conſtructum eſt cum omnibus? D. Sanè in recta adiectiui cum ſubſtātiuo cōuenientia: utrunque enim eſt numeri pluralis,datiui caſus, & maſculini generis.P.Adiectiui cum ſubſtantiuo? atqui vtrunque eſt adiectiuum. D.Nō inficior, ſi extra hanc orationem accipiantur. Sed hic omnibus vim obtinet ſubſtantiui a nominatiuo omnes, omnium &c. P.Quid in hoc deputas elegans? D.Quod ipſum nouisſimo ſit loco poſitum.Præceptio nanq; eſt elegātiæ,Superlatiuus,negatiua nomina,nomen omnis,& quodlibet adiectiuum,quo magnificum quiddam ſignificatur,poſt alia vt quàm frequētisſimè collocari ſolent.Paradigmata ſunt.Nō offertur dicen-

di materies ampliſſima: Quia ſuo iure cedere vltro velit repe ries neminem. Quæ tu dixiſti, uera ſunt omnia. Alexander ille Magnus, P. Cedò ablatiuum ſine præpoſitione. D. Omni officio, ac rurſum hic adiectiuum congruè iunctum eſt ſubſtantiuo in eodem numero, genere, & caſu. P. Quid proprie eſt officium? D. Quod quiſque efficere debet pro ſuæ conditione perſonæ, in quo animaduertere oportet, quid loco cõueniat, quod tempori, quid rerum, aut perſonarum dignitati: Italicè, *e l'officio de ogn'uno*: vt in familia bene inſtituta omnes in officio eſſe oportet, *In una caſa bẽ ordinata è dibiſogno che ogn'uno faccia il ſuo officio*. Vnde qui officium ſuum facit, is eſt, qui recte facit. Nã officiũ dicitur quaſi efficium ab efficiendo, quod unicuique perſonæ congruit. Conuenit autem, ut quiſque merẽtibus uel honorem exhibeat, uel opem ferat: quo factum eſt, ut officium beneficiũ dicatur ſiue obſequium, *Honore piacere ſeruitio*. Vt officii gratia deduximus eũ, *Noi l'hauemo accompagnato, per fargli honore*. Item, Quandoquidem tuum in me officium mihi exprobras, nullam tibi habeo gratiam, *Dapoi che apponi l'appiacere, che tu m'hai fatto, io nõ te n'ho gratia alcuna*. Et, eius in te officia ei rependere non poſſes, *Tu non gli potrai rendere il ſeruitio, che eſſo ti ha fatto*, Hinc officioſus, *Sempre eſſo mi ha fatto de gli appiaceri, o ſeruitij*. Sẽper ĩ me officioſus fuit. Vnde & officioſè aduerbiũ, quo ſic licebit vti. *Di alla madre mia, che io mi raccomando a ella tanto humilmẽte quanto tu puoi*. Matri meæ ſalutẽ, quàm potes officioſiſſimè nũtiato. Habes præceptor de nomine officiũ, quæ dicenda putaui. P. Probo. Caue igitur dixeris ſeruitiũ, ad iſtum quidem ſenſum: ſignificat nanque hoc idem quod ſeruitus: Dic, nõ functus es amici officio. Non feciſti amici officiũ; *Tu non hai fatto l'officio dello amico* Nullum tuum erga me agnoſco officium, *Io non conoſco officio alcuno tuo, uerſo me*. Quod in me cõtuliſti officium? *Qual ſeruitio m'hai tu fatto, o qual piacere?* P. Ac, quo hic poſitũ ẽ? D. Inter duos ablatiuos, quos cõnectit. P. Cedò quos? De officio & pietate. P. Quo canone eos coniungit? D. coniungunt ſimiles quidem caſus, & modos, ſed res tamen diuerſas, &c. P. Cuius ordinis coniunctionum. Ac? D. Præpoſitiui. P. Quare? D. Quia poſtponi non poteſt. P. Ac potius pietate, etiã

hic

hic figura quæpiam? D. Eſt. P. Quænam? D. Quam Rhetores correctionem appellant, quum id tollitur, quod primo dictum eſt, & pro eo reponitur, quod magis idoneum videtur. P. Ablatiuus pietate, unde pendet? D. A tergo uerbi ſatisfacio, eadem ratione qua ablatiuus officio. P. Pietas quid propriè ſignificat? D. Diuinum cultum, ſiue obſeruantiam quandam, & reuerentiam cum omni officio, Primum in deũ dein de in patriam, tum in parentes, præterea in propinquos & ſanguine cõiũctos, poſtremo in eos omneis a quibus magnis affecti beneficijs ſimus, Græcis eſt, *εὐσέβεια*, & *εὐσέβῶ* quod eſt pietatem colo, *σέβωμει*, colo, uenero &c. Italis uernacula lingua, *l'honore & reuerentia, l'obedientia, & ſeruitù, qualenoi dobbiamo primieramẽte a Iddio; dipoi la carità o amore che noi dobbiamo hauere uerſo i noſtri paeſi, a noſtro padre, & madre, a tutti gli noſtri ſuperiori, a quelli che ſono del ſangue noſtro o parẽti, à tutti quelli, che ne hãno fatti grãdi beni. In ſomma l'amore et affettione ſingolare, che noi habbiamo à tutti quelli, che nõ ſono inferiori à noi.* Pietas. n. ſignificat ẽt ſingularẽ amorẽ; & plus eſt longè, quã officiũ. P. Vt dicis Latinè, *Queſto è un' huomo molto diuoto à Iddio*. D. Vir eſt ſumma in Deũ pietate. In Deũ admodũ pius; homo pietatis in Deũ nõ vulgaris egregiæ, eximiæ. P. Deuotus ergo & deuotio hic nõ uſurpas? D. Quippe quæ barbara ſunt in eo ſignificatu. P. Dic ẽt Latinè, *Ha bene amato ſuo padre, & ſua madre, & li ha ben ſeruiti*. D. Pius fuit in parẽtes. P. Significat ne etiã pietas quod Italicè dicitur. *Miſericordia, o pietà?* D. Actiuè fortaſſe, paſsiuè non videtur. P. Quomodo actiuè? D. Vt, nõ ſecus in me pius fuit, quàm fuit pater in filios. i. vt exponit Perottus, miſericors, benignus. Paſsiuè. *E grãde pietà di quello huomo*. Non hic dicam, magna eſt eius hominis pietas, ſed miſeria: miſera eſt illius hominis conditio, miſer ſtatus. *E coſa miſera guardare a quello*, miſerum eſt id ſpectare, res miſera eſt, ſi id ſpectes. *Io ſon miſero*. Miſer ego ſum. *Io ho pietà di eſſo*. Me miſeret eius, illius, non autẽ, pietatẽ habeo. P. Iam tandem, quis autori delectus in his fuit? D. Nimirum, vt officio potius diceret, quã obſequio. Nam officiũ magis neſcio quõ in eos quadrat, qui ſe ijs magno pe deuinctos eſſe fatentur, quorum gratia quippiam faciunt aut pręſtant,

Et

Et pietate: in quo nomine plus multo ponderis eſt, quàm ſi dixiſſet, aut amore, aut obſeruãtia, aut aliud quiduis eiuſmodi. P. Erga, quod genus dictionis? D. Præpoſitio P. Quid hic facit? D. Declarat nomen pietate: ſic.n.eſt, pietate erga te.i. quã ego habeo in te, ſi ita liceret dicere. P. Illud te cuius caſus? D. Accuſatiui. P. Cur potius accuſatiui, quàm ablatiui? D. Quia erga flagitat accuſatiuũ. non ablatiuum. P. Quid ſignificat erga? D. Italice, *uerſo qualcuno*, refertur.n. ad perſonam, non ad rem. Et capitur ferè in bonam partem, nonnunquam etiã in malã, In bonã, vt pius erga parentes. In malã, *Io non ho peccato uerſo te*. Nihil erga te ſum commeritus; nihil erga te peccaui. Item, erga me contumelioſus. *Quello che mi ha fatto tante uillanie & oltraggi*. P. Cur dixiſti non referri ad rem? D. Quia non ſatis Latinum eſt. Turbaris erga plurima; dicendumq; circa. P. Profer ſecundum membrum. D. Mihi ipſe nunquam ſatiſfacio. P. Ordina. D. ipſe nunquam ſatiſfacio mihi. P. Oſtende verbum. D. Satiſfacio. P. Nominatiuum à fronte. D. Ipſe. P, Cõuenit ne huic ſatis cũ illo? D, Satis, P. Planum fac. D. Ipſe, eſt nominatiuus ſingularis numeri, primę perſonę, & ſatiſfacio, eſt eius verbũ, itẽ ſingularis numeri, Primæ perſonæ. P. Quid non tradunt Grammatici caſus nominãdi omneis eſſe tertiæ perſonæ præter Ego, & nos, qui ſunt primæ perſonæ, Tu, & uos, qui ſunt ſecundæ? D. Tradunt. P. Tenes regulam? D. Teneo. P. Profer in medium. D. Omnia nomina, pronomina, & participia ſunt tertiæ perſonæ, exceptis &c. P. Qui fit igitur, ut illud ipſe hic ſit primæ perſonæ? D. Quid, quòd idem poſſet eſſe ſecundæ, ſi verbum eſſet ſecundæ? P. Ain' verò? D. Quippe quòd ſit cuiuſq; perſonarũ indiſcriminatim· ut ipſe lego, ipſe dormis. P. Da verbi caſum à poſteriore. D. Mihi. P. Quis caſus eſt? D. Datiuus. Nam, ut iã dixi, verbum ſatiſfacio, exigit poſt ſe datiuum. P: Eſt ne aliud quicquam cum hoc verbo? D. Aduerbiũ temporis nunquam. P. A tergo ne, an a fronte? D. Iſtud quæri non ſolet de aduerbio, ſed tantum de caſu. Aduerbiũ utrobiq; attexas licet, modo iuxta verbum: huic enim adhęret, ut eius ſignificationẽ explanet atq; impleat. P. Quid eſt, mihi ipſe nunquam ſatiſfacio? D. Non facio ad cupiditatem meam, non expleo mihi animum, nõ facio ſatis meo tui

ſtudio

ſtudio. P.Nonne ſatisfacio compoſitum ex ſatis & facio? D. Quid tum poſtea? P.nam tu diſſoluis compoſitionẽ.D. Quid inde diſpendij? nonne itidem dicimus,adeo te, & eo ad te? P, Optime, Perge ad reliqua.D. Vis reſoluam tertium colan? P. Si uidetur. D. Magnitudo enim meritorũ tuorum erga me eſt tanta. P.Quodnam eſt uerbum? D. Eſt. P.Quis nominatiuus? D.Magnitudo tuorum erga me meritorum. P.At enim, tuorum erga me meritorum, nominatiuus non eſt.D.Eſto: ſed unà ſunt cum nominatiuo. P.Qui ſic? D. Quippe genitiuus meritorũ, pendet ex nõiatiuo magnitudo: & tuorũ, eſt eius adiectiuum,& illud,erga me, pendet ex eodem genitiuo meritorum.Nam ſenſus eſt,meritorum erga me, ideſt, eorũ quæ in me contuliſtj,hoc eſt,curæ,& diligentiæ, quæ tu in ſalutem meam contuliſti. P.Eſt ita,ut dicis,ſed cur potius genitiuum illum cum nomine,quàm cũ uerbo conſtruis? nã uerbum eſt,etiam genitiuum admittit.D. Quia ſenſus orationis oſtendit ad nomen, nõ ad uerbum referri.Is enim ſenſus eſt, ut dixi, *Per la grandezza delli beneficii,che tu mi hai fatto*. Iam eſt canon, Subſtantiuum nomen ſi ad alterum diuerſæ rei ſubſtantiuum quoquo modo ſpectat,& refertur, cum eo iungitur in genitiuo.P. Cõſentit adiectiuum cum ſubſtantiuo? D. Conſentit. P.Demonſtra. D. tuorum eſt adiectiuum numeri pluralis, genitiui caſus,& neutri generis.Itemq; meritorum, eſt ſubſtantiuum eiuſdem numeri, caſus, & generis. P. Quod adiectiuum eſt tuorum? D.Pronomen P. Quotuplex adiectiuum? D.Triplex.Nomen,ut bonus. Pronomen, ut tuus.Participiũ,ut legens.P.Eſt ne hic alia conuenientia? D.Eſt.P. Quę? D.Nominatiui cum uerbo.P.Oſtende.D.Magnitudo eſt. P. Eſt tanta, dicis etiam conuenientiam nominatiui cũ uerbo? D. Non. P. Quid igitur? D. Exactionem. P.Quapropter? D. Quia is nominatiuus tanta,conſtruitur à tergo uerbi: verbũ enim ſubſtantiuum exigit poſt ſe nominatiuum, qui ad eandem rem pertinet, quam ſignificat nominatiuus anterior. P. Tamen nec numero, nec perſona diſsidet ab eo uerbo. D. Sit ita ſanè, eo ne continuo uerbum tenebitur conuenire cũ nominatiuo poſteriore? Minimè uerò,quia ueſtes ſunt lana: nõ eſt lana dicimus. Atque de hoc præceptum eſt. Si uerbũ ſubſtantiuum

ſtātiuum poſt duos aliquos nominatiuos diuerſorum numerorum ponitur, ipſum conuenit cum proximiore. Si autē inter duos, cum priore tantum: vt Omnia pōtus erat: verba Dei ſunt meditatio Chriſtiani. P. Magnitudo meritorum tuorū, *La grandezza delli tuoi beneficij fatti &c.* Pulchrè hoc latinè dixiſti. Cæterū quomodo dixiſti illud, *che tu hai a me fatto?* Non enim viſus es mihi dicere, quæ tu feciſti mihi. D. Ridiculum, quaſi Latinam linguam oporteat ſeruire Italicè. P. Quid tum poſtea? D. Nempe quòd nihil æquè Latinam linguā corrumpit ac cōtaminat, atque ſiquis hanc ad Italicam aut aliā peregrinam linguam uelut obtorto collo trahat, cum eadem ſententia efferri ferè ſoleat aliter Gallicè, aut Hiſpanicè, aut Germanicè, aut Italicè, aliter Latinè. P. Vbi igitur enūciatus eſt ſenſus iſte. D. In præpoſitione erga, ſtructa cum accuſandi caſu. me. Si quidem tāta eſt magnitudo tuorum erga me meritorū, perinde eſt, ut iā admonui, quaſi dicat, Adeò magna ſunt officia quæ tu in me collocaſti &c. P. Erga, præpoſitio cur ſtructa eſt cū accuſatiuo? D. Quia de grege earum eſt, quæ ſeruiūt accuſatiuo caſui. P. Meritorum quiſnam intellectus. an idem qui hic eſt, Quod uapularis, meritū eſt tuum? D. Vide quo ſenſu dicatur, bene mereri de aliquo: inde enim exiſtunt merita, ideſt beneficia, ſiue quæcunq; præſtantur, & efficiuntur alterius gratia. P. Dic ergo Latinè, *Quando mi ricōpenſerai di tante coſe, che io ho fatte per te?* D. Quādo mea in te merita rependes, remetieris? quando meis in te meritis reſpondebis? P. Reſolue quartum membrum. D. Vt quoniam tu non conquieſti de me, niſi re perfecta. P. Oſtende verbum. D. Conquieſti. P. Cuius generis perſonalium verborum? D. Neutrius. P. Regula ne formatum eſt? D. Non, ſed figura. P. Quanam? D. Syncope. P. Quid eſt ſyncope? D. Ablatio literæ uel ſyllabæ è medio dictionis: ut conquieſti, pro conquieuiſti. P. Quē caſum adſciſcit ſibi à poſteriore? D. Ponitur plurimū abſolutè: eſt. n. verbū neutrum abſolutū: aut ſi quē caſum poſt ſe admittit duntaxat cum præpoſitione admittit. P. Admiſit ne hic quenquam? D. Etiam. P. Quem? D. Ablatiuum cum præpoſitione de: eſt enim, non conquieſti de me. P. Quid aūt eſt. Nō cōquieſti de me? D. Ideſt, de me ſolicitus eſſe non deſiiſti?

ſti: mearum rerum ſatagere non ceſſaſti. aut potius de me.i. propter me. P. Quot ſignificata habet de? D. Circiter ſeptem, P. Age, Dic. D. Primo ſignificat materiã. ut, nunc diſputamus de prępoſitionibus. Secundo ſignificat à, uel ex, ut emi domũ de Petro.i, à Petro. De pueris diſce quis hoc flagitium fecit, *Sappi dalli fanciulli chi ha fatto queſto male*. Quæſiui de Pompeio, ideſt, ex Pompeio. Clamat de via.i. ex uia: & de fructu cognoſcitur arbor, *E conoſciuto l arbore dal frutto*. Domum hanc de patre cõduxit extruendam. *Lha tolto à pretio, à edificare queſta caſa da mio padre*. Tertio ſignificat propter, Latinè quidẽ: Nam Italicè, ipſum de auditur. *E molto allegro de' ſuoi figliuoli*. Lætus eſt admodum de liberis ſuis. *E laſſo di caminare*. Defeſſus eſt de uia ideſt, propter uiam, propter liberos &c. *Grandemente ti ama per le lettere Greche*. Impenſe te amat, de literis Græcis, ideſt, ob, ſeu propter literas Græcas. *Il capo mi duole per il uẽto*. Caput mihi dolet de uento, ideſt, propter uentum: auditur & Italicè propter, hoc modo uidelicet. *E uenuto uno Imbaſſatore da lo Imperatore in Franza per la pace*. A Cæſare in Frãciam uenit legatio de pace, ideſt, propter pacem. *Io ho mandato uno gargione al libraio per cambiare queſti libri*. Puerum miſi ad bibliopolam de libris iſtis commutandis. Quarto ſignificat ſecundum, ſeu pro. *Il fa ſecondo il ſuo coſtume*. De more facit, aut ſecundum morem. *Quello nõ ſi farà ſecondo la tua ſententia*: Non id fiet de tua ſententia. Quinto latinè ſignificat per ſed Italicè accipitur ipſum idem de. *Di notte non poſſo uigilare*: De nocte uigilare non poſſum. Latinè, ideſt, per noctem. Sexto perinde ſignificat de, ac ſi dicas, quantum ad, ſiue quo ad P. Expone exẽplis. D. *Quãto à quello che tu mi ſcriui della pẽſione del tuo figliuolo, tu ſai che le uiuande ſono care: nõ dimeno io farò quello che tu uorrai*. De filij tui penſitatione, non te clam eſt, annona quàm ſit cara, tamen quomodo tibi placuerit faciã: *Di tuo figliuolo mi pare hauere conoſciuto in eſſo quelli ſegni di uirtù, & ingegno, che io non poſſo fare, che non ſperi di eſſo ogni coſa grãde*. De filio tuo, ea virtutis, & ingenij ſigna uideor in eo perſpexiſſe, ut non poſſum, quin de illo ſumma omnia mihi promittam. Hic de ita exponetur. Quod attinet ad penſitationẽ filij, de qua mihi ſcribis &c. Et, quantum attinet ad filium tuũ, uideor,

decor perſpexiſſe in eo, &c. P. Quid eſt, non conquieſti de me, niſi perfecta re? D. Non deſiiſti ſolicitus eſſe & anxius propter me, quoad effeciſti ut ab exilio reuocarer. Nihil ceſſauiſti uſque, ut me reſtitueres, inquit Cicero, ſignificans Lentulũ ſua cauſa omneis labores excepiſſe, & nihil nõ feciſſe, quo ſuę dignitati reſtitueretur. P. Vnde ſenſum iſtum colligis? D. E uerbo conquieſcere. Nã non conquieſcere dicuntur, qui maximè ſtudent, & conantur aliquid. In id enim totos (quod dicitur) neruos intendunt, ut effectum dare queant quod cupiũt. Itaque pręcurarum multitudine nec dormire poſsũt, nec remittere animum, & tamen nuſquam uidentur defeſsi, cum nihil ſit actuóſius illis, ut iure dicãtur inquietes, ſiue inquieti: ſeu ita ſunt ad malum, ut feroces, & crudeles: ſeu ad bonũ, ut grauiſsimi & uehementer ſtudioſi. Contra conquieſcunt ſecuri, & quibus nihil eſt obiectum, quod magnopere curent, qui de nulla re laborant. P. Cæterum quæ utendi ratio? D. Quieſcas, Quietus eſto. Italicè, *Laſſa fare, non ti curare*. Sex ego te totos menſes quietum reddam, ne ſurſum deorſum curſites, ne uſque ad lucem uigiles. Ex Terentio. Italicè, *Io recarò te di pena, tutti queſti ſei meſi, che tu non corri tãto quà & là, & nõ uigili inſino alla luce*. Itẽ non prius quieuit, quàm effecit illud, ut iuuentuti bonorũ autorũ lectione interdiceretur, *Non ha ceſſato, che primieramente ha fatto quello, che alla giouentù foſſe prohibito la lettione delli buoni autori*. Non poteſt conquieſcere de filio, *Non può hauer ripoſo per cauſa del ſuo figliuolo*. P. Ergo quieſcere etiam eſt Italicè, *Ceſſare?* D. Næ: ceſſare enim propriè eſt Italicè, *Demorare, & tardare, o arreſtare à fare qualche coſa.* Vt, ceſſo eũ alloqui, *Io tardo di parlare à lui*. Nec eſt quod addas nimis. Ceſſamus ire ad cenam, *Noi tardamo andare à cena*. At uero quieſcere proprie eſt ceſſare. P. Da paradigma quodpiam. D. Do ex Terentio. Vt quieſcant porro moneo, & deſinãt maledicere, *Io conſiglio certamente, che ceſſino dire male della gente*. P. Non etiam ceſſare ſignificat: Italicè, *Ceſſare?* D. Quidni? Vt deſinant. i. ceſſent: & non ceſſat clamare, *Il non ceſſa di gridare*. P. Niſi perfecta re, &c. Perfecta re, Quęnam hic pars orationis exigit hos ablatiuos? D. Nulla. P. Nulla uero? D. Nimirum quod non aliunde pendeant. P. Quomodo igi-

tur contexti ſunt in hac oratione? D. Per ſe, & abſolute. P. Quid hoc ſibi uult abſolute? D. Nempe quòd per ſe habent ſenſum: P. Qui ſcis? D. Nam ſic reſoluuntur, niſi perfecta re, ideſt niſi quum perfeciſti rē, niſi dum, quoad, ſeu poſtquàm perfeciſti rem, ideſt negotium, ideſt illud effeciſti, ut reuocarer. P. Ordina deinceps quintum colon. D. Quia, inquit, ego non efficio idem in tua cauſa. P. Quid in hoc pronomine ego, & in illo ſuperioris membri tu, ita expreſsis, quid ſpectas? uidetur enim hic Cicero hoc illi uelut oppoſuiſſe. D. Videtur ſanè, & ita eſt, ſatis enim apparet in eis eximiam quandam emphaſim eſſe. Nam ut illud tu ſuperius, ita hoc ego, multum habet ponderis, præſertim cum uerbo efficio: ſignificat enim Cicero ſe magno conatu, & molimine facere quod Lentulus ipſe ſibi exoptabat & ambiebat. ſed ſe non poſſe perficere, non enim poſſe id à ſenatu extundere, &c. P. Quid intereſt inter facio & efficio? D. Facere, eſt in opere eſſe: efficere uerò, eſt in effectum perducere, & rem perfectam dare. P. Dic latine, *Tu non ſaperai fare, che gli cani ſempre baiano à quelli che nō conoſcano*. D. Non efficies, ne canes ſemper adlatrent ignotos. P. Rurſum. *Ha fatto quello, che li ſuoi hanno uinto uno ottimo beneficio con la lite*. D. Illud effecit, ut ſui euicerint lite optimū ſacerdotiū. P. Profer ſiquid aliud habet elegantiæ. D. *Ha tanto fatto col ſuo ingamno, che in fine ſuo figliuolo ha pigliato queſta dongella*. Odio ſuo effecit, ut filius tandē virginē hanc duxerit. Dicitur & effectū dare, pro efficere. *Fa ciò che à te piace, tu non farai quello*. Facias ſatis licet, id certè effectum nō dabis. P. Quid præterea e ſitu & collocationē uerborū huius ambitus notandum ducas? D. Nempe orationē uerbo optime claudi, nam conquieſti, efficio, putem & quod in ſequenti clauſula eſt oppugnat, in fine collocata ſunt: quod ipſum, pro aurium iudicio imitari licebit. P. Quod aurium iudicium mihi uarias? D. Ideſt, ſi compoſitio patiatur. P. Quid dicis cōpoſitionē? D. Eam quæ eſt e numeris orationis, obſeruanda ab omnibus qui ornatè & uerè Latinè dicere cupiunt. P. At enim non aperis, qui ſint iſti numeri. D. Res eſt difficilior certè mihi, quā ut poſsim, niſi ratio quædam eſt concentus, & ut ſic dicam quadrantiæ uocum in contextu & ſerie orationis. Nam & pedibus ſuis quibuſdam

buſdam certis orationem metiuntur oratores,& ad eorũ modulos connectunt ſingula, quo congruunt maxime. P. Quomodo ennarras illud in cauſa tua? D. In negotio tuo. P. At uero cauſa quid proprie ſignificat? D. Rem quæ, ut in hoc loco, controuerſiam habet in dicendo poſitam cum certarũ perſonarum interpoſitione. P. Expone Italice. D. *Tutte le coſe ha a difendere o litigare per qualcuno:* vnde cauſa cadere, ideſt, *Perdere la cauſa o la lite:* Et cauſa cedere. *Quietare la cauſa o la lite.* Sed accipitur multis modis, ut pro quadam defenſione ſiue expurgatione, puta ſic. Quã cauſam dices patri, cur a præcepto re defeceris, ideſt quomodo defendes te de hoc, quod deſeruiſti præceptorem? Quam rationem & excuſationem habebis? ſic enim inepte & illepide vulgo dicitur. *Tu non ti ſaperai defendere da quella.* Nulla tibi eſſe poſſet de hac re cã: hoc eſt, *Tu non potreſti hauere alcuna ſcuſa. Quale ſcuſa trouerãno. Che dirãno per la difeſa.* Quam cauſam reperient, quam dicent? Dicimus præterea venuſte, cauſam haud dicas, cauſæ nihil dicis, quin is ſit profuſus ſui, id eſt, *Tu non ſai dire il contrario, che coteſto non ſia prodigo.* Ideſt, non poſsis inficias ire, non poſsis negare, Concedas oportet, &c. Item pro recuſare & detractare. Si tibi non ſoluero ad præſcriptum diem, cauſam haud dico, quin me in ius voces, *Se io nõ ti pagarò il giorno terminato, ſon contento, che tu mi facci uenire alla giuſtitia.* Dicitur etiam, nõ cauſor, non cauſificor, *Se io ti trouo bugiardo, ſei tu contento eſſere battuto?* Si te mendacii conuinco, nunquid cauſare quin uapules? Diuerſum eſt, Non ſum in cauſa, *Io non ſon in cauſa.* Quòd negotia male geſſeris, in cã eſt ſecordia tua. Quid cauſæ, cur non promoueas in literis; ideſt, quid uetat, quid prohibet? *Nõ è cauſa, che non obediſca alla uolontà ſe a me piace.* Nihil cauſæ eſt, cur non obſequar uoluptati, ſi uidetur. Reperitur & cauſa pro conditione, & ſtatu, ut in eadem ſum cauſa, qua antea erã, *Io & tu non ſiamo nella medeſima cauſa.* Ego & tu nõ ſumus in eadem cauſa. P. Iam tandem dic clauſulam & periodum. D. Vt uitam mihi eſſe acerbam putem. P. Quis ordo eſt? D. vt putem vitam eſſe mihi acerbam. P. Dic verbum. D. Putem. P. Cur hoc in fine collocatum eſt? D. Quia uerbum eleganter ultimum locum orationis ſortitur, quemamodum

paulo ante diximus. P. Quæ eſt ius conſtructio? Dei. Conſtruitur cum oratione infinitiua, uitã eſſe acerbam mihi: eius. n: hæc ſignificationem expilcat, itaq; ei eſt uice appoſiti. Quidnam uocas appoſitum? D. Grammatici eſſe dicunt caſum verbi à poſteriore: ſicut nominatiuum ante verbum perſonale finiti modi, ſuppoſitum. Infinitiuus autem, uel ſine caſu, uel cũ caſibus ſuis non raro adiungitur uerbo finito pro ſuppoſito (ut ita dicam) aut appoſito: fungiturque officio nominis, ut legere & non intelligere, negligere eſt. P. Cæterum quæ eſt natura infinitiui eſſe? D. Vt caſum poſt ſe habeat eundem, & ſimilem ei, qui primus inuenitur ante ipſum, quanquam præcedente datiuo recte poſt ſe recipit accuſatiuum, ut mihi licet eſſe diuitem, ſi uelim. P. Quid ſibi vult acerbã? D. Inſuauẽ, iniucundam, & plenam ſolicitudine. P. Vitam mihi eſſe acerbam puto, quomodo hoc Itali vernacule dicimus? D. Equidẽ ſic ferme opinor, *Mi rincreſce il uiuere, perche io nõ poſſo fare per te nelli tuoi ſeruigij quello, che tu hai fatto per me nelli miei.* Vt addatur illud, quoniã non idem in tua cauſa efficio, &c. P. Perge rem exemplis explanare. D. Igitur quod Italicè dicitur, *A lui è noia il uiuere.* Latinè non dubitabo dicere, uita eſt ei acerba, & fortaſſe quod eſt apud Terentium, ſeſe odit, Græci dicunt ἀβίωτον τὸν βίον quaſi quibus uita eſt acerba uiuendo nõ uiuant. Vnde Cicer. 11. de Oratore: *Noi giudicamo il uiuer eſſer nulla, uiuer ſenza queſti ſtudij della eloquentia:* ſine his eloquentiæ ſtudijs nullam uitam eſſe ducimus uitam inſuauem ſine his ſtudiis putamus. Quomodo hic uitam ſibi acerbam eſſe ait, Metaphora a fructibus non maturis, tunc enim propriè dicuntur acerbi. Italicè etiã dicitur, *Queſto o quello, è molto forte o acerbo.* Hoc illi eſt oppido acerbum, ideſt valde. *Io ſon caſcato in uno inconueniente molto amaro, & faſtidioſo,* Impegni in caſus multum acerbos. Fit autem ſubſtantiuũ multitudinis numero acerba acerborũ, quomodo aduerſa aduerſorum. *Tante noie, & faſtidii interuiene ogni giorno da coteſto mondo all' huomò.* Tot quotidie acerba homini ex hoc mundo offeruntur. P. Putare quid propriè ſignificat? D. Luxuriem quandam, ideſt, quæ redundant, & ſuperflua ſunt, reſecare, ut putare uites dicimur, quum eis ſermenta abſcindimus. Italicè. *Tagliare*

re

Digitized by Google

re le uigne. Transfertur autem ad animum, & ſignificat exiſtimare: quod cogitando dum in id inclinat animus, quod in rem fore uidetur, cætera omnia reiicit. Accipitur interdum pro eo quod eſt, conferre rationem, ſubducere rationem, ponere calculum. Nam Plautus dixit, Putatur ratio cum argentario, *Lui conta con l'argentario*. Hinc compoſitum ex eo eſt ſupputare. P. Dic aliquot alia ex eodem compoſita. D. Diſputare, quod eſt diſſerere de re quapiam. *Lui tratta molto bene di coteſta materia*. Optimè de hac re diſputat. Deputare, id eſt, cenſere. Reputare, id eſt, conſiderare. P. Ex his texe orationem. D. Cum mecum reputo, quanta me neceſsitas eius hominis mores perferre cogar, non deputo quenquam, uſquam gentium eſſe æquè miſerum ac me, id eſt, *Quando penſo a me medemo, quanta forza conſtrenza me ſopportare li coſtumi di queſto huomo, non penſo alcuno eſſer fra qual ſi uoglia luogo delle genti, tanto miſero come me*. P. Ex reputo fit reputatio uerbale nomen? D. Quorſum iſtud? P. Num rectè dicatur, ipſe eſt bonæ reputationis, ut in Italico dicitur, *Eſſo è di buona reputatione*? D. Minimè: ſed dicendum eſt, bonæ exiſtimationis. P. Rectum ne eſt deputauerunt cuſtodes, id eſt. *hanno deputato guardiani*. D. Non, ſed præfecerunt cuſtodes. Terent. Chæream ei rei præfecimus. Deſtinauerunt cuſtodes: aut, deſignauerunt etiam: aut conſtituerunt. P. Vt, hoc loco vnde pẽdet? D. Ex ſuperiore nomine tanta. P. Licuiſſet ne autori dicere. Tanta quod, quemadmodum vulgus ferè ſolet? D. Non. P. Quid cauſæ eſt? D. Quia poſt tam, tantus, talis, adeo, tot, ſic, ita & poſt uerba rogandi, iubẽdi: item poſt facio, efficio, fio, timeo, vereor, metuo, ſequitur vt, non quod, ut Tã ſegnis eſt, vt ad opus exire nolit, *E tanto pigro, che non vole andare alla ſua opera*. Nullum tam impudens mendacium, ut teſte careat. Tanta eſt magnitudo tuorum erga me officiorum, Vt, &c. Talis fuit, ut cum eo nemo durare poſſet. Adoleſcentula eſt vultu adeò modeſto, adeò uenuſto, ut nihil ſupra. Tot mala ubique ſunt, vt quo te uertas, tibi prorſus incertum ſit. Sic Deus dilexit mũdum, vt filium ſuum vnigenitũ daret. Vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat uitã æternam. Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, ut

iudicet mundum, ſed vt ſeruetur mundus per eum. Ita doctus eſt, vt ne legere quidem ſciat. Poſt verba rogandi. Orat te, ut ad ſe venias. Te precor, ut ne uelis mihi aduerſari. Obſecro, obteſtor, vt te inopis miſereſcat mei. Diſcipuli rogant, ut ſibi ego prælegam libros Rhetoricorum. Poſt verba iubendi. Chriſtus ait, Hæc mando vobis, ut diligatis uos inuicem. Interdico tibi, ne puerum extuliſſe extra ædes uſquam uelis, *Io ti prohibiſco, che non ſia coſi ardito di portare il fanciullo in luoco del mondo fuora di caſa*. E dico uobis, ut ne quoquam efferri innatis, aut edico vobis, &c. ſimpliciter. *Io ui comando, che non ſopportate ch'el ſia portato in alcun luoco*. Non iuſſit vt hoc facere. Poſt reliqua verba, Feci, ut, ad te ſcriberem. Si quid eſt, quod mea ſcire interſit, fac ut ſciam. Non efficies, ut ſint meliores. Cum nullam des literis operam, fit ut nihil ſit mirum ſi oratione imperitus es. Poſt verba timoris, ut ſignificat ne non. Vt, Metuo ut ſubſtet hoſpes. Vereor ut firmæ ſatis ſint nuptiæ, id eſt, ne non. P. In his omnibus. Vt, quæ pars orationis? D. Coniunctio. P. Cuius poteſtatis? D. Cauſalis puto. P. Rectè, quæ eſt eius natura? D. Adſciſcit uerbi ſubiunctiuum modum. P. Exemplum. D. Iuſſiſti, ut facerem. P. Non Latinè diceretur, iuſſiſti, ut faciam? D. Quibuſdam non uidetur. P. Cur non uidetur? D. Quia præcedente verbo (inquiunt) præteriti temporis, ut coniunctionem excipit, & ſequitur verbum ſubiunctiuum præteriti imperfecti temporis. Precedente uerò præſentis temporis uerbo, ipſi eidem. Vt ſubiicitur præſens ſubiunctiuum. P. Hoccine eſt catholicum? D. Non cenſes? P. Non equidem. D. Quãobrem, quæſo? P. Quia nec id ſemper obſeruatum eſt, & ratio nonnunquam exigere uidetur, ut aliter fiat, ut apud Teren. in Eunucho. Ita conturbaſti mihi rationes omnes, vt eam non poſsim ſuis. ita ut æquum fuerat, atque ut ſtudui, tradere. Nã quæ loquitur Thais illic non potius, opinor, dicat, ut eam non poſsim reddere. Sed quod id, ut donemus uſitatum eſſe, tamen non ſit ubique, nec ſemper obſeruatum, ex eodem Comico fiet manifeſtum. Qui itidem in ea ipſa Comœdia ait: Nunc mihi hoc negotij cæteri dedere, illum ut quæram, Non ait, illum ut quærerem. Et continuo in ſequẽti ſcena ſubmo-

nuit

nuit me Parmeno ibi ſeruus, vt ueſtem cum eo mutem, & pro illo iubeam me ducier. Vides hic etiam nec mutarē, nec iuberem dixit: & ne cauſificeris Poetam eſſe. Liuius item in præfatione primi, Res eſt, inquit, quæ ab exiguis profecta initiis eò creuerit, ut iam magnitudine laboret ſua. Nec eò ita quadraſſet, ut magnitudine laboraret ſua. Præterea, poſt ut, licet ſubiicere ēt præteriti perfecti ſubiunctiuū. Suet. in Aug. Tantis perterruit minis, ut is ſe præcipitarit. Titus Liuius in primo: Subito contra tempeſtas, tam denſo regem operuit nimbo, ut conſpectum eius concioni abſtulerit. Pluſquam perfecti etiam, quis enim rectum eſſe neget? tam ſtultus, & indoctus erat, & ut etiam cerdo huius ſeculi eſſe potuiſſet? Quid quòd etiam ſi præſentis temporis uerbum præceſſerit, poſt ut poni poteſt ſubſtantiuum præteriti temporis imperfecti? Cicer. in Quintiana: Iſte poſtulat, ut procurator iudicatum ſolui ſatiſdaret. Item inibi, Ita diſceditur, ut idibus Septembris Publium Quintium ſibi Sextus Alphenus promitteret. Et paulo poſt, ita in utroque excellunt, ut nemo noſtro loco natus aſſequi poſſet. P. Quot modis uſurpatur ut? D. Multis. P. Planum fac. D. Primo pro poſtquam, & tunc iungitur indicatiuo, exemplum ſit, ut ab urbe diſceſſi, nullum intermiſi diem, quin aliquid ad te literarum dederim, ideſt poſtquam. Pro quemadmodum uel ſicut idque rurſum cum indicatiuo, ita faciam, ut iubes. Credo, ut eſt impudens, id ſibi arrogabit. P. Mane parumper: Eſt etiam in ut neſcio quid peculiare, quod non admodum diuerſum uideri queat ab iſto tuo poſtremo exemplo. Nam quomodo Latinè dicas, *E' un'huomo aſſai dotto, per eſſer huomo di Franza*. D. Vir, ut in Gallia, literis ſatis eruditus, quemadmodum dici poſſe opinor, Alexāder in tēporibus illis, nō malus autor fuit. *Aleſſandro per quei tempi, non è ſtato mal'autore*. P. Sat habeo, perſequere quod reſtat. D. Igitur tertio accipitur pro quam, quod ſignificat quantū, ueluti, ut ferox eſt? i. quàm ferox. Quarto, pro quomodo interrogatiuè, & his duobus proximis modis non intuetur diſcrimen modorū, ut uales? ut ualuiſſes? ut fecerit, neſciò, ut declinatur? & dic ita ut dixiſſes. Quinto pro quamuis, ut deſint uires, tamen eſt laudanda uolun-

voluntas. Præter hæc ut, eſt aduerbium ſimilitudinis, ut homo eſt ita feras. Vt mores ſunt, ita fortuna reſpondet. Quadrat & ſuperlatiuis, præceptore Valla, vt quiſque maximè placet mundo, ita eſt nequiſſimus. Eſt & imprecatiuum, ut omnes antichriſtos Deus perdat. *Puotu far quella mala fine, perche tu non mi crederai?* Vt te Deus perdat, non eris mihi dicto audiens? Vt tibi ſit male. Inaudita Latinis ſunt illa, quòd diabolus poſſit te importare, uel quod febris poſſit te relegare, &c. P. At tu mihi adoleſcentule, caueto, ſi quid Deum uereris, talia ex te audiantur unquam. Interdixit dominus noſter Chriſtus ne cui malediceremus unquam, aut imprecaremur, ſit omnis oratio noſtra Chriſtianis digna. D. Curabitur obſeruande præceptor. P. Supereſt ne quicquam quod uideas, de hac periodo? D. Nihil puto: excuſsimus omnia.

FINIS.